

ultra progredientes in regno nostro, strages & incendia, nec non insultus & inuasiones violentas, tam per terram quam per mare, commisit inhumane. Nos dictas iniurias & grauamina & damna, nec non & hostiles impugnationes ulterius sustinere non valentes, nec in fidelitate & homagio vestro, licet per violentam impressionem impressam extortis, manendo, contra nos etiam ad defensionem nostram & regni nostri, cuius defensionis & tuitioni vinculo iuramenti sumus astricti, nos volentes erigere, fidelitatem & homagium tam a nobis, quam ab alijs quibuscumque regni nostri incolis fidelibus nostris ratione terrarum, quas in regno vestro tenebant, & etiam ratione menagij, seu retentionis vestrae, nomine nostro, ac nomine eorundem omnium & singulorum vobis reddimus per praesentes. ] Addit Vvalsinghamus: *Rex Angliae audita praesenti littera resignationem homagij sui admisit, & cancellario suo praecipit hanc litteram registrari ad perpetuam memoriam rei gestae.*

Scotici tumultus breui sopiti, cum Ioannes Baliolus Rex suorum prodicione Eduardo traditus esset. De quo haec Iordanus a: *Eodem anno Scoti, Regi Francia confederati, incursant regnum Anglia: sed in reditu eorum Rex Ioannes a quibusdam praepeditus Regi Angliae destinatur.* Proditum a Ioanne Cumenio refert Hector Boethius b, additque de regni iure in Eduardum ab eo transfuso: *Cum in manum Eduardi venisset, metu mortis, quam Anglus minabatur, ius omne regni, in manu dextra album ramum, uti mos est, tenens, in Eduardum Regem Angliae transfudit, regnoque se abdicauit: quae continuo diplomatibus, ex arbitratu Angli conscriptis, consignata sunt. Quibus peractis Eduardus Berricium inde abiens, omnes nobiles Scotiae euocatos ad se in verba sua iurare coegit.* Affertur id diploma a Vvalsinghamo c, in cuius exordio ita se accusat: *Nos per malum consilium falsumque, simplicitatemque nostram grauius offendimus dominum nostrum Eduardum Dei gratia Regem Angliae, dominum Hiberniae, ducem Aquitaniae, in multis vicibus, in eo quod existentes & manentes in fide sua & suo homagio, alligauimus nos Regi Francia, qui tunc hostis eius erat & adhuc est, matrimonium procurantes fieri cum filia domini Caroli fratris eius, &c.* Adiungit Vvalsinghamus in ijs literis fractum sigillum commune Scotiae fuisse, atque Eduardum parti triumpho de Scotia monumentum nobile religioni consecrasse: *In redundo, inquit, transfuit per abbatiam de Scone, ubi sublato lapide, quo Reges Scotorum tempore coronationis solebant uti pro throno, transfudit illam usque Westmonasterium, iubens idem fieri celebrantiam cathedrae sacerdotum.* Dicasse praeterea sequenti anno alia regni Scotiae insignia S. Eduardo addit: *In crastino S. Botulphi accedens Rex ad Westmonasterium, obtulit B. Regi Eduardo, cuius meritis acquiserat regalia regni Scotiae, tribunal videlicet sceptrumque aureum cum corona.*

Ceterum Ioannem Baliolum decus regum abiecit v. r. id. aprilis tradit Westmonasteriensis, illoque bello sexaginta millia Scotorum absumpta affirmat. Ea premia retulit Scotus, cum bello Gallico se implicuisset. Nec disparibus affectus Flander, qui Anglo accesserat. Auctor est Ioannes Villanus, Belgicos tumultus ex eo emeruisse, quod cum Guido filium Eduardi Regis filio inconsulto Francorum Rege despondisset: Philippum indigno ferentem d. Belgam hosti suo affinitate se iunxisse, ipsum Parisios vna cum filia ad

aulam regiam exciuisse, ac ne Anglo principi numeret, tenuisse; eaque paulo post defuncta, Guidonem paucis stipatum in Belgium se proripuisse, populos in Philippum commouisse, atque ex Germania auxilia exciuisse. Ijs consentiant alij auctores, e quibus Iordanus a haec habet: *Eodem anno Guido comes Flandriae per Robertum filium deceptus, ut dicitur, Regi Francia mandauit se nil ab eo tenere in feudum.* Arguitur imprudentia a Meyero, domitumque sequenti anno visurum sumus.

18 Interea Bonifacius nullum optimi Pontificis officium, vt Christianos eos principes ad concordiam reuocaret, praetermisit. Lugebat enim ijs bellis Christianam rem deprimi, crescere hostium Ecclesiae potentiam, religionem in oriente extinguere, nec vllas copias ad recuperandam Syriam transmitti posse. Quare cum ante Berrardum Albanensem & Simonem Prenestinum episcopos Cardinales ad pacem inter Reges conciliandam misisset, hoc anno praecipit b, vt apostolica auctoritate vtrumque Regem inducias pacifici iuberent, ob ingentia, quae bello emergent, ecclesiastici praedae expositi essent, dum principes belli occasione magnam pecuniarum vim ab ijs emungerent, denique Christianum nomen in Syria extingueretur. Monuit vero Cardinales, ne in tractandis pacis rationibus, Pontificem in Gallias profecturum ad controuersiam decidendam sponderent: quamuis enim ad suscipiendos itinerum labores vegetus animus esset, corporis tamen aduersa valetudine se grauari: tum collegium Cardinalium, quorum plures senio confecti sub labore fatiscerent, grauissimis incommodis affectum iri: Italiam etiam, quae tumultibus fremebat, id nullo modo pati: demum Siculorum ferociam non permittere, qui cum Carolum atroci bello vrgeant, se absente crudelissime debacherent, atque extrema perniciem regno illaturos: at si Reges ad Apostolicam sedem mittere oratores velint, se partes suas studiosè interpositurum; denique vtrique Regi inducias pontificio nomine indicant, rei gestae testes accipiant, ac postmodum illas per ea regna satagant promulgari. Quam imperatarum induciarum formam nos ad Christi Vicarij in Imperatores, ac Reges ad eorum praecia Christianae rei exitialia dirimenda auctoritatem in luce collocandam afferre volumus. c

*Bonifacius &c. ad futuram rei memoriam.*

Crebris intellectis rumoribus, quos fide dignorum assertio confirmabat, quod & charissimus in Christo filius noster Adolphus Rex Romanorum illustris aduersus eundem Regem Francia & regnum ipsius gentem non modicam congregabat hostiliter, alias bellicos facies apparatus, eo potissime quæsto colore, quod ab ipso reputat se occupari, quasi sui praedecessores & ipse nonnulla occupauerint hactenus iura Imperij, quae adhuc detinentur taliter occupata; doluimus admodum, & duras in intimis sensibus punitiones. Propter quod volentes, prout ad nostrum spectabat officium, huiusmodi obuiare dispendijs, ad praesatum Romanorum Regem nostros solemnes nuncios duximus destinandos, rogantes & attentius exhortantes eundem, vt ab huiusmodi hostili processu penitus abstineret: cum nos tandem super ijs certificati per eum illud circa huiusmodi negotium intendebamus adhibere remedium, per quod ad sui honoris, & exaltationis argumentum praesati iura Imperij illasa & integra seruarentur.

Qua de causa in Gallos Flandri concitati.

a Iord. M. 5. Vatic. sign. nu. 1960.

Legati Cardinales ad defensionem Franc. & Angl. Reges conciliandos incubere iussi. b Ep. cur. 30. 87. 88.

c Ep. cum 31. & lib. prius. Rom. eccl. 10. 3. pag. 100.

Quas belli causas Adolphus Rex Roman. in Philippum obtenderit.



Scripsimus etiam Franciæ & Angliæ Regibus memoratis, ut a quolibet inter se inuicem huiusmodi habendo processu hostili prorsus abstinere curarent, dictusque Rex Franciæ contra Regem Romanorum præfatum nullam noxiam faceret nouitatem.

19 Attendentes igitur, & infra claustra pectoris meditatione sollicita reuoluentes, quod regum prædictorum commotio turbat Ecclesiam, orbis concutit angulos, animarum corporumque dispendia minatur, fidelibus catholice fidei pericula generat, & Terræ sanctæ negotio, ad cuius promotionem felicem celerem uotis feruentibus anhelamus, impedimenta multimoda subministrat; & propterea cupientes huiusmodi periculis, & discriminosi intus remedijs obistere opportunis, treugas dudum ab instanti tunc festo natiuitatis beati Ioannis Baptistæ proximo præterito usque ad annum vnum completum præfatis Romanorum, Franciæ, ac Angliæ Regibus auctoritate apostolica sub pœna excommunicationis, quam ex tunc in scienter venientes contra protulimus expresse, indiximus ab eis peridem tempus firmiter obseruandas, prout in literis nostris inde confectis plenius continetur. Verum licet prædicto Romanorum Regi per venerabiles fratres nostros Regin. archiepiscopum, & Senen. episcopum de mandato nostro fuerint huiusmodi treugarum nostrarum literarum præsentata; prædicti tamen Albanensis & Penestrinus episcopi, quibus præsentationem nostrarum consilium literarum prælibatis Franciæ ac Angliæ Regibus faciendam noscitur commisisse, sumpta fiducia, & spe concepta, quod inter Reges prædictos optata concordia, vel saltem treuga, seu sufferentiæ voluntariæ in proximo prouenirēt, superfedere hæcenus præsentationi huiusmodi, sicut accepimus, decreuerunt. Cum autem nec pax vel concordia, neque treuga seu sufferentiæ, de quo vehementis non immerito turbationis conuassatione torquemur, inter iam dictos Reges aliquod susceperint firmamentum, & utinam de ipsorum congressu grauior nobis præsumptio non daretur; treugarum quoque indictio prælibata sit iam prope sui finis excursam, nos ex ijs, & per ea, quæ frequens fide dignorum assertio nostris instillar auribus, verisimiliter formidantes, ne dictos Reges inter se inuicem bellici fluctus impetant, hostiles concutiant tempestates, ac deploranda strages confringat enormiter, & eneruet; sicque tam grauem Christianorum scissuram, tam horrendum facinus, & generale periculum, sicut enormem cædem fidelium, & adeo periculosam læsuram vulneris, cui vix vnquam adhiberi posset medicina salutis desiderantes salubribus remedijs euitare, treugas ab instanti festo natiuitatis beati Ioannis Baptistæ proximo futuro in quo prædictarum treugarum dudum indictarum firmeretur terminus, usque ad biennium completum eadem auctoritate iam dictis Romanorum, Franciæ, ac Angliæ Regibus prorogamus, & de nouo indicimus, easque præcipimus inuolabiliter obseruari sub eadem excommunicationis pœna, quam ex nunc in illos, qui scienter contrauenerint, promulgamus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum id. augusti anno 11.*

20 Ne vero recrudesceret bellum, si Adolphus Imperij vires in Philippum conuerteret, omnestudium contulit Bonifacius, ut ipsum ab irruptione omni, impressioneque hostili contineret: quare Maguntino, Coloniensi, Treuirensi archiepiscopis, ac Metensibus episcopis partes impo-

suit, ut ipsum ab huiusmodi consilij auocarent, ac si persisteret in sententia, nulla ipsi auxilia suppeditarent: non valere in ea re cuiuscumque sacramenti religionem, quo se Adolpho vel Eduardo astrinxissent: nauaturum se operam, ut si quæ læsa sint Imperij iura restituantur. Contendebat enim Adolphus Burgundiæ comitatum Imperij vectigalem a Gallis iniuria occupatum tenere, ut ex alijs Bonifacij literis suo adducendis loco ad Philippum datis constat: quæ vero ad Maguntinum archiepiscopum transmissa, his verbis concepta sunt. c

*Bonifacius, &c. archiepiscopo Maguntino.*

Cum apud charissimos in Christo filios nostros Adolphum Romanorum, & Philippum Francorum, ac Eduardum Anglorum Reges illustres pro reformatione pacis & concordie inter eos feliciter, dante Domino, prouentura, sicut nostri, per alicuius temporis spacium opportuna instantia, & continuatis studijs curauerimus vigilare, non solum venerabilibus fratribus nostris Ber. Albanensi & Simoni Penestrino episcopis, nobilibus utique Romanæ membris ecclesiæ, sed & alijs solemnibus nuncijs ad hoc specialiter destinatis; fraternitatem tuam monemus & hortamur attente, per apostolica tibi scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus nostri oneris, nostræque sollicitudinis partem, ad quod es specialiter euocatus, prudenter assumens, & laudabiliter prosequens, prædictum Regem Romanorum efficaciter animes & inducas, ne contra præfatum Regem Franciæ, ac regnum, terras, & gentem eius ad nouitates noxias, vel processus hostiles, seu bellicos actus quoquomodo procedat: quoniam ab ijs pro diuina & apostolica sedis reuerentia penitus abstinere procures, ac ipsum, si quod absit, contrarium faceret, aliquatenus non sequaris, nec ei super hoc auxilium, consilium vel fauorem impendas; non obstantibus iuramento fidelitatis, quo dicto Regi Romanorum teneris, aut quibuscumque pactationibus, promissionibus, societatibus vel conuentionibus, iuramento, vel quacumque alia firmitate vallatis, quibus prædictis Romanorum & Angliæ Regibus, vel eorum alteri super huiusmodi negotio quomodolibet sis astrictus; significaturus nobis cum celeritate fideliter & solcite ac frequenter quacumque super ijs per nos facienda cognoueris, nec non nouitates, apparatus, & alia, quæ præfereris super huiusmodi negocijs attentari.

Nos enim feruenter intendimus per vias pacis interponere diligentius partes nostras, ut dictus Rex Franciæ, ac sui ab Imperij cessent iniurijs, & quod eiusdem Imperij bona & iura conseruentur illæsa. Super ijs itaque sic prudenter, & utiliter datas tibi virtutes a Domino exequaris, quod oprati fructus ex tua cooperatione proueniant, tuque in nostris & præfate sedis affectibus prouenire gratiosior merearis. Hæc autem, quæ scribimus, penes te prudenter & caute studeas tenere secreta, donec ea in lucem producti qualitas & conditio exegerint agendorum. *Dat. Romæ apud S. Petrum 11. kal. aprilis anno 11.* Eadem verborum forma ad memoratos Coloniensem & Treuirensis episcopum Metensem scripsit. d

21 Grauissimis etiam hisce literis nisus est Pontifex Adolphum a suscepto consilio reuocare: proposuitque ob oculos Romanorum Regis esse clientelam Ecclesiæ gerere, atque in impios arma exercere nec posse fidei hostium impetus propulsari; sed

De inducijs inter Adolph. Philipp. & Eduard. Reges indictis.

Anathema eas violaturis incutit Bonifacius.

Germani præfules Adolphum a bello abducere stili.

Si Adolphus in Gallia exultet ea sequebatur.

Imperij iura ad se spectant.

d Regis eandem.

d Edm. ep. cant.



religionem adductum iri in discrimen, si alienis bellis se inuolueret.

*Charissimo in Christo filio Adolpho Regi Romanorum illustri.*

Noctes infomnes duximus, labores voluntarios appetentes, ut inrer te & charissimos in Christo filios nostros Philippum Francorum & Eduardum Anglorum Reges illustres per viam pacis vel treuguz possemus præparare quietem, & tranquillitatem dare populo Christiano, ne fideles præcipuis eorumque sequaces inter se ipsos gladios verteret, qui essent contra hostes crucis Christi pro recuperatione Terræ sanctæ & inimicos fidei exhibendi. Quapropter celsitudinem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, per dispersionem sanguinis Iesu Christi tibi districtius iniungentes, quatenus prædictum Regem Francorum, aut regnum eius hostiliter non impugnes; sed regalis tuus animus condescendat & inclinetur ad pacem, vel saltem ad treugas longas & congruas, quibus pendentibus efficaciter possit de pace, præsertim in nostra præsentia, per solemnes nuncios partium tractatus haberi; prudenter attendentes, quod Romani Imperatores & Reges, qui pro tempore assumuntur ad tantæ fastigium dignitatis, specialiter assumuntur, ut sint aduocati Ecclesiæ ac præcipui defensores, & ut hostes fidei conerant, & subdant fidei barbaras nationes ad nostram & fidelium pacem perpetuam: quæ bona commode provenire non possent, inter se dissidentibus principibus & populis Christianis. *Dat. Anagninæ xv. kal. septembris anno 1117.*

Quo vero potentius fratrum ad coercendos illius conatus inijceret Bonifacius, incussa grauissimarum censurarum religione armis temperare iussit a. Tum Francorum & Anglorum Reges vrsit b, ut controuersias æquitate componerent, mitterentque oratores ad sedem Apostolicam, futuram concordiam interpretem, cuius iudicio rem permitterent.

22. Inter hæc, cum hi principes ob grauissimos sumptus, qui in bello profundendi erant, alijque (ardebat namque discordijs occidens) in ecclesiasticos grassarentur, bonaque ecclesiarum diriperent, & Christi opes ad perdendos Christi fideles conuerterent, miserima erat clericorum conditio, qui vbique principum cupiditati, ministrorum auaritiæ, exactorum crudelitatis, ac prædæ erant expositi: quare Bonifacius, quem tuendarum ecclesiarum onus premebat, ex Cardinalium consilio constitutionem edidit c, qua vetuit præsulibus, clericis, ac religiosis viris vectigalia, decimam, vel vigesimam, aut centesimam sub quocumque mutui, doni, subventionis, aut subsidij nomine, alioue quæsito fisco, & colore sine facultate sedis Apostolicæ principibus solvere: solventibus vero atque exigentibus, aut in locis sacris deposita occupantibus, anathematis religionem inculsit, ac legatis apostolicis Albanensi & Penestrino episcopis partes iniunxit d, ut eam constitutionem in Gallijs & Anglia promulgarent, ac præsules ad eam seruandam adigerent. Literarum porro initium huiusmodi est: Constitutionem de fratrum nostrorum consilio nuper edidimus pro ecclesiarum releuatione ac libertate ipsarum quæ incipit: Clericis laicos, infelto opido, &c. *Dat. Anagninæ xv. kal. septembris anno 1117.*

23. Effudere graues in eam constitutionem querelas politici, quam cum in sensum iniquiorem detorquerent, soluta fuisse a Bonifacio pluribus alijs constitutionibus exorta ambigua vlturi su-

mus. Iuste vero editam a Pontifice testatur Iordanus, quide exercitibus in Gallijs extorsionibus hæc tradit: *Rex Franciæ propter guerras graues excitationem pecuniarum posuit, quæ malatolta vocabatur: & primo super mercatores tantum, postea centesimam, postea quinquagesimam tam a secularibus quàm a clericis accepit: propter quod Bonifacius in Reges & principes, a clericis & ecclesijs talia auferentes absque Papa licentia, sententiam excommunicationis tulit. Vexatum æque atrociter in Anglia clerum consentiunt Angli historici, e quibus Iolydorus b: Bonifacius VIII. Romanus Pontifex, animaduertens principes Christianos auare, & percrebro sine iusta causa, noua quotidia sacerdotiorum fructibus imponere vectigalia, atque sine fine arbitrato suo decimam, vigesimamque eorum partem tributi nomine imperare, immunitati ordinis sibi consulendū statuit.*

Itaque habito Lugduni concilio, errat in eo auctor, quæ sequitur Genebrardus c, nec enim ob id Bonifacius Lugduni celebravit conciliū, sed Anagninæ Cardinalium consilio id sanxit, interdixit, ne post hæc principes sacerdotibus tributa imponerent, neue illi imposta conferrent iniussu Romani Pontificis. Id præscriptum extat in libro tertio libri sexti de immunitate ecclesiarum capite tertio: quod tamen non erat iniquum, fuit tamen apud Anglos magna causa discordiæ. Et quidem refert Vvestmonasteriensis d, dum Angliæ Rex ingentes bellicos instruebat apparatus non ad Mahumeticum, sed Christianum sanguinem fundendum, a populo ingens aurum subsidiarium elicuisse; a clero vero repulsam passum. Tum quæ sint consecuta subdit: *Commotus, inquit, Rex indixit eis tempus consultandi super meliori responso, suæ voluntati gratius, acceptando. Interim fecit Rex sigillari omnia ecclesiasticorum ostia horreorum: quæ dum fierent, mandauit archiepiscopus, is erat Robertus Cantuariensis, bullam apostolicam, inhihentem sub pœna excommunicationis, aliquam collectam ex ecclesiasticis prouentibus Regi vel cuius alij principi concedi, per cathedrales basilicas diuulgari. Pluribusque interiectis, de habita synodo addit.*

Die 8. Hilarij celebravit archiepiscopus conciliū suum cum coepiscopis suis suffraganeis Londini in ecclesia S. Pauli. Quibus tractantibus per dies octo super postulatione regia, non inuenerunt iter rectum nec modum exclusiua sententiæ, si aliqui vel quæsto colore, vel aliquo titulo quippiam contulissent: etiamsi plurimi clerici aulici curialesque accessissent, qui postulatis consilium dederant & fauorem: quæ omnia Regi per episcopos aliosue nuncios sunt relata. Qui statim mutatus in crudelem; peruersa regali aequalitate in tyrānidem, licentiatibus suis famulis, obuiantium clericorum religiosorumque virorum quasi modo hostili equitaturis sibi arripere meliores; prohibitis insuper placitoribus in lege sua peritis coram baronibus de scaccario, seu ante quemuis alium iusticiarum secularem pro personis ecclesiasticis allegare; ecclesiasticos ministros censuit sua pace indignos. Mandauit etiam singulis ordinatis sponte offerre sibi suorum prouentuum quietam partem, aut inuite cedere omnibus bonis suis.

Huius mandato primitus obtemperauerunt quiddam consurati in curia regali prelati, in cura vero animarum Pilati manifesti, ut inducerent pari modo animos ceterorum. Quo facto seista \* sunt protinus per manus vicecomitum omnia bona clericorum mobilia & immobilia, super laicum feudum inuenta, atque fisco regio titulata cū superabundanti molestia suis ablatis libertatibus, quæ prædecessores Reges, Christianitatis conseruatores, ecclesijs cōtulerant auctores bonorum.

a Iord. M. S. Vas. sign. n. 1960.

b Polyd. lib. 17. In Anglia aduersus clerum concitati motus.

c Genebr. in chron.

d V. Westm. Flor. hist. hoc ann.

Obseruatum Bonifacii editum.

Laxata militibus ad eos vexandos licentia.

id est occupata.



Bona ip-  
forum oc-  
cupata.

Et quod nequius est ferendum, appetiebantur ipsorum facultates emptoribus quantocumque exponenda. Nec securi audebant clerici equitare, nisi in maiori conuentu, propter militum in clericis violentiam, a Rege licentia data. Sed & omnia bona archiepiscopi, mobilia & immobilia, capta sunt in manu Regis. Ipse quidem sustinuit patienter. Igitur clero, sicut supra dictum est, passus in corpore, passus est & Rex in animo. Hinc dolor & metus omnium prelatorum. Hi namque in perplexitate maxima constituti sunt, ut si quidquam concederent, sententiam excommunicationis incurrerent ipso facto, et si non darent, non effugerent immisericordes manus ipsorum predonum. His madefacti aduersitatibus, pro se ipsis anxij, pro grege sibi commisso inconsolabiliter mœstificati, tamquam non habente alimoniam ingruente fame, necessario seculum repetere quaesierunt protectionem Regis, ratiocinio magno \* redemptis. Huius vero sceleris veniam Eduardum fluentibus ex oculis lacrymis a clero flagitante publice, sequenti anno dicemus.

\* redimen-  
tes

24 Nec minus memorata constitutio pupugit, alios principes, quorum licentiæ frangumini iiciebatur, ac præ cæteris Philippum Francorum Regem cum sibi ea cõstitutione ecclesiasticorum subsidia eripi putaret, quæ ad sustinendam belli grauissimi molem in se Germania, Anglia, ac Belgio coniurantibus, erant necessaria atque ad repungendum Bonifacium, subducendasque curiæ Romanæ opes, quæ ex Gallijs confluerebant, per speciem Gallias, opibus ad alias prouincias ac sæpius ad hostes deportatis, exhauriri atque ad inopiam redigi, legē tulit, ne quis ex regno pecunias, gemmas, equos, aliaque nonnulla efferret. Attulit ea res grauiorem Bonifacio dolorem, ut ex eius literis querelarum plenis liquet: atque hæc prima origo ingentium discordiarum, quæ postea Bonifacium inter & Philippum magno scandalo eruperunt. Interea post graua monita, quibus ipsum ad sectanda maiorum, qui adeo ecclesiasticam libertatem auxerant, prouocauit a, obiecit non carere ingrati animi vitio, qui post impensos summos labores in deterrendo ab inuadendis Gallijs Romanorum Rege hanc vicem rependeret: attenderet quo pede pergerent ipsius ac suorum res, non modo si aduersariam sedem Apostolicam experiretur, sed etiam si ab ipsa tantummodo desereretur: Germanis, Anglis, Hispanis, Gallijs cingi, totque sustinendis hostibus impares futuras: perperenderet offensos ab eo finitimos Reges, Anglum Vasconiam sibi ereptam repetere, Germanum præter cætera comitatum Burgundiæ annexum olim Imperio reposcere, nec ipsos sententiam sedis Apostolicæ recusare: non sui fuisse animi, subsidia ecclesiarum illi ad tuendum regnum eripere, cum pro eo defendendo cruces, & calices potius Apostolica sedes consumptura esset. Demum hortatus est ne se improbis consilijs circumueniri ac subornari pateretur, seque episcopum Viuariensem ad ea componenda mittere significauit.

Regi Francorum illustri.

Queritur  
Bonifacii  
ecclesiasticam  
libertatem  
violari

25 Ineffabilis amoris dulcedine sponso suo, qui Christus est, sancta mater Ecclesia copulata, doctes & gratias ab ipso suscepit amplissimas, vbertate fecundas, & specialiter inter eas beneficium libertatis. Voluit enim peramabilem sponfam eius libere fidelibus populis præesse dominio, ut velut in filios haberet more matris in singulis potestatem, ac eam cuncti cum filiali reuerentia, tanquam vniuersalem matrem & dominam hono-

rarent. Quis itaque illam offendere vel prouocare iniurijs non pauescet? Quis ausum credulitatis assumet, sponsum in sponsæ contumelia non offendi? Quis ecclesiasticæ libertatis infraactor contra Deum & Dominum cuiusvis defensionis clypeo protegetur, ut supernæ virtutis malleo comminui, & redigi nequeat in puluerem & fauillam? Non auertas, o fili, a voce patris auditum, quoniam ad te paternus sermo de dulcedine peccatoris cum amaricatione dirigitur, quam audita noui casus emersio introduxit. Tua enim interesse conspicimus, attenta mente suscipere quæ scribuntur. Ad nostrum siquidem nuper, non sine grandi admiratione quinimo turbatione, peruenit auditum, quod tu consilio deceptibili ductus, ut credimus, & maligno, constitutionem talem iisdiebus, ut asseritur, edidisti, cuius & si patenter verba non expriment, suadentium tamen eam fieri (utinam non edentis fuisse videtur intentio) impingere in ecclesiasticam libertatem, ipsamque in regno tuo, vbi vigere solet ab olim quoad ecclesias & ecclesiasticarum personarum bona (ut de nobis & fratribus nostris sub silentio taceamus ad præsens) voluisse subvertere, non sine graui tua nota, magnoque discrimine, ac tuorum grauamine subiectorum, & aliorum etiam, qui solent in regno prædicto hæcenus conuersari.

Cum igitur inter sit veri patris consilium pro filijs capere, bonique pastoris errantes oues a deuio reuocare, diligentis amici suadere salubria, & in summo militantis Ecclesiæ iustitiæ solio præsentis, non solum omne malum, sed & mali speciem in subditis dissipare; nos, qui Pastoris pastorum & Iesu Christi Filij summi Patris æterni, licet immeriti, eius faciente clementia, gerimus vices in terris, & in excelso solio, summi apostolatus videlicet, præsidemus; teque præcipua sinceritate prosequimur, & profecuti sumus ab olim, dum nos minor status haberet; horum circa te officia pio affectu, & efficaci studio prouidimus exequenda, pro te filio prædicto salubre capiendoc consilium, teque ab inuio reuocando, in quod consilij te deuiasse creditur impulsio \* fraudulentis, ac dissipatio notam \* malum & malis speciem, quæ consulentium malignorum temerarius ausus induxit; præsertim si ad hoc constitutionis præmissæ referatur intentio, ad quod lata creditur secundum eorum intentum, qui eam fieri dolose ac improvide suaserunt.

26 Non debuit, fili, anima tanti Regis in tale venire consilium: non decuit excellentiæ tuæ prudentiam abire in consilio talium impiorum, qui, ut fluctues flagitant, & te ut demergaris impingunt: sed saltem postquam super hoc tuos oculos paterno lumine aperimus, stare non debes in via talium peccatorum; sed attentius præcauere te conuenit, ne impulsu prauorum actuum tui solij cathedra pestilentiæ dici possit. Nec licuit, nec etiam expediuit, quod ad tuam considerationem pateret ingressus, tua & dicti regni moderni temporis qualitate pensata, tam insolita quam indebita nouitati, per quam de regno non oriundis eodem conuersandi in ipso, mercimonialicita, & actus non prohibitos cum libertate solita exercendi via præcluditur, & aditus denegatur in multorum & etiam subditorum, tuorum non leue dispendium & grauamen.

Ipsi quidem subditi adeo sunt diuersis oneribus aggrauati, quod eorum ad te \* solito & subiecta multum putatur refriguisse deuotio; & quanto amplius aggrauantur, tanto potius in posterum



refrigeret: nec parum amiffisse cenfetur, qui cor-  
da perdit fubicctorum. Habet interdum vfuſ ſe-  
cularium principum, vel abufus, hoſtibus de ſuis  
terris ſubtrahere commoda, & vt ad inimicorum  
terras ſubiccti non tranſcant, nec ſuarum terra-  
rum bona portentur ad illos: ſed ſic generalem  
proferre ſententiam, vt tulifti, non ſolum repro-  
batur in ſubditos, ſed etiam in exteros cuiuslibet  
nationis. Non \* videris oculata \* ſuſe prudentie,  
qui præteritorum non meminit, præſentia non  
reſpicit, nec habet ad futura reſpectum: & ſi, quod  
abſit, fuerit condentis intentio, vt ad nos & fra-  
tres noſtros, eccleſiarum prælatos, eccleſiaſticaſve  
perſonas, & ipſas eccleſias, ac noſtra & ipſorum  
bona non ſolum in regno tuo, ſed conſtitutorum  
vbiſlibet extendatur, hoc non ſolum fuiſſet impro-  
uidum, ſed inſanum, velle ad illate merarias manus  
extendere, in quibus tibi ſecularibusque princi-  
pibus nulla eſt attributa poteſtas; quin potius ex  
hoc, cõtra libertatem eandem temere veniendo,  
in excommunicationis ſententiam promulgati ca-  
nonis incidiffes.

27 Vide, fili, ad quod præmiſſi tui conſiliarij te  
duxerint, vt ſacrameritorum eccleſiaſticorum per-  
ceptione ac participatione priuatus ad tam peri-  
culoſi ſtatus ignominiam deuenires. Vitauit hoc  
progenitorum tuorum ſancta deuotio ad eccleſia-  
ſtica ſacramenta, & promptitudo reuerentiæ ad  
Apoſtolicam ſedem, & a te his temporibus maxi-  
me vitanda fuiſſent, dum circa tua, & ipſius regni  
tui honores & commoda procuranda, & euitan-  
da diſpendia ſic attente, ſic laborioſe, ſic ſolicite  
vigilamus: ad quod enim venerabiles fratres no-  
ſtros Bernardum Albanenſem, & Simonem Pe-  
neſtrinum episcopos, nobilia vtique Romanæ  
membra eccleſiæ, ad te ac tuum ac Angliæ Regem  
& regna tranſmiſimus: ad quod etiam Senenſem,  
& Papienſem episcopos, ac bonæ memoriæ Regi-  
archiepiſcopum ad Alemãniã Regem duximus de-  
ſtinandos; multiplicatis nihilominus alijs nuntijs,  
ad diuerſas partes propterea deſtinatis. Nonne  
pro tua & regni tui procuranda ſalute, ac aduerſi-  
tate vitanda noctes inſomnes duximus, & ſubiui-  
mus intolerabiles quaſi labores, poſtquam ad  
apollolatus apicem cæleſtis diſpoſitio nos voca-  
uit? Nonne quotidianis tractatibus & ſolicitudi-  
nibus pro tuis agendis inſiſtimus ſine intermiſ-  
ſione laborum? Certe non condignum pro ijs  
nobis offers retributionis effectum, non eccleſiæ  
matri tuæ pro grandibus tibi, & progenitoribus  
tuis impenſis muneribus gratiarum, & grata vicif-  
ſitudine correſpondes, ſi prædictæ conſtitutioni  
credita ingeratur intentio; quinimo nobis & ipſi  
mala pro bonis, & amara pro dulcibus reddidif-  
ſes, verſurijs erga nos & illam incautus \* inertus,  
vt a te prouocaremur iniurijs, & prouocati col-  
luſtaremur ad iniucem in querelis, ac ſi etiam  
Dei & eccleſiæ aduerſantiam non curares; non  
conſiderans prouide circumpoſita regno tuo re-  
giones & regna, voluntatem & ſtatum præſiden-  
tium in eiſdem, neque tuorum conceptus forſitan  
ſubditorum conſtitutorum in diuerſis partibus re-  
gni tui.

Leua in circuitu oculos tuos, & vide: cogita  
& repenſa Romanorum, Angliæ, ac Hiſpaniarum  
regna, quæ quaſi vndique te circumdant, eorum-  
que potentias, ac ſtrenuitatem, & multitudinem  
incolarum; & patenter agnoſces, quod non fuit  
tempus acceptabile, non dies ſalutis, diebus iſtis  
nos & ipſam eccleſiam talibus punccionibus tan-  
gere, talibus perturbare puncturis: nec reuocare

deuiſſes in dubium, quod noſtri & eccleſiæ adiu-  
torij & fauoris ſola ſubtractio in tantum te de-  
bilitaret ac tuos, quod, vt cætera tua perinde  
omittamus incommoda, perſecutiones aduerſas  
ferre non poſſes. At vbi nos tibi & eandem ec-  
cleſiam aduerſarios efficeres principales, adeo  
noſtra & eiſdem eccleſiæ, ac aliorum prædicto-  
rum prouocationis grauior tibi ſarcina reddere-  
tur, quod ad eius pondus tui efficerentur hümeri  
impotentes. Abſit quod inſolentia conſiliariorum  
tuorum ad tantum exterminij præcipitium te de-  
ducat. Abſit quod tuis ſenſibus quæuis incaleſ-  
cat durities ad talia prorumpendi. Abſit quod  
gratus olim filius tam grauior matri reddatur  
exofus, & quod ſuis demeritis ſolita dulcedinis  
vbera ſubtrahere ſibi ex neceſſitate cogatur, &  
quibusuis periculofis euentibus exponere vel re-  
linquere non adiutum. Præpara in iudicio, fili  
chariſſime, mentem tuam, & diſcerne ac iudica,  
quid Apoſtolicæ ſedi conceptus & conſiderationis  
aduenerit, dum diebus iſtis circa diſcuſſionem &  
examinationem miraculorum, quæ ad innuocatio-  
nem claræ memoriæ Ludouici aui tui facta dicuntur,  
cum noſtris fratribus vacaremus, talia nobis  
xenia præſentasti, talia præmiſiſti dona, quibus  
Dominum ad iram prouocas, & indignationem  
non ſolum noſtram, ſed & ipſius eccleſiæ prome-  
reris. Cur degenerat tuæ clementia iuuentutis a  
felicitibus actibus progenitorum tuorum, quibus  
diſtam ſedem fide pura, & deuotione ſincera ſum-  
mis ab antiquo ſtudijs coluerint, ſe ipſius bene-  
placitis coaptando? Succede virtutibus quæſu-  
miſ, qui ſuccedis & regno, nullam immixturus  
maculam excellentis ſui luminis claritati.

28 Quod ſi forſan ad iniqua ſuggeſtionis in-  
ſtantiam aſſumpſeris cauſam edenda conſtitutio-  
nis eiſdem prætextu noſtræ conſtitutionis,  
quam nuper pro eccleſiaſtica edidimus liber-  
tate, talis proſecto tam ſuggeſtorum, quam ſug-  
geſti motus nullus fulcitur auxilio rationis: con-  
ſtitutio enim noſtra, ſi ad riualem ſenſum poſt-  
poſito coniuge non trahatur, id ſi bene perpenditur  
ſtatuit, quod alias per ſanctiones canonicas eſt  
ſtatutum, licet pœnas contra tranſgreſſores adie-  
cerit, nonnullis excommunicatis, quaſi vitio pec-  
care deſinentibus potius formidinis pœnã, quam  
amore virtutis. Non enim præciſe ſtatuiſmus, pro  
deſenſione ac neceſſitatibus tuis vel regni tui ab  
eiſdem prælatiſ, eccleſiaſticisve perſonis pecunia-  
riam ſubſidium non præſtari; ſed adiecimus id  
non fieri ſine noſtra licentia ſpeciali, adductis in-  
conſiderationem noſtram exactioibus intolerabi-  
libus eccleſijs & perſonis eccleſiaſticis, religio-  
ſis & ſecularibus, dicti regni ab officialibus tuis au-  
ctoritate tua impoſitis atque factis; de futuris po-  
tius veriſimiliter formidantes, cum ex præteritis  
certitudo præſumi valeat de futuris: ſed te non  
nouimus ad tales exactiones auctoritate fulcitur,  
cuius auctoritatis abuſum in te ac quolibet prin-  
cipe ſeculari diuina & humana iura, quinimo iu-  
dicia deteſtantur: cum tibi ſit & eis talis penitus  
auctoritas interdita, quod tibi pro tua, & ſucces-  
ſorum tuorum ſalute ad perpetuam rei memoriam  
preſentibus nuntiamus; nulliq; ſuggerenti contra-  
rium fidem adhibeas, quinimo nec præſtes auditũ.

29 Obijcias, ſi quando per te vel progenitores  
tuos pro neceſſitatibus dicti regni ad eandem  
ſedem habitus ſit reſcuſus, & inanis pertranſierit  
peritio aures eius, quin fueritis efficaciter exau-  
diti. Vbi regni nempe grauis, quod abſit, prædi-  
cti neceſſitas immineret, nedum ab ipſius præla-

ſacra-  
mentum  
de ſub  
ſubſidijs  
deceretũ  
illud re-  
giũ fer-  
ri non de-  
buiſſe, de-  
monſtrat.

Ob conti-  
tutionem  
aposto-  
licam de  
non ſolu-  
dis a clero  
ſubſidijs  
deceretũ  
illud re-  
giũ fer-  
ri non de-  
buiſſe, de-  
monſtrat.

Nixam  
æquitate  
fuiſſe o-  
ſtendit.

Regiõs ad  
miſtros  
iniuſte ab  
eccleſijs  
ſacras o-  
pes extor-  
quere.

Si regnũ  
pericula-  
retur, non  
veſtigialia  
modo, ſed  
ipſos etiã  
ſacros cali-  
ces Rom.  
eccleſiam  
in ipſius  
auxilium  
cõuocaturã



eis, & personis ecclesiasticis tibi vel ipsi sedes eadem concederet, ac faceret subueniri; verum etiam si exigeret calices, cruces, aliaque propria vasa sacra manus extenderet, priusquam tantum & tale regnum, tam ipsi sedi charum, immo charissimum, & ab antiquo deuotum exponeret minoris curæ defectui, quo minus ab ea efficacis defensionis præsidia fortiretur.

Nunc autem, amantissime fili, considera quis Rex, quisue princeps regnum tuum non impugnatus a te, vel non offensus impugnat. Nonne Rex Romanorum fuisse occupatas a te tuisque prædecessoribus, seu occupatas teneri ciuitates & terras seu limites ad Imperium pertinentes cum instantia conqueritur, & specialiter Burgundia comitatum, quod notum est fore feudum descendens ab Imperio, & recognoscendum ab ipso? Nonne charissimus in Christo filius noster Rex Angliæ illustris de nonnullis terris Guatonia asserit illud idem? Numquid super ijs dicti Reges denegant stare iuri? Numquid Apostolicæ sedis, quæ Christianolis omnibus præminet, iudicium vel ordinationem recusant? Dumque in eos super ijs ipsi peccare te asserunt, de hoc iudicium ad sedem eandem non est dubium pertinere. Profecto qui contra dictos Reges assumptionis, & prosecutionis malum dederunt consulendo, vel inducendo consilium, dant periculostorem progressum: nec est habenda fiducia super hoc verisimiliter boni finis, cum ea, quæ mala sunt inchoata principio, vt frequentius vix bono exitu peragantur. Pone in recta statera animarum pericula, corporum cades, expensarum voragine, damna rerum, quæ occasione assumptionis & tuorum processum euenerint, rationis sequens iudicium, & non impetum voluntatis, a malorum consiliariorum insidijs elongatus; & tunc manifeste cognosces, te fuisse deceptum, nec expediuisse te talia assumpsisse.

30 Quid ergo tibi accideret, si, quod absit, sedem ipsam offenderes grauius, eamque hostium tuorum constitueres adiutricem, quin potius contra te faceres principalem? Cum nos & fratres nostri, si Deus ex alto concesserit, paratissimi non solum persecutiones, damna rerum, & exila sustinere; sed & corporalem mortem subire pro ecclesiastica libertate. Sunt & alij, sicut ad nostram notitiam est deductum, qui maligne surrepunt, dicentes: iam non poterunt prælati & personæ ecclesiasticæ regni tui seruire de feudis, vel subuentiones facere, in quibus feudorum ratione tenentur: iam nõ poterunt vnum scipsum, vnum equum dare liberaliter Regi suo. Non fertur ad tales & consimiles interpretationes subdolas dictæ nostræ constitutionis intentio: tam falsidicos interpretes non admittit, sicut hæc plenius aliquibus tuis nuncijs & familiaribus viæ vocis oraculo sapimus duximus exponenda.

31 Quantumlibet autem per subdolos impulsus versatus sis, vt caderes ob prædicta, & ea nos turbauerint, & ad indignationem non sine ratione mouerent, nos tamen paterni amoris soliti, ac eadem ecclesia te sui vteri filium obliuisci non possumus, quin suspensio rigore te in benedictionibus præueniendo dulcedinis, & via mansuetudinis prosequendo, experiamur primitus quam reuerenter, quam efficaciter monita paterna suscipies, & medicamenta curantis illius periti medici Samaritani vicarij, qui super vulnera hominis cuiusdam de Ierusalem descendentis in Iericho, qui inciderat in latrones, & fuerat spoliatus, ac reli-

ctus plagis impositis semiuuius; misericordia motus oleum & vinum apposuit.

32 Igitur tali exemplo a fomentis olei benignius inchoantes, ecce venerabilem fratrem nostrum Viuariensem episcopum, virum quidem probatæ religionis, scientiæ eminentis, circumspeditionis maturæ, ex conuersatione diutina nobis & fratribus nostris notum & charum; ac tui honoris & commodi zelatorem, qui & de regno & terra tuis traxit originem; ad te prouidimus destinandum, vt præmissa solerter & clare celsitudini regiæ oraculo viæ vocis exponat, & exprimat, vt præmittitur, mentem nostram, quæ super his & ea contingentibus plene duximus informandum. Serenitatem itaque regiam monemus, rogamus, & hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus non ad animam reuocēs, sed gratanter accipiens, quod te instanter reducere nitimur ad salutem, paternam medicinam suscipias reuerenter, nostrisque tibi & tuo regno salubribus monitis acquiescens, errata sic corrigens per te ipsum, nec permittens in antea per falsa contagia te seduci; ita quod a Deo præmium exinde consequaris, nostram & dictæ ecclesiæ beneuolentiæ tibi conferues & gratiam, & apud homines bonam famam; nec oporteat nos ad alia, & minus vtitata remedia, perseueranter instante, ac pulsante, nec non cogente iustitia, extendere manus nostras, quamuis hoc inuiti, & inuoluntarij faceremus. Dat. Anagninæ vii. kal. Octobris anno 11.] Non destitit propterea politici memoratam de tuenda ecclesiastici ordinis immunitate constitutionem rodere: ac licet Philippus Rex officij monitus legem de pecunia e regno non esserenda in Italiam resciderit, eam tamen postea cum grauiores recrudescerent discordiæ, renouauit. De quibus suis locis inferius: nunc ad Bonifacium zelum in sedis Apostolicæ contra pernicaces auctoritate asserenda sermonem traducimus.

33 Irreperat a ad Valentiniam ecclesiam in Hispania Munio, laicorum scilicet potentia ac solutis ecclesiasticis legibus; quem cum archiepiscopus Toleranus, vt vitio creatum remouere episcopali sede debuisset, magno ecclesiasticæ rei detrimento confirmarat. At Pontifex, restituendæ disciplinæ audis, Bergensi archiepiscopo dederat imperia, vt Toletano iudicium intenderet, lapsoque trimestri apud subsellia apostolica se sistere iuberet. Spernentem vero id edictum Toletanum archiepiscopum Pontifex huius sententiæ terrore ad officium compulit: Nos, qui secundum Apostolum prompti sumus inobedientiam omnem oblesci, sine Dei & sedis, cui præsidemus, offensa dissimulare amplius non valentes, quin tam longa contumacia, tamque continuata inobedientia eius, & contemptus notabilis iustæ indignationis nostræ motus sentierent, & eos debita pœna percelleret, dictum archiepiscopum, qui nos & dictam sedem tamdiu contempsit, contemptibilem iusto iudicio reddere cupientes, et in quo deliquerat puniretur; a confirmatione & consecratione suffraganeorum suorum, nec non a collatione personatum, dignitatum, canonicatum, præbendarum, portionum, & præstimoniorum Toletanæ ecclesiæ in presentia fratrum nostrorum vsque ad beneplacitum Apostolicæ sedis suspendimus, & volumus manere suspensum, ea interim sedi eidem specialiter reseruantes. Et nihilominus vt eius pœna sit metus multorum, & transeat præceptorum nostrorum contemptoribus & contumacibus in exemplum; memoratam archiepiscopum, nisi infra quatuor menses a tempore denunciationis sententiarum & processus

Inculcat finitimos Reges ab ipso laesos conqueri.

Burgundia comitatu Imperij beneficium esse.

Vasconia ad Angliam spectare. Non declinare. Adolphum & Eduardum iudicium sedis Apost.

\* malo

Coniicere se in gratius discrimen, si Romanam in se ecclesiam concitaret.

\* exilia

Blanda a se premissa asperioribus remedia.

Vincula...

Toleranus archiepiscopus...

Vocatus in iudicium.

Inculcat...



*suu nostrorum huiusmodi eidem facta se personaliter nostro conspectui presentauerit, suam purgaturus contumaciam, & offensurus innocentiam, si poterit, in predictis, alias promeritis recepturus; archiepiscopali dignitate & administratione Toletana ecclesie eum decreuimus hoc ipso & \* non decernimus fore priuatum. Dat. Anagnia x. kal. augusti anno 11.*

34 Ad comprimendam etiam nouæ hæreseos luem, quæ sensim in pluribus prouincijs graui Christianæ religionis discrimine pullulabat a, Bonifacius magno ardore incubuit. An illa Fraticellorum esset propago impia, aut alia quædam pestis, non insinuat in literis: præcipuos tamen errores, qui partim Fraticellis, partim Vvaldensibus, & alijs hæreticis communes fuere, exprimit damnatque. In primis noui cupidinum doctores, vt facile ad sectam scæmas, cum quibus impura exercebant lenocinia, allicerent, administrandæ rei sacræ auctoritatem ijs contulere, atque in conuenticulis ad pascendam oculorum libidinem cum orationi vacandum erat, nudare corpora docuerunt. Sed hæc aliaque scæda horum hæreticorum dogmata e pontificijs literis accipiamus.

*Bonifacius, &c. ad perpetuam rei memoriam.*

Nuper ad audientiam nostram peruenit, quod nonnulli, in uiam Caim nouiter abeuntes, errore Balaam effusi mercede, & cõtradictione Chore incendio perituri, quasi nubes sine aqua, quæ circumferuntur a ventis, infructuosi vt arbores autumnales, sicut errantia sydera, quibus in æternum tenebrarum procella seruatur; & nouis adinventionibus cæcitate, æternis supplicijs non cõtenti, conantur in proximos contagionis uenena diffundere, vt ad terram tenebrosam & operam mortis caligine ipsos deducant, ubi error inhabitat sempiternus. Accepimus namque, quod nonnullæ personæ se contra sanctam catholicam ecclesiam Romanam erigentes, etiam sexus fæminei dogmatizant se ligandi & soluendi clauis habere, pœnitentias audiunt, & a peccatis absoluunt, conuenticula non solum diurna faciunt, sed nocturna, in quibus de suis prauitatibus conferunt, & de erroribus conueniunt in id ipsam, & prædicare præsumunt; tonsura clericali contra ritum Ecclesiæ abutentes, Spiritum sanctum se dare per impositionem manuum mentiuntur, & exhibendam soli Deo, & non alteri, cuiuscunque fuerit conditionis, dignitatis & status \*: efficaciores etiam illas orationes affirmant, quæ a nudatis toto corpore offeruntur: mulieres inuicem se desponsant: dicunt fidelibus operari manibus non licere: mares nudi huiusmodi sectæ damnatæ feminas antecedunt, & in dicta sancta Ecclesia ligandi atque soluendi fore abnegant potestatem; non solum præmissis, & alijs nouis in uis obuolati, quibus erronee adhaerentes ipsa sustinent & defendunt, sed & nonnulli erroribus, quos ueritas damnata produxit. Inter quos aliqui esse dicuntur apostata, qui professi fuerant in ordinibus approbatis, qui sagittas pestiferas cordibus simpliciorum insigunt [his uidentur notari Fraticelli, qui in eam colluuiem confluerant, de quibus horrenda a scriptoribus feruntur b. ]

Commisi ergo nobis vniuersalis Ecclesiæ cura regiminis, & apostolicæ solium dignitatis nos angunt, & pungunt, & hortantur instanter, vt talibus, qui inconfutibilem Domini tunicam disfluere moluntur, salubribus remedijs obuiantes, insana tantæ malum nostro intuitu diuina nobis assi-

stente gratia, dissipemus. Quapropter huiusmodi sectam, tam hereticam quam insanam, de fratrum nostrorum consilio omnino damnantes, damnatam & hereticam nunciamus, & vniuersis Christi fidelibus ecclesiasticis vel mundanis, cuiuscunque fuerint dignitatis, conditionis, aut status, districte præcipimus, vt mortale huiusmodi virus abijciant, & talia nefanda credentibus nullum per se vel per alium publice vel occulte præstent auxilium, consilium, vel fauorem, & vt non receptent eosdem: ecclesiarum uero prælati, & etiam inquisitoribus heretica prauitatis auctoritate apostolica institutis ubilibet, & instituentis in posterum districtius iniungentes, vt contra tales, sicut contra hæreticos, auxiliares, consiliatores, receptatores, & fautores eorum debitum sui officij diligentius exequantur, quos puniri uolumus sententijs, pœnis, & multis illatis ipso iure, & inferendis per apostolicas canonicas ecclesiasticas & secularium principum sanctiones, præsertim quondam Frederici olim Romanorum Imperatoris tempore, quo idem in deuotione Romanæ ecclesiæ persistebat, contra hæreticos seu quorumcumque ratione prauitatis hereticæ ordinatas. Dat. Anagnia kal. augusti anno 11.]

Oppressæ hæreses tum diligentia Bonifacij fuere, quæ postea varijs temporibus iterum emerere, quæ scæce inquinatus uideatur impurus Dulcinus, qui lasciuia ac impudentiæ fræna laxauit Clemente V. Pontifice, a quo error profligatus est, sed ad Bonifacium redeamus. Distrinxit b is etiam legum seueritatem in illos, qui Saracenis merces ueritas in ferebant, incussisque pœnis grauissimis, arma, aliaque uetita inuehi prohibuit.

35 Hoc anno decreta est in Syriam & Dalmatiã memoranda legatio a Picenis ad explorandam deuictæ diuinitus in agrum Recinetensem Nazarethanæ domus, in qua Virgo Christum Spiritus sancti opera concepit, ueritatem. Per moti ad id fuere monitis Pauli e Sylua pij eremita, cui Deipara per speciem obiecta id narrarat; tum sedium pluries mutatarum miraculo, tum Dalmatarum sibi ereptam profitentium suspirijs, uti Horatius Turfelinus historiæ Lauretanæ scriptor accuratissimus hisce uerbis exponit c: *Picentibus uanum primo somnium uisum, & auctor a multis pro somniatore habitus: deinde uero, quoniam de dato ademptoque diuinitus Dalmatia facello, Dalmatarumque adem Lauretanam agnoscentium testimonio obscura quadam per eos dies fama emanarat, collegere sese, ac tantam rem minime negligendam existimarunt. Et recens eos admiratio stimulabat, quod eandem adem ter uino anno sedem in agro Piceno mutasse meminerunt. Ergo internuntij ultro citroque missi: ac demum Recinetensibus auctoribus communi Picentium consilio decretum, ut are contributo certi homines in Illyricum inde in Galilaam mitterentur, rem oculis certisque indicijs exploraturi d. Igitur sexdecim uiri fide, religione, auctoritate præstantes, ex omni Piceno lecti. His datum negotium ut Dalmatiam primum, inde Galilaam explorantes rem omnem intentius inuestigarent, & de natali B. Mariæ domo, qua illis locis fuisse diceretur, comperta omnia domum referrent. Confestim illi transmissis Adriatico sinu Tersactum delati accolis adueniens causa aperiri sui. Ardebant dolore ex recenti adhuc uulnere Dalmata omnes. Talis ergo boni amissi recordatione ingemiscientes, summum eius desiderium uocibus ac lacrymis testabantur. Legatis amice rogantibus aream monstrant, quam B. Virginis domus infederat, atque inibi geminam illi ac similem adem*

Damnatura Bonifacio. Deterrantur fideles a sequendis eorum erroribus.

Censores fidei ad eam excindendam luẽ instituti.

a Clem. V. l. 6. ep. cur. 37. b Ibid. ep. cur. 36. 99. Merces Saracenis inuehi uetita.

Missi ad Nazarenæ domus ueritatem indagandam exploratores.

c Horat. Turfelli. hist. Lauret. c. 12. ex propo. Turman. & Hieron. Angelica.

d Cap. 13. ex ijsd. Illorum in Dalmatia appellus.

Quæ fuerint ab ipsa compta.



rei monumentum extructam. Et simul integrato fletu queruntur, ea sola Illyricis celestis domi reliqua esse vestigia; alijs tam diuini muneris concessam gloriam, sibi tantum famam relictam. Itaque Picentium legati adis Lauretana mensura, quam secum ad hunc usum attulerant, quaqua versus ducta, quod vacui erat spatij id Lauretana adi prorsus congruere apprehendunt. Sciscitanti inde tempus amissis sacrosancti sacelli, comperiunt, id eodem plane tempore Illyricis ereptum, et Picentibus datū. Re satis explorata, cum utriq; commemorassent precipua utrobique; patrata miracula, manantibus certatim lacrymis diuellantur; alteri desiderio mœsti, alteri latitia gestientes.

Legati igitur e vestigio vela faciunt. Et infra: Nazarethum ut venere, natalem B. Mariæ inquirunt domum. De Christianis, qui qualescumque supererant in medio nationis praua sedulo sciscitantur. Ab his edocli qua, vigente adhuc Christiana re in Syria, partim ipsi a maioribus acceperant, partim suis ipsimet oculis viderant, ad optatum ducuntur locum. Reperiunt arcem cum fundamentis auulsa domus in sola relictis, qua intentiore cura dimensi, omnia omnino cum Illyricis vestigijs adisque Lauretana forma ac parietibus conuenire comperiunt. Re utrobique gesta ex sententia, admodum leti conscendunt nauim, ac remerso mari Anconam, vnde soluerant, reuebuntur incolomes. Protinus domos repetunt, magistratibusq; ac primoribus ciuitatum, vnde missi erant, comperta referentes, suam illis latitiam impertiunt. Et Recinenses successu leti legationis, cuius auctores fuerunt, monumentum extare voluerunt. Rem omnem in publicas tabulas referre placuit, additis sexdecim legatorum nominibus testimonijsque quo res testatior ad posteros foret. Earum literarum exempla, in priuatorum adibus asseruata, ad nostram vsque aetatem peruenierunt. Hæc autem per legatos cognita sunt anno a Virginis partu MCCXCVI.

36 Concludamus hunc annum felici obitu insignis viri Henrici episcopi Ratisponensis, qui illam ecclesiam XIX. annis strenue rexit, muneribusque amplissimis locupletauit, quem Eberhardus, memoriam mortis iugiter sibi proponentem, commendat his verbis: *Septimo kal. augusti Henricus Ratisponensis episcopus filius comitis de Rotenække moritur: postquam enim in die B. Iacobi Apostoli, quem speciali consuevit venerari honore, cum multa deuotione missarum solemnialiter processionaliter celebrasset, & cum clero & populo se in mensa refecisset, hora vespertinæ incipit subito viribus corporis destitui, & sic in die altera expirauit. Qui mira prouidentie & sagacitatis extitit, in tantum etiam, quod anniuersarium suum viuus & sanus plusquam ad quatuordecim annos ante mortem suam instituit, & eiusdem celebrationem cum candelarum accensione & pulsatione, qua consuevit fieri in funere episcopi, vigilijs & missis annis singulis interfuit. Sepulchrum sponaliter sibi longe ante ad XII. annos fabricauit, & prouidit iuxta altare B. Virginis in maiori, veteri tamen ecclesia Ratispona. \* Trucam etiam, in qua sepeliri debuit, cum vestibus funeralibus ibidem inpositis in memoriam continuam mortis suæ per eosdem annos habuit locatam a latere lecti sui. Item in spiritualibus mirabiliter prouidit extitit, non solum veterana statuta seruando, immo & multa noua salubriter condendo. Muscam primus in choro Ratispona cantari ordinauit, libros eiusdem artis secundum cantum, & chori consuetudinem prouidendo. Ecclesiam Ratisponensem etiam multis pretiosis decorauit ornamentis, crucibus, calicibus aureis & argenteis, gemmis pretiosis, mitris, cappis, casulis, dalmaticis, vexillis,*

*cortinis, libris, & alijs, quibus fuit ante sua tempora quodammodo omnimodis destituta.*

## IESV CHRISTI

Annus 1297.

BONIF. VIII. PP.  
annus 3.ADOLPHI ROM. REG. 6.  
ANDRONICI IMP. OR. 14.

1 Anno Christi millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, indictione decima, Iacobus Aragonum Rex parto anno superiori regno Murciae clarus a Romam applicuit; atque ingenti apparatu ac magnificentia a Bonifacio exceptus est, utq; antea insularum Sardiniae & Corsicae virium potiundorum spem illi iniectam vidimus, ita demum vororum compos factus, coniunctis ijs regnis, ad summam potentiam effloruit. Confluxisse etiam Romam Carolum Siciliae Regem, Constantiam Reginam Iacobi matrem, vna cum Ioanne Prochita ac Rogerio Lauria, qui a Friderico descuerant, eosque censuris quibus ireriti fuerant, solutos fuisse scribunt auctores; sum magna pompa Roberti Caroli Regis filij vna cum Iolanta Iacobi sorore nuptias celebratas: Fridericum vero in illud Regum Pontificisque colloquium non modo venire respuisse, sed ad Siciliae tyrannidem confirmandam incubuisse; ad quem indiuellendum agitata a Regibus ac Pontifice consilia. Addit Surita leges quibus Sardiniae & Corsicae regna ab sede Apostolica Regi Aragonum eiusque posteris tradita fuerint, quas ex regestis a Pontificijs adducere fatius visum est.

*Bonifacius episcopus seruus seruorum, charissimè in Christo filio Iacobo Sardinia, & Corsica Regi illustri.*

2 Ad honorem Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti & beatæ, & gloriose semperque virginis Mariæ, beatorum quoque Apostolorum Petri & Pauli, necnon & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, de fratrum nostrorum consilio & assensu regnum Sardinia & Corsica, quod ipsius ecclesiæ iuris & proprietatis existit, cum iuribus omnibus & pertinentijs suis tibi & tuis heredibus ex tuo & ipsorum corporibus legitime descendentibus utriusque sexus natis iam, & etiam nascituris, in perpetuum feudum gratiose conferimus, & ex Apostolica sedis liberalitate concedimus, & donamus sub modo, forma, tenore, & conditionibus, & conuentionibus contentis presentibus a nobis, nostrisque successoribus canonice intransitibus, & dicta Romana ecclesia tenendum in feudum, & per cuppam auream te de eodem presentialiter inuestimus; ita quod tam tu, quam quilibet tuorum heredum in dicto regno pro ipso regno Sardinia & Corsica nobis & ipsi Romana ecclesia prestabitis, & prestare tenebimini ligium homagium, vassallagium plenum, & fidelitatis iuramentum sub forma inferius annotata: & pro eodem regno Sardinia & Corsica supra dicto nobis & eidem ecclesiæ seruire infra Italiam sitis astricti de centum equitibus, decenter armatis, cum vno equo ad arma & duabus equitaturis ad minus per quemlibet, & quingentis pedibus, inter quos sint saltem centum ballistarij de bonis ballistis armati, & muniti, & reliqui pedites suo modo sint conuenienter armati: & tam equites quam pedites sint incolæ terræ vestræ in Aragonia, vel Catalonia, seu alijs partibus eiusdem adiacentibus constituta cum sumptibus, gagijs, & expensis vestris

per

Profectio  
in Syriâ.Quæ visa  
retulerintHenrici  
episcopi  
Ratisponensis  
pioris.al Sexto  
Eberhard.  
apud Can.  
antiqu. lect.  
fo. 1 pag.  
33r.\* id est Lo  
culumSalubris  
mortis co  
gitatio.



per trimestris tēporis spatium a die, quo ipsi equites & pedites intrabunt terram ecclesiæ cōputandum. Erit autē in potestate Romani Pontificis seu dictæ ecclesiæ prædictos equites & pedites vltra præfati trimestris temporis spatium ad similia sumptus, gagia, & expēlas ipsius ecclesiæ, si plus eos vel ipsorum aliquos voluerit retinere. Et si Rom. Pontifex, vel etiā ipsa maluerit dictum seruitium equitum & peditum cōmutare totaliter cum stolio vel certo numero galearum, seu vasorum maritimorū armatorum infra maritimam Italiæ, possint hoc facere, & tu & heredes ipsi commutationem eandem facere teneamini, & sitis adstricti; dādo infra ipsam maritimā quinque galeas bene guarnitas, munitas, & armatas de bonis hominibus, & alijs opportunis vestris expensis per tres mēses, computādos a die, quo ingressē fuerint maritimā Italię, terris ecclesię supradictę vicinā, quas munitas taliter vltra dictos tres menses ad similia gagia & expensas suas, si Romanus Pontifex vel ecclesiā ipsā voluerint, poterunt retinere. Præstabitis autem, & præstare tenebimini supradicta seruitia equitum & peditum & galearum, vt superius est expressum, semel in anno quodcumque indigebit Romanus Pontifex seu Romana ecclesiā, de quo ipsius Romani Pontificis vel ipsius ecclesiæ simplici verbo credetur.

3 Et insuper tam tu, quam quilibet tuorum heredū in dicto regno Sardinie & Corsicę, pro ipso regno censum duorum millium marcharum argenti bonorū & legalium sterlingorum, vbi cumq; Romanus Pontifex fuerit, ipsi Romano Pontifici, qui erit pro tēpore, & ecclesiā, vel ipsi ecclesiā vbi ipsa fuerit sede vacante, recipienti pro futuro Pontifice, & pro portione collegium ipsius ecclesiæ Cardinaliū cōtingente; in festo beatorum Apostolorum Petri, & Pauli annis singulis integraliter pro dicto regno Sardinie & Corsicę persoluetis. Ad quem censum, vt præmittitur, persolueudū tam tu, quam quilibet heredum tuorum in ipso regno tenebimini vt sitis adstricti. Si vero tu, vel quicumq; heredum tuorum in ipso regno statuto termino nō solueritis integre, vt præmittitur, cēsum ipsum; & expectati per quatuor mēses, terminum ipsum immediate sequentes, de illo ad plenum non satisfeceritis, eo ipso eritis excommunicationis vinculo innodati. Quod si in secundo termino infra subsequentes alios quatuor menses eundem censum sine diminutione qualibet non persolueritis, totum regnum Sardinie & Corsicę erit ecclesiastico suppositum interdicto. Si vero nec in tertio termino, nec infra alios quatuor menses proximos per plenam satisfactionem eiusdē census tu & heredes tui vobis duxeritis consulendum; ita quod, transactis eodem tertio termino & quatuor proximo sequētibus mensibus, non sit de huiusmodi censu primi termini ipsi ecclesię integre satisfactum; ab eodē regno Sardinie, & Corsicę ipso iure cadatis ex toto, & regnum ipsum ad Romanā ecclesiā eiusq; dispositionem integre, et libere reuertatur: nihilominus pro singulis duobus millibus marcharum singulorum terminorū, si simili modo in eorum solutione cessaueritis, vel illa non solueritis; tu et quilibet tuorum heredum in dicto regno Sardinie & Corsicę pœnas similes incurratis, saluis alijs pœnis, processibus, et sentētis, quæ vel qui de iure inferri, vel haberi, siue proferri poterunt per Romanum Pontificem, vel sedē Apostolicam specialiter in hoc casu: sed ad censum ipsum soluēdum, et ad ipsum seruitium exhibendum dictæ ecclesiæ tunc teneamini cum effectu, cum tu vel heredes tui in dicto regno Sardinie et Corsicę ipsius regni vel maioris partis eius fueritis possessionem adepti.

4 Caterum quia in quibusdam articulis seu capitulis modi, formæ, tenoris, seu conditionum, vel conuentionum ipsorum præsentibus contentorum expressius continetur, quod in certis casibus tu et tui in eodem regno heredes excommunicationis sententiam incurratis, et dictum regnum sit ecclesiastico suppositū interdicto; quodq; tam tu quā heredes ipsi cadatis a regno, seu sitis regno ipso priuati; nos, ex nunc huiusmodi sententias videlicet excommunicationis in te ac eosdem heredes, & interdicti in præfatum regnum Sardinie et Corsicę, et priuationis regni eiusdem, si tua vel ipsorum culpa huiusmodi casus emerferit, de dictorum fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica promulgamus. In succedentibus vero tibi tuisque heredibus circa successionem tuam tuorumque heredum in dicto Sardinie et Corsicę regno forma adijcitur, et seruabitur infra scripta; videlicet quod ille vel illa dumtaxat, qui vel quæ tibi tuisque heredibus in Aragonie regno debeat succedere, in dicto Sardinie et Corsicę regno succedat, et non alius vel alia. Item quod vnus et idem sit Rex regni Aragonum, et regni Sardinie et Corsicę prædictorum, et in suis casibus vbi ad successionem fœmina admitteretur, vtriusque regni eadem sit Regina.

5 Et si in tuo vel heredum tuorum obitu legitimos heredes, prout sequitur, te et ipsos, quod absit, habere non contingat de tuo vel ipsorum corporibus legitime procreatos, regnum ipsum Sardinie et Corsicę ad Romanam ecclesiā supradictam et eius dispositionem libere reuertatur. Descendentes autem ex te et tuis heredibus, Sardinie et Corsicę Regibus, ex tuo vel ipsorum corporibus de legitimo matrimonio nati, mares et fœminæ, in eodem regno succedent: sic tamen quod de liberis pluribus maribus in eodem gradu per eandem lineam concurrentibus primogenitus, et de pluribus fœminis similiter primogenita; et de mare et fœmina in eodem gradu similiter concurrentibus, masculinus omnibus alijs præferatur: sed nec mares nec fœminæ illegitime natæ succedant. Quod autem de fœminis rectæ lineæ dicitur, intelligendum est tam de nuptis, quam etiam de innuptis; dum tamen nuptæ sint fidelibus, et ecclesiæ Romanæ deuotis. Et sicut inter has personas gradus seruari volumus, vt scilicet prior gradus posteriori gradui præferatur, sic et in eodem gradu pluribus concurrentibus priorem natu posteriori, et marem fœminæ in huiusmodi successione volumus anteferrī: personarum autem huiusmodi nulla superstitē, regnum ipsum Sardinie & Corsicę ad Romanam ecclesiā & eius dispositionem libere reuertatur. Quod si forte, deficientibus masculis, contigerit fœminam inuuptam, quæ ad ipsius regni regimen & defensionem existat idonea, Romani tamen Pontificis prius super hoc consilio requisito; nec nubit nisi viro catholico, & ecclesiæ Romanæ deuoto. Et si contra hoc fieret, licebit eidem Romano Pontifici contra ipsam ad priuationem regni Sardinie, & Corsicę de plano, sine strepitu & figura iudicij & absque omni iuris solemnitate, in quacumque ætate filia ipsa consisteret, procedere, si hoc ei videbitur expedire. Veruntamen quomodocumque, te viuentē, vel quouis tuo herede, in eodem Sardinie & Corsicę viuentē, tu vel quilibet heredum tuorum in ipso regno volueritis cum consensu expresso Romani Pontificis & Romanæ ecclesiæ de persona, quæ tibi vel ei successura sit, in prædicto

Centuræ ecclesiasticæ et intentatæ.

Sardicum regnū ab Aragonio non diuidendum.

Quo casu ad ecclesiā non diuoluendū.

Qui seruā di ad successionem gradus.



regno Sardinia & Corsica aliter ordinare, illud de huiusmodi persona successura seruabitur, quod per te vel quemuis heredum tuorum in ipso regno cum consensu expresso Romani Pontificis & Romanæ ecclesiæ fieri, vel ordinari contingeret.

6 Ad hæc tam tu, quam tui in regno ipso heredes regnum ipsum Sardinia & Corsica nullatenus diuidatis; sed semper illud vnus tantum sub ipsis modo & forma, tenore, conditionibus, & conuentionibus immediate & in capite a nobis & successoribus nostris, & ab ipsa ecclesia Romana tenebit. Forma vero iuramenti fidelitatis vassallagij, ligij, & homagij, quæ tu in nostra præsentia facies, & præstabis pro regno Sardinia & Corsica sæpedito; & quam præstari & fieri volumus, ac seruari a tuis heredibus in eodem, verbis competenter mutandis, talis est.

7 Ego Iacobus Dei & Apostolicæ sedis gratia Rex Sardinia & Corsica plenum vassallagium, fidelitatem, & ligium homagium faciens, & iuramentum præstans pro dicto regno Sardinia & Corsica, ab hac hora in antea fidelis & obediens ero beato Petro, domino meo domino Bonifacio diuina prouidentia Papæ VIII. suisque successoribus canonice intrantibus, sanctæque apostolicæ Romanæ ecclesiæ. Non ero in consilio, aut consensu, vel facto vt vitam perdant aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium, quod mihi credituri sunt per se, aut per nuncios suos, siue per literas ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam: & si sciuro fieri, vel procurari, siue tractari aliquid, quod sit in ipsorum damnum, illud pro posse impediam: & si impedire non possem, illud eis significare curabo. Papatum Romanum & regalia S. Petri tam in regno prædicto, quam alibi existentia adiutor eis ero ad retinendum & defendendum, ac recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem. Vniuersas & singulas condiciones, modos, seu formas, & tenores contentos in literis concessionis dicti regni Sardinia & Corsica, ac omnia & singula, quæ continentur in eisdem literis, plenarie adimplebo, & inuiolabiliter obseruabo, nec vllò vquam tempore veniam contra illa. Sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei euangelia.

8 Similia autem fidelitatem, vassallagium plenum, & homagium ligium & iuramentum renouabis, facies, & præstabis vniciuique Romano Pontifici & dictæ ecclesiæ infra annum a die, quo in Romanum Pontificem electus fuerit, computandum: & similia præstabit & faciet, & similiter renouabit, & facere, præstare, & renouare tenebitur vnusquisque heredum tuorum in dicto regno vniciuique Romano Pontifici, qui erit pro tempore, & ipsi Romanæ ecclesiæ secundum formam præscriptam nomine Romani Pontificis, qui tunc erit, & suum nomen proprium exprimendo. Et postquam tu & heredes in regno Sardinia & Corsica sæpedito præstiteritis & feceritis personaliter iuramentum, fidelitatem, homagium, seu vassallagium secundum prædictam formam vni Romano Pontifici per vos ipsos, alij Romano Pontifici non astringamini personaliter præstare & facere; dummodo illa præstetis & faciatis infra annum per idoneum vel idoneos substitutos, ad hoc plenum mandatum habentes. Et si plus placuerit Romano Pontifici, vel Romanæ ecclesiæ, iuramentum, fidelitatem, vassallagium, & homagium prædicta præstabis, & facietis tu & heredes tui nomine summi Pontificis & Romanæ ecclesiæ illi vel illis, quem vel quos ad hæc specialiter ipse Romanus

Pontifex, vel sedes eadem deputabit. Quando cumque vero tu vel heredes tui in regno prædicto prædicta iuramentum, fidelitatem, vassallagium, & homagium præstabis & facietis per vos, vel per alium, seu alios, vt superius continetur, dabis infra mensem post Romano Pontifici & eidem ecclesiæ patentes literas aurea bulla bullatas; prædictos & infra scriptos modos, & conuentiones, condiciones, tenorem, & formam acceptantes expresse; & formam dictorum homagij & iuramenti fidelitatis, & vassallagij similiter & specialiter exprimentes.

9 Sane omnibus ecclesijs tam cathedralibus quam alijs, regularibus & secularibus; nec non & omnibus prælatis & clericis, ac vniuersis personis ecclesiasticis, secularibus, & religiosis, & quibuslibet religiosis locis dicti regni Sardinia & Corsica libere dimittantur, & conferuentur integre omnia bona & iura eorum. Omnes insuper ecclesiæ tam cathedrales quam alia, regulares & seculares; nec non & omnes prælati & clerici, ac vniuersæ personæ ecclesiasticæ, religiosæ & seculares, & quæcumque religiosa loca cum omnibus bonis suis in electionibus, postulationibus, & nominationibus, promissionibus, & omnibus alijs, plena libertate gaudebunt; nec ante electionem, siue in electione, vel post regius assensus vel consilium aliquatenus requiratur. Quam vtrique libertatem tu & tui in eodem regno heredes semper manutenebitis, ac manuteneri facietis ab omnibus subditis vestris, dictæque ecclesiæ ac personæ vtentur libere omnibus bonis & iuribus suis: saluo tibi & tuis in regno ipso heredibus iure patronatus in ecclesijs in tantum, quantum in hac parte patronis ecclesiarum canonica instituta concedunt; & illis dumtaxat ecclesijs, in quibus tibi vnusquisque heredibus ius patronatus competere dignoscatur.

10 Omnes etiam causæ ad forum ecclesiasticum pertinentes libere & absque vllò impedimento agitantur, tractantur, & ventilabuntur coram suis ordinarijs & alijs ecclesiasticis iudicibus, & terminabuntur per eos: et si ad sedem Apostolicam super huiusmodi causis appellari contingeret, tam appellantes, quam appellati ad eandem venire sedem pro appellationum prosecutionibus libere, & absque inhibitione aliqua permittantur. Omnibus insuper capitulis, collegijs & conuentibus, & personis ecclesiasticis, religiosis & secularibus, ac communitatibus, vel vniuersitatibus, & personis secularibus quorumcumque locorum dicti regni, cuiuscumque conditionis & status extiterint, quoties per te vel aliquem heredum tuorum tuos officiales, vel ministros, aut alicuius eorum senserint se grauatos, ad Apostolicam sedem liberum super hoc liceat habere recursum; nec præstabitur eis obstaculum, quo minus libere & secure recurrant.

11 Sacramenta vero fidelitatis, seu assicurationis præstabitur secundum antiquam & rationabilem consuetudinem, prout canonica instituta permittunt, ab illis ecclesiarum prælatis, quorum prædecessores illa antiquitus soliti sunt præstare. Ab illis autem prælatis & ecclesijs, qui temporalia bona tenent, si qui tamen sunt, qui huiusmodi bona teneant a domino dicti regni, & alijs dominis temporalibus; & qui ratione huiusmodi bonorum ab antiquo consueuerunt Regibus vel alijs dominis temporalibus, in dicto regno Sardinia & Corsica constitutis, seruitia exhibere, huiusmodi honesta & antiqua seruitia eis secundum

Sardicum & Corsicum regna non partienda inter plures heredes.

Sacramenti a Iacobo exhibendi forma

Singulis Pontificibus illud præstandum.



rationabilem & antiquam consuetudinem, & sicut instituta patiuntur canonica, impendantur, salua semper circa ecclesias cathedrales, & alias regulares, ac personas & loca ecclesiastica, tam in faciendis provisionibus & electionibus confirmandis, quam in omnibus quibuscumque alijs, Romani Pontificis & ecclesie Romanae iurisdictione & auctoritate plenaria, & libera potestate.

12 Reuocabis quoque omnes constitutiones seu leges, vel statuta per Reges seu principes seculares Sardiniae & Corsicae editas contra ecclesiasticam libertatem, nec statuta vel constitutiones aliquas tuas vel aliquis heredum tuorum in dicto regno editis aut promulgabitis, per quas seu quas iuri & libertati ecclesiasticae derogetur. Promittes etiam quod tuo vel heredum tuorum tempore nullus clericus, vel persona ecclesiastica eiusdem regni in civili, vel criminali causa conuenietur coram iudice seculari, nisi super feudis iudicio petitorio conueniatur ciuilitur, quatenus canonica iura permittunt: sed omnibus ecclesijs & personis ecclesiasticis conferretur libertas, nisi sit de illis personis, de quibus iura permittunt.

Nullas insuper tuas, aut quisquam alius tuus in regno Sardiniae & Corsicae heres tallias imponetis ecclesijs, monasterijs, clericis, & viris ecclesiasticis, vel rebus, seu vassallis eorum, & in ecclesijs vacantibus tuas vel tui in praedicto regno heredes nullas habebitis regalia, nullosque fructus, redditus, & proventus; nullas etiam obventiones, ac nulla prorsus alia percipietis ex eis, nihilominus custodia earundem ecclesiarum, iurium, & bonorum ipsarum interim libera remanent penes personas ecclesiasticas iuxta canonicas sanctiones, saluis tibi dictisque heredibus his, quae tibi uel eis tamquam Regi vel domino temporali competere ex praescriptione legitima, consuetudine antiqua & rationabili, priuilegijs legitimis, aut alias de iure, quibus iura diuina vel canonica non obstant. Iudices vero, comites, barones, milites, & persona caetera seculares regni eiusdem, tam magnae quam paruae, in suis bonis, iuribus rationabilibus, & in rationabilibus consuetudinibus seruabuntur. Et tam tu quam in praedicto regno heredes per vos, alium, seu alios exercebitis regimen dicti regni secundum iura ciuilia, quibus canonica instituta non obuiant, & laudabiles consuetudines, saluis regiminibus ecclesiarum vel secliarum personarum, competentibus eis de approbata & laudabili consuetudine priuilegijs legitimis, aut alias de iure.

13 Omnes captiuos & obsides, praesertim Romanos & alios de terra ecclesie oriundos, si quos tu vel tui in dicto regno heredes tempore, quo acquireretis dictum regnum Sardiniae & Corsicae inuenieris in eo, ad mandatum Romani Pontificis, seu Romanae ecclesie restituetis pristinae libertati, vel de eis facietis quod dictus Romanus Pontifex, vel Romana curia ordinabunt. Nullam etiam confederationem, seu pacem, vel societatem cum aliquo Imperatore vel Rege, seu principe vel barone Christiano, vel Graeco, aut Saraceno, vel cum aliqua provincia, seu ciuitate, vel communitate, vel loco aliquo seu personis scienter contra Romanam ecclesiam tuas vel tui in eodem regno heredes in damnum ecclesie facietis: & si etiam feceritis ignoranter, teneamini ad mandatum Romani Pontificis, seu Romanae ecclesie reuocare. Et tam tu quam tui in eodem regno heredes amicos & deuotos ecclesie habebitis pro amicis & pro deuotis, & inimicos & in-

deuotos ecclesie pro inuotis habebitis, nec emulis seu inimicis ecclesie auxilium dabitis, consilium, vel fauorem. In Vrbe, Urbisque districtu, seu in circumposita regione, aut in prouincijs, ciuitatibus, terris seu locis ecclesie Romanae subiectis non recipietis vel assumetis, aut acqueretis dominium, regimen, seu rectoris officium quocumque nomine censeatur; nec de occupandis, vel recipiendis, aut capiendis, vel subingandis eisdem, seu alijs bonis & iuribus eiusdem ecclesie, tu & quibus tuorum heredum intromittetis vos publice vel occulte scienter: quod si contra feceritis ignoranter, & moniti ab ipsa ecclesia non destiteritis, cadetis a iure dicti regni Sardiniae & Corsicae ipso facto, uel eritis illo priuati, & regnum ipsum ad Romanam ecclesiam libere deuoluatur.

14 Quod si forte contingeret te, vel heredes tuos in praedicto regno Sardiniae & Corsicae successores, in Regem vel Imperatorem Romanorum, seu Regem Theutoniae eligi uel assumi, electus uel assumptus nullo modo dictum regnum Sardiniae & Corsicae cum dictis Imperio & regno valeas uel valeant retinere: & si moniti ab ipsa ecclesia dicta Imperium & regna Romanorum seu Theutoniae non dimiseritis, a iure dicti regni Sardiniae & Corsicae ipso facto cadetis ex toto, ac regnum ipsum ad Romanam ecclesiam libere deuoluatur; nisi forte tu, uel idem electus uel assumptus filium habeat successurum sibi in regno Aragoniae, quem uoluerit emancipare, legitime poterit sine fraude, renunciando dicto regno Sardiniae & Corsicae, nihil unquam iuris habiturus in eo publice uel occulte, & dicta regna Romanorum, seu Theutoniae, ac Imperium retinere. Quod si contra tu, uel tui in praedicto regno Sardiniae & Corsicae heredes feceritis, & moniti ab ipsa ecclesia non destiteritis, a iure dicti regni Sardiniae & Corsicae ipso facto cadetis, & regnum ipsum ad Romanam ecclesiam libere deuoluatur. Ad haec, ut tibi plus praesidij & fauoris accrescat, te regna & bona tua stabilia uel libet constituta sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, disponentes te & ipsa gladio spiritali defendere ac tueri, prout expediens fore uidebimus.

15 Demum in nostra praesentia confiteberis, & recognosces expresse, ex gratia & liberalitate nostra & dictae ecclesie dictum regnum Sardiniae & Corsicae tibi tuisque heredibus fore concessum in feudum; & sic te illud recipere uel recepisse sub conditionibus, conuentionibus, siue pactis, modo, tenore, ac forma, quae in praesentibus nostris literis continentur, quos per stipulationem solennem promittes & iurabis, te inuolabiliter seruaturum: pro quibus etiam seruandis dictum regnum Sardiniae & Corsicae, iura tibi in eo competentia & competitura, & bona tua, quae ibidem consistunt, nobis & ipsi ecclesie obligabis. Et promittes nihilominus, quod successores tui heredes in dicto regno Sardiniae & Corsicae eo tempore, quo facient & praestabunt uassallagium, homagium, & fidelitatis iuramentum sub forma praedicta, similia confessiones, recognitiones, promissiones, iuramentum & obligationes facient & praestabunt Romano Pontifici, qui erit pro tempore, & ecclesie supradictae.

16 Insuper tam tu, quam quilibet heredum tuorum in dicto regno Sardiniae & Corsicae, illis temporibus, quibus feceritis & praestiteritis uassallagium, & fidelitatis iuramentum pro eodem regno Sardiniae & Corsicae, dabitis infra mensem post priuilegium seu literas aurea bulla bullatas, in quo

Nulla prefectura in ditione pontificia admittenda.

Sardiniae Rex Ro. Imperij spe exclusus.

Profiteri iussus id regnum liberalitate te pontificia accipere.



vel quibus fatebimini & recognoscetis expresse dictum Sardinia & Corsica regnum a nobis, & Romana ecclesia recepisse in feudum sub conditionibus, conuentionibus, modo, & forma, atque renore, quae in praesentibus literis continentur: quos tenorem, modum, conditiones, conuentiones, & formam promitteretis vos inuiolabiliter seruaturus: pro quorum obseruantia obligabitis vos & dictum regnum Sardinia & Corsica, iura & bona vobis competentia & competitura in eo. Omnium autem praedictorum, quae in praesentibus nostris literis continentur, declaratio & interpretatio, quoties opus fuerit, faciendae ad Romanum Pontificem seu Romanam ecclesiam pertinebunt, quotiescumque super ipsis, vel eorum aliquo, vel aliquibus ambiguitatis aliquid vel dubij oriri contingeret, cuius Romani Pontificis vel Romanae ecclesiae interpretationi, & declarationi stabitur verbo seu literis, prout ipsis Romano Pontifici vel ecclesiae placuerit, faciendis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae collationis, concessionis, donationis, inuestiturae, promulgationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem haec attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Roma apud S. Petram pridie non. aprilis pontificatus nostri anno III. ]

Dubiorum interpretatio Romano Pot reservata.

Adiecta conditio.

Lib. 3. ep. cur. 29.

Iacobus erucei gnati exercitus dux creatus. b. lib. d. ep. cur. 30.

In cliente tela sedis Apost. susceptus.

Ep. cur. 33.

d. Suis. l. 5. annal. c. 37.

17 Ita porro ea regna concessa, quae ex Pisanoorum aliorumque inuasorum manibus erant eripienda, vt si ad recuperandam Siciliam alijs concedenda Apostolicae sedi viderentur, id intra omnium sanctorum festum ei praestare liceret. a

Iacobo Regi Sardinia & Corsica illustri.

Cum regnum Sardiniae atque Corsicae tibi, posterisque tuis sub certis modis & formis duxerimus concedendum, volumus & praesentium auctoritate decernimus, quod quantumcumque huiusmodi facta fuerit pura concessio, hoc expressum intelligatur & actum, quod si pro pace regni Siciliae in facto vel ante factum fuerit nobis, & ecclesiae Romanae ipsum regnum Sardiniae ac Corsicae necessarium, disponendi de ipso Sardiniae & Corsicae regno, ac illud alij concedendi vsque ad festum omnium sanctorum proximo futurum sit nobis & eidem ecclesiae libera & plena reservata facultas; quodque tu super hoc regium praestes assensum per tuas patentes literas, harum seriem continentes, nobis ad nostrum beneplacitum assignandas. Dat. Roma apud S. Petrum non. aprilis an. III. ]

18 Praeter ea regna Iacobo tradita, Bonifacius ipsum Christiani exercitus in orientem traiecturi ducem b creauit: vt enim Sicilia perduellis Christianas ibi res labefactarat, ita in spem veniebat Bonifacius, vt si in ecclesiae obsequium rediret, tunc omnium principum Christianorum arma in Saracenos vertere posset: magnaeque Aragonijs gloriae fuit, vt sedes Apostolica ipso Regem Christianarum copiarum ducem eligeret. Caeterum astrinxit se Iacobus in Christiani nominis patrocinium triremes aduersus infideles egregie rebus omnibus instructurum; Bonifacius vero omnia ipsius bona in sedis Apostolicae clientelam suscepit; cunctosq; illorum inuasores de figendos anathemate, ac terras eorum interdicto subiiciendas decreuit. Praeterea Ilerdensi, & Casaraugustano episcopis prouinciam imposuit c, vt Regis Aragonum, in apostolicum patrocinium suscepti res defenderent. Scribit Surita d, Bonifacium haec recuperanda ex hostium manibus sed Siciliae studio perfecisse, vt Aragonios & Catalanos omnes a

Friderico ea arte abduceret, illiusq; opera ad Siciliam expugnandam vteretur. Sed potissime Pontificem ad id adductum constat, vt Sicilia coniuncta ecclesiae, Christiani nominis fines latius circumferret, terrasq; orientales recenti clade a Saracenis occupatas vero Numinis cultui restitueret.

Ad futuram rei memoriam.

19 Redemptor mundi, in cuius dispositione vniuersa consistunt, ciuitatem Ierusalem praedens ruituram, fleuisse describitur super eam. Numquid igitur nos ipsius, licet indigne, vicarius possumus cohibere lacrymas, continere suspiria, singultus arcere, videntes, proh dolor! Terram sanctam, funiculum vtique hereditatis dominicae, depopulatam immaniter incolis Christi fidelibus, expositam debacchantum incursum, & a proprijs defensoribus derelictam? In ijs profecto dolemus & premimur, aporiamur assidue, & amarae punitionis aculeo pressius anxiamur: & cum non sit fere qui consoletur illa ex omnibus charis suis, catholicis principibus & alijs populis Christianis distractis ad concertationes & bella; leuamus in circuitu oculos nostros, & scrutamur attente vnde sibi auxilium veniat, & praesidium defensionis occurrat.

Ad charissimum itaque in Christo filium nostrum Iacobum Aragonum Regem illustrem dirigentes considerationis intuitum, quem suae deuotionis integritas ad sanctam Romanam ecclesiam, a cuius vnitatem recesserat, quasi nouum adoptionis filium nobis placidum reddit & charum; quique de maritimis & mediterraneis gentibus eidem terrae, de populatione desertae, pensata qualitate temporis, opportuno potest adesse succursu; ordinamus & facimus ipsum, in deuotione ecclesiae permanentem, vexillarium, capitaneum, & admiratum generalem eiusdem ecclesiae in vita sua in omni armata marina, per ipsam ecclesiam faciendam cum eiusdem ecclesiae sumptibus, ac speciali & expresso mandato quodcumque & quotiescumque per ipsam ecclesiam huiusmodi officij executio iniungeretur eidem pro subsidio Terrae sanctae, vel contra quoslibet hostes dictae ecclesiae, seu rebelles, praeficiendo ipsum personaliter sexaginta galeis armandis per ipsum Regem in terris suis cum sumptibus & expensis ecclesiae saepe dictae, ad rationem vigintiquinque millium solidorum currentis monetae Barchinonensis, singulis quatuor mensibus pro galea qualibet sufficienter armata: quibus casibus ad exequendum huiusmodi vexillariae, capitaniae, & admiratae officium modo praedicto dictus Rex Aragonum se astringat, & in hoc se & sua dictae ecclesiae obligabit: & etiam quod ipse Rex congruam militiam de terris suis ad conuenientia gagia, nec non & homines idoneos cum sufficientibus armis de eisdem terris, & dictarum corpora galearum parata habeat prout exiget qualitas agendorum, & galearum numerus supradictus.

20 In alijs autem casibus, in quibus personaliter non praesuerit, vt praemittitur, Rex praedictus, tenebitur idem Rex iuxta mandatum ecclesiae galearum numerum bene armatarum tam de hominibus, quam de alijs opportunis & guarnimentis, & numerum militum ad rationem & gagia similia de terris suis sub capitaneo, vel admirato, quem ponet idem Rex, de quo contentetur ecclesia, quotiescumque, & quodcumque per ipsam ecclesiam, & suis sumptibus requiretur. Quod si aliquando ultra quatuor menses dictas galeas, ac homines & milites in talibus ecclesiae praedictae serui-

a. h. l. 30. Bonifacius creatus pontifex.

Sequenti errenti classis fictor.

Quae pendit tolerans sumptus ab ecclesia illa tribuit.

...



uitijs contigerit vel oportuerit perdurare, perdurabunt & stabunt ad rationem & gagia supradicta.

21 Si autem in faciendo passagio, vel generali subsidio Terræ sanctæ princeps aliquis, quem dicitur Rex Aragonum probabiliter ex iustis rationibus suspectum haberet, vnde sibi, & genti suæ verisimiliter timeretur inesse periculum, idem Rex & gens sua non teneantur in ipso passagio transfretare. Tenebitur nihilominus idem Rex, ad ipsius iussum ecclesiæ facere guerram tam per terram, quam per mare cum militibus, personis equestribus & pedestribus, & galeis de hominibus, armis, & alijs guarnimentis bene munitis quibuscumque rebellibus, atque inobedientibus eiusdem ecclesiæ cum expensis, & sumptibus ecclesiæ prælibatæ, quodcumque & quotiescumque ab ipsa ecclesia fuerit requisitus, & necessitas vel utilitas hoc requiret; & de hoc Romano Pontifici, quærit pro tempore, simplici verbo credetur: Saluis nihilominus eidem ecclesiæ tam seruitio præstando per eundem Regem ad ipsius Regis expensas pro regno Sardinia & Corsica, ab eadem ecclesia sibi concedendo per temporis spatium in concessione huiusmodi distinguendum; quam alijs quæ in literis concessionis huiusmodi exprimentur.

22 Cæterum omnium vasorum, rerum mobilium, captiuorum, seu capiendorum non eminentium vel minus notabilium, per ipsum Regem vel per gentem ipsius, quæ erit in armatis vel guerra prædictis pro dicto subsidio Terræ sanctæ, media pars deputabitur pro subsidio dictæ terre, tenenda & expendenda secundum rationem & mandatum Romani Pontificis, reliqua dimidia ratione dictorum officiorum lucris obuientis dicti Regis. De personis vero captiuis eminentibus vel notabilibus fiet quod Romanus Pontifex, qui erit pro tempore, de ipsis disponet, cuius simplici verbo de ipsorum eminentia seu notabilitate credetur: & si contingat, præfatum Regem vel gentem ipsius in memoratis guerris vel armatis, faciendis pro sepe dictæ terræ subsidio, vel aliarum terrarum ultramarinarum, capere terram vel acquirere, terra ipsa restituetur illi catholico vel fideli, ad quem de iure spectabit. Quod si in ea ius quis fidelis vel catholicus non haberet, terra ipsa erit eiusdem ecclesiæ & custodietur ad eius expensas, donec Rom. Pontifex de ipsa aliter duxerit ordinandum.

23 Donec autem idem, Rex vel suum stolium decem galarum & ultra erit de speciali & expresso mandato ecclesiæ in seruitijs terræ prædictæ, vel in seruitijs eiusdem ecclesiæ, prædictum Regem, ac regnum Aragonia, & totam terram Regis ipsius; nec non & regnum Sardinia & Corsica, postquam sibi fuerit a nobis & ecclesia præfata concessum; suscipiemus sub protectione beati Petri & nostræ, disponentes ipsa gladio spirituali defendere ac tueri, prout expediens fore videbimus eis que fuerit opportunum. Et quodcumque & quotiescumque idem Rex transfret personaliter in subsidium terræ præfate de speciali & expresso mandato eiusdem ecclesiæ, concedet eadem ecclesia dicto Regi decimam per triennij spatium ecclesiasticorum fructuum, reddituum, & prouentuum prædictorum regnorum & terrarum, nec non omnia legata a personis regnorum & terrarum prædictorum in subsidium Terræ sanctæ, ac etiam relicta, et male oblata ab eisdem personis, quorum restitutio dimissa est in vltimis voluntatibus, et personarum, quibus restitutio ipsa fieri debeat,

ignorantur. Committet quoque in casu præmissis Romanus Pontifex alicui vel aliquibus personis, quas ad hoc duxerit deputandas, quod tempore præcedente dictam commissionem componant cum illis de regnis & tota terræ dicti Regis Aragonum, qui contra interdictum ecclesiæ portauerunt vel miserunt prohibita in Alexandriam: & de pecunia recipienda ex compositione præfata fiet, quod Romanus Pontifex exinde duxerit iniungendum.

24 In eodem etiam casu, vbi scilicet dictus Rex transfret personaliter in subsidium Terræ sanctæ de speciali & expresso mandato ipsorum Romani Pontificis & ecclesiæ, committet ecclesia certis personis, ad hoc per ipsam specialiter deputandis, quod personarum qualitate pensata, possint componere cum volentibus ipsorum vota redimere, & votum specialiter Terræ sanctæ in prædictis regnis & terra Regis eiusdem pro præterito tempore: & quod recipi ex ipsa compositione contigerit, significabitur dicto Romano Pontifici, & fiet exinde quod mandabit. Intendimus autem quod prædicta fiant ad expressum & speciale mandatum nostrum & eiusdem ecclesiæ: & iam dictus Rex Aragonum, antequam prædicta vel ipsorum quodlibet maderet eidem per nos vel ipsam ecclesiam per speciales literas & expressas, non possit aliquid petere a nobis, vel successoribus nostris, vel ab ecclesia sapediæ prædictorum occasione vel causa; & idem Rex ad nihil aliud, & non aliter quam in superioribus dicitur, teneatur per conuenta nobis vel ecclesiæ, & acceptata per ipsum ratione vel causa eorum, quæ presentibus continentur. Omnium autem prædictorum interpretatio & declaratio ad Romanum Pontificem pertineant, qui pro tempore fuerit, quoties opus fuerit faciendæ: & super hoc stabitur simplici verbo eius. *Dat. Roma apud S. Petrum XIII. kal. february anno 11.* ]

25 Affecit pluribus alijs beneficijs Iacobum, eiusque uxorem Reginam Blancham Bonifacius, atque inter cætera vt a viris ecclesiasticis, soluta constitutione, quam antea ediderat Pontifex, subsidia munerave acciperent. Ad adornandam vero classem decimas Aragonia Iacobo attribuit, quas illi numerandas pollicitus est, cum ad sedem Apostolicam accessisset; vrsitque vt aduentum maturaret, quo eius opera aduersus Columenses, quos legibus infestabatur, vteretur. *Quia, inquit, c in instanti futuro vere cum felici contra Siculos generalis armata progressu tuam presentiam præstolamur, multisque sumus ad præsens magnis & arduis negotijs occupati, nosque instantia quotidiana sollicitat efficax executio nostrorum processuum contra clericos & laicos Columenses perfidos habitorem; decreuimus persona tue præstolari presentiam, qua auctore Domino cito erit, & tunc facere tibi concessam & collectam de terris tuis decimam assignari.* *Dat. Roma apud S. Petrum III. kal. ianuary an. 111.* De Columensium bello dicitur inferius: nunc reliqua ad Iacobum Regem spectantia coniungimus. Nondum is Iacobum patrum Regem Balearium, qui regno suorum prodicione ob susceptas ecclesiæ & Gallorum partes depulsus fuerat, solio restituerat, vt e fœderis legibus erat conuentum: qua de re Philippo Francorū Rege conquerente, vrgenteque Bonifacium, vt ni Iacobus, excurrente condito temporis spatio, promissa perficeret, censuris ipsum percelleret; Pontifex, qui ad natalitia Domini rem extraxerat, votis regijs obsecurum se est pollicitus, si Iacobus fidei desuisset.

Deriuaturum in illius usus pecunias, quæ male factis male partis rediguntur.

a Ep. 39.

b Ep. 39. 77-78.

c Ep. 77.

Solicitat<sup>a</sup> Iacobi aduentus.

Francorū Rex pro restituendo regno Balearico Iacobo studet.



*Philippo Regi Francia illustri.*

Præidem celsitudini Regiæ duximus intimandum, qualiter ex certis rationabilibus causis inducti charissimo in Christo filio nostro Iacobo illustri Regi Aragonum ad restituendam charissimo in Christo filio nostro Regi Maioricarum illustri terram ipsius, quam idem Iacobus Rex detinere dicitur occupatam, dilationem vsque ad festum natalis Domini primo venturum duximus concedendam. Tu vero, prout ex tuis responsalibus collegimus literis, ob reuerentiam Apostolica sedis & nostram sustinisti dilationem huiusmodi patienter, nihilominus nobis per easdem literas supplicando, vt si forte præfatus Iacobus infra dicti temporis spatium huiusmodi restitutionem non duxerit faciendam, vt ipsum & terras omnes, quas ipse in Aragonia & Catalonia partibus obtinebat tempore, quo generalis interdicti sententiam, cui partes ipse auctoritate apostolica subiacebant, relaxari mandauimus, in pristinas spirituales & temporales pœnas reducere curaremus, certos illic super ijs executores nihilominus destinando.

Nos igitur, qui tuæ præsertim contemplatione personæ huiusmodi negotium cordi gerimus, ad expeditionem ipsius sollicitè intendentes, excellentiæ regiæ super ijs taliter duximus respondendum, quod huiusmodi petitionem regiam, exauditionis benigna gratia prosequemur, nisi forsitan aliquid interim imminere contingeret, quod nobis & tibi rationabile videretur, propter quod id fieri non deberet. *Dat. apud Urbem ueterem vi. id. augusti anno 1111.* Vt sponderat Aragonius, fidem exoluit; patruo enim Balearium regnum sequenti anno reddidit a, atque initum ipsum inter & Galliarum Regem fœdus coaluit. Cum etiam Castellæ res impacatæ forent, Pontifex ad componendos illius motus nuntium apostolicum misit b: at de his hæcenus. Nunc de graui Columnensium cum Pontifice discordia, de qua superius mentio edita est, sermonem instituiamus.

26 Attulit illa magnum schismatis terrorem, qui postea immixtis in Columnenses cruce signatis euanuit. Indicatur ab historicis c varias, in quibus non moramur, grauioris illius discordiæ causas intercessisse; maxime cum, ijs prætermisissis, hanc Bonifacius mali causam inde fluxisse promulgavit, Fridericum Siciliæ tyrannum Iacobum & Petrum Cardinales Columnas ad rebellionis consilia pellexisse, atque ipsos ad nouandas res crebris nuntijs sollicitasse; quos cum illi magno Ecclesiæ damno exciperent, atque vna cum eiusdem Ecclesiæ hostibus defectionem molirentur, se ad amputanda imminenda mala ac tuendam patriæ concordiam ab ijs arces, quas tenebant, repetiisse: quas cum illi tradere respuerint, pontificijsque imperijs fuerint oblectati, anathematis nota iniustos, atque omnibus honoribus deiectos fuisse. Fulminauit idem Pontifex plures alias in ipsos atque eorum studiosos pœnas, quæ in subiecto diplomate continentur. d

*Bonifacius, &c. ad perpetuam rei memoriam.*

27 Præteritorum temporum nefandis Columnensium actibus, & præsentium prauis operibus reciduis, ac futuris de quibus verisimiliter formidabatur, in considerationem prudenter adductis, venit patenter in lucem, quod Columnensium domus exasperans, amara domesticis, molesta vicinis, Romanorum reipublicæ impugnatricis, sanctæ ecclesiæ Romanæ rebellis, Urbis & patriæ

pertubatrix, consortis impatiens, ingrata beneficijs, subesse nolens, præesse nesciens, humilitatis ignara, plena furoribus, Deum non metuens, nec volens homines reuereri, habens de Urbis & orbis turbatione pruritus, studuit charissimum in Christo filium nostrum Iacobum Aragoniæ Regem illustrem, tunc hostem ecclesiæ ac rebellem, Siculifque perfidis præidentem de facto, in nostrum, & charissimi in Christo filij nostri Siciliæ Regis illustris graue præiudicium, & grauamen Christianitatis & Terra sanctæ succursus grande dispendium in rebellionem tenere, tam sibi quam nobili iuueni Friderico nato quondam Petri olim Regis Aragoniæ, in crimine criminoso fauendo. Vt illud notissimum omittamus, qualiter quondam Ioannes de Columna tit. S. Praxedis presbyter Cardinalis, & Oddo de Columna nepos ipsius pater Iacobi S. Mariæ in Vialata, & auis Petri de Columna S. Eustachij diaconorum Cardinalium, tēpore felicis recordationis Gregorij Papæ IX. prædecessoris nostri fuerunt dure & grauer ipsam ecclesiam persecuti, cum damnatæ memoriæ Friderico olim Romanorū Imperatori, supradictæ ecclesiæ publico persecutore & hoste, tempore, quo quondam Matthæus Rubeus de domo filiorum Vrbi sororius dicti Odonis senatus in Vrbe regimen exercebat ad honorem & obsequium ecclesiæ memoratæ: a cuius Matthæi domo dictus Cardinalis & Oddo & eorum posterii multa beneficia receperunt; præsertim a sanctæ memoriæ Nicolao III. prædecessore nostro, qui dictum Iacobum iuuenem satis & inscium, perniciosum tamen postmodum, hypocrisis tunc temporis periculose gerentem, ad Cardinalatus prouexit honorem: quod vti nam non fecisset, quia nec sedi Apostolicæ, nec Christianitati, nec dicti prædecessoris Nicolai domui talis promotio expediret, quam dicti Iacobus & Petrus ac sui, velut ingrati tudinis filij, & beneficiorum immemores, multipliciter impugnarunt. Terras etiam subiectas ecclesiæ sibi que rebelles in rebellionem fouebant in hoc, dantes eisdem auxilium & fauorem.

28 Nouissimis vero temporibus dicti iuuenis Friderici, latenter discurrentibus nuncijs per Urbem & loca vicina, vt immixtis scandalis ea possent ipsius subijcere ditioni, licet id procurarent homines dictæ domus Columnensis, & ad hoc eis ministrarent auxilia & fauores; mansuetudinis tamen Apostolicæ sedis benigna synceritas, quæ libentius emendat in subditis peccata, quam puniat; nec exerit ferrum præcisionis in morbos, quos sanare potest mulcebris lenitas medicinæ; eos studuit nunc paternæ lenitatis dulcedine alloqui, nunc verbis charitatiuæ correctionis inducere, vt a talibus abstinere, ipsorumque elatam pertinaciam, immo effrenem superbiam, non semel sed pluries in fulgore terrifico comminationis increpauit, tendens ante ipsos arcum iustitiæ in rigore, quo sagitta perpetuæ deiectionis solita non conuerti retrorsum emittitur, vt formidabilis vindictæ significatio eis clementer exhibita stupori eorum sensum timoris incuteret, & fugam ad misericordiam per compendium penitentiae suaderet. Sed nec sic profecimus apud eos: traxit enim illos in desperationis laqueum moles præponderans peccatorum, vt nec rationibus, nec correctionibus, monitionibus, siue minis reduci potuerint ad salutem: quin potius velut aspis surdasuarum aurium obstruxerunt auditum, eligentes quasi pro gloria confusionis opprobrium, & irreparabilis ruinæ periculum pro tutela.

Urget hâ cor. Rex Bonifacium, vt in Iacobus Reg. Arag. cen suras ferat  
 Respondeat Pontifices Iaturū se, nisi aliud equitas suaderet. Redditum Iacobo Baleari regnum. a Swis. ann. lib. 5 c. 34.  
 Firmata inter Arag & Gall. Reges concordia. b Lib. 3 ep. cur. 78. Exorta Pontificis inter & Columnes discordia. c Iord. M. S. Vatic. sign. n. 1960. Pol. Luc. hist. eccl. l. 24 c. 1. Auctor ap pend. ad Mart. Pol. lib. 4. Vit. Bonif. M. S. Vall. sign. lit. C. n. 25 c. n. 79. Io. Villan. lib. 8. c. 21. Anton. 3. p. 111. 20 c. 8. S. 11. c. alij.  
 Obiecta Bonifac. suauis Friderici res nouas in Romanam eccl. molitos. d Ext. in arce S. Aug. gol. Lib. pri. ul. Rom. eccl. 10. 2. pag. 180. Inter col. l. 1. Plat. M. S. Vat. 10. 1. pag. 294. M. S. Vall. sign. lit. B. n. 12 pag. 139.

Vt fâ rint co hostib. eccles. Electio rate ad ficium quam tuentur.



29 Periculis vero obuiare volentes, dictis Iacobo & Petro Cardinalibus districte mandauimus, vt terras, quas Stephanus ipsius Iacobi nepos, & frater Petri præfati tenere vulgariter dicebatur, videlicet ciuitatem \* Per usin. castra Columnæ & Zagaroli, procurarent custodienda ad nostrum beneplacitum assignari, ne per ea Urbis & patriæ possent quies & tranquillitas impediri, & vt ex eis non posset præstari auxilium dicto Frederico hosti ecclesiæ memoratæ; vtque ipse hostis, & valitores, seu adiutores ipsius non receptarentur in eis: assignationem quorum non reuocabatur in dubium ab ipsorum Iacobi & Petri voluntate pendere, quæ conficto seu quæsito colore, teneri pro dictum Stephanum dicebantur, ne dilecto filio Matthæo præposito ecclesiæ de sancto Audomaro Morinensis diocesis, & nobilibus viris Oddoni & Landulpho fratribus dicti I. filij sapedicti Oddonis assignaretur paterna & hereditaria portio, quæ in dictis ciuitate & castris competeant eisdem, quam propter duritiem & crudelitatem dictorum Iacobi & Ioannis defuncti Petri & fratrum suorum nequiverunt habere, licet quadraginta anni & amplius sint elapsi, quod obiit dictus Oddo; quamuis etiam nos pietate moti pro bono pacis inter eos interposuerimus sollicitè partes nostras, vt vnusquisque de ciuitate & castris suam portionem hereditariam obtineret, oblationibus magnis factis nepotibus dicti Iacobi in auantagium, vt huiusmodi concordia proueniret; considerantes fore indignum, vt quibus de vna substantia competit æqua successio, alij abundanter affluant, alij paupertatis incommodis ingemiscant, quos tamen rationibus, precibus, siue minis nequiuimus emollire. Ipsi vero Iacobus & Petrus Cardinales, a nostra præsentia recedentes non facta huiusmodi assignatione, quæ ab eorum beneplacito dependebat, numquam ad nos postea redierunt.

30 Nos igitur attendentes ipsorum Columnensium adeo incalluisse duritiem, adeo fore nequitiam induratum, quod non rationibus dirigi, non blandimentis allici, non fomentis reduci, nec minis etiam inclinari potuerunt ad bonum, ex quo blandimenta non potuerant, nec fomenta valebant; deliberauimus apponere manus ad fortia, & ferro abscindere vulnera, quæ medicamenta non senserant lenitiua: ac præmissis & alijs, quæ nobis & fratribus nostris rationabiliter occurrerunt, prouida deliberatione discussis, prouidimus non solum contra filios dicti Ioannis, qui peccabant apertius, verum etiam contra Iacobum & Petrum præfatos, ex quorum adipe prædictæ iniquitas & superbia procedunt, iuste procedere, qui consentiebant ipsis peccantibus, præstando fomentum, fauorem, præsidium, & tutamen: quia culpa non caret, & delicti efficitur particeps, qui non prohibet delinquentem, dum potest: & negligere, cum quis potest perturbare peruersos, nihil aliud est quam fauere; nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinorosi desinit obuiare.

31 Cumque dictorum Iacobi & Petri Cardinalatus & status dictæ ecclesiæ, eiusque fidelibus esset in scandalum, eorumque potestas non in edificationem, sed in destructionem; ipsique obessent, quibus prodesse debebant, nec nostrâ releuant, per suam particularem sollicitudinem, quæ vocati sumus a Deo in plenitudinem potestatis, immo potius impugnarent; quantumlibet venerabilibus fratribus nostris episcopis, & dilectis filiis

presbyteris & diaconibus S. R. E. Cardinalibus, quantum cum Deo possumus, deferamus, ipsorumque collegium honoremus, eorumdem Iacobi & Petrielegimus domare superbiam in robore virtutis Altissimi, arrogantiam & præsumptionem elatam contere, eos tamquam oues morbidas a dominico onili abijcere, ipsosque vt culpa supplicium timeat, & virtus præmium retributionis expectet, a loco suo quantumcumque sublimi perpetuo amouere, tam ex eorum culpis & demeritis ac suorum, quam ex causis rationabilibus, quæ nos mouent; præsertim cum explorati diuini & humani iuris existat, vnum pro altero interdum ex causa puniri.

32 Eorum ergo absentiam Dei replente, præsentia, ad honorem Dei omnipotentis, B. Mariæ semper virginis, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & Romanæ ecclesiæ sapedictæ præfatos Iacobum S. Mariæ in via lata & Petrum S. Eustachij diaconos Cardinales de ipsorum fratrum nostrorum consilio a Cardinalatibus ipsis sanctæ Romanæ ecclesiæ & prædictarum ecclesiarum deponimus, &c. [ eosdem priuat omnibus sacerdotijs & vetricibus ecclesiasticis, designt anathemate, ac præuidens ipsos facile schisma molituros, omnes, qui ipsi student, postquam in apertum facinus prorupissent, censuris affecti. ]

33 Excommunicamus in super, inquit, prædictos Iacobum & Petrum, & etiam omnes illos, qui de cætero scienter & deliberate pro Cardinalibus ipsos vel aliquem eorum habuerint; & assensum præstiterint, quod pro Cardinalibus habeantur, & quod eos vel ipsorum aliquem in electione Romani Pontificis ad aliquem actum vt Cardinales admiserint, vel vocis eorum suffragium, aut alicuius ex eis. Omnes etiam & singulos cuiuscumque enuentiæ fuerint, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si fuerint S. R. E. Cardinales, qui ipsi Iacobo & Petro, vel eorum alteri postquam, quod absit, in hæresim, vel in schisma, & rebellionem ceciderint, in hæresi, vel schismate, aut rebellionem stantibus scienter & deliberate, præstiterint auxilium, consilium, vel fauorem, publice vel occulte, omni statu ecclesiastico, prælatura, & honore priuamus; & omnia ciuitates, castra, terras, & loca, quæ ipsos vel aliquem eorum in hæresim, schisma, vel rebellionem lapsos scienter susceperint, tenuerint, ecclesiastico supponimus interdicto, &c. ] Præterea Ioannem & Oddonem Cardinalium nepotes eorumque posteros ad quartam progeniem sacerdotijs exclusit; tum Iacobum & Petrum excurrente decem dierum spatio, apud subsellia apostolica se siltre, imperijsque Pontificijs se subijcere iussit, ac detrectantibus omnium mobilium & immobilium bonorum, quæ in ditone ecclesiastica Siciliaque citeriori vterioriue sita essent, multam intentauit. *Actum Roma apud S. Petrum in publico consistorio nostro VI. id. maij pontificatus nostri anno III. ]*

34 Florebant amicis & opibus Columnenses, qui cum se ea sententia defixos conspexissent, plures alios prænobiles viros, consanguinitate beneuolentiaque deuinctos, in suas partes aduersus Pontificem traxerunt. Qua de re hæc vita Bonifacii auctor tradit: *Dominus Iacobus & Petrus de Columna patruus & nepos Cardinales, videntes contra se motum Papam, libellum conficiunt famosum contra ipsum, quem ad multas partes dirigunt, afferentes in eodem ipsum non esse Papam, sed solummodo Cælestinum \*; unde citati a Bonifacio Papa non*

Iacobum & Petrum cardinalatus insignibus priuat

Pœnas statuit in eorum sequacibus.

a. v. d. n. M. S. Vall. b. h. sign. lu. C. n. 25. C. n. 75. \* fuisse



*daxerunt comparandum, & facti sunt contumaces. Ob quam causam tandem fuerunt per eum in consistorio tamquam schismatici condemnati, & priuati capellis rubeis, & omnibus beneficijs ecclesiasticis & omni Cardinalatus tituli commodo & honore. Insuper bona ipsorum, & filiorum Ioannis de Columna, videlicet Agapiti & Stephani & Scianna fuerunt pariter confiscata. Repetita nimirum sententia, qua ex pœnæ iam antea, ob impensa perduellibus Siculis ac Frederico studia incussa, ob tentatum schisma confirmata sunt: concepta vero ea est subiectis verbis.*

*Bonifacius, &c. ad perpetuam rei memoriam.*

35 Lapis abscissus de monte sine manibus, ab ædificantibus reprobatus, & factus in caput anguli, duos & diuersos parietes copulans, pastores a Iudæa, & magos ab oriente producens, in se reconcilians ima summis, & ordinans in sancta Romana apostolica & catholica ecclesia charitatem, ipsam sponfam suam, statuit esse vnã, sicut scriptum est: *Vna est columba mea, electa mea, perfecta mea: vna est matris sue, electa genitricis sue;* per inconsutilem tunicam Domini designatam, desuper contextam per totum. Hanc non diuiserunt milites, sed sortiti sunt eam. Hanc impugnaverunt hæretici & schismatici, ac blasphemi a iuuentute sua: sed non prævaluerunt aduersus eam diuina virtute protectam, & vt castrorum acies ordinatam. Sed nondum hæreticis, schismaticis, ac blasphemis adeo est finis impositus, quin velut viperæ filij, natiq; degeneres in senectute positum eius sabbatum perturbare, & vnitatem scindere moliantur. De quorum numero fore noscuntur Iacobus de Columna & Petrus nepos eius, quondam dictæ ecclesiæ Cardinales, quos, eorum culpis & demeritis exigentibus ac suorum, pridem VI. idus maij Pontificatus nostri anno 1111. ex rationabilibus causis moti, de fratrum nostrorum cõsilio Cardinalatibus priuauimus perpetuo, & deposuimus ab eisdem, varijs processibus & sententijs, comminationes & pœnas continentibus, contra ipsos habitis; nec non & contra natos quondam Ioannis de Columna fratris dicti Iacobi & patris Petri præfati, ac contra omnes, qui per masculinam & femininam lineam descendunt hætenus, & descendant ab ipso Ioanne.

36 Ipsi namque Iacobus & Petrus intrauerunt ecclesiam sub pelle ouina, operibus tamen & fructibus se exhibuerunt quasi lupos rapaces; & graues, non parentes gregi dominico, & in reprobum sensum dati, & oculis excæcati malitia, ita vt lumen cali non viderent, nec viderent; descendentes in malorum profundum, & contententes, exurrexerunt loqui peruersa: & acuentes vt gladium linguas suas, in blasphemia verba, & schismatica proruperunt, aperte monstrantes quod licet ex nobis prodierint, tamen non erant ex nobis: nam si ex nobis fuissent, vtique permansissent nobiscum. Quibus verbis redactis in scriptis, ipsa scripta in diuersarum ecclesiarum Urbis ostijs affigi, & super basilicæ principis Apostolorum de Vrbe altari poni fecerunt: quæ quidem scripta eorum ab olim præcogitata & præconceptam nequitiam patenter indicant, ipsosque Iacobum atque Petrum blasphemos atque schismaticos fore manifeste declarant, sanctæ Dei ecclesiæ Romanæ catholicæ & apostolicæ molientes scindere vnitatem, & columnam Dei viuientis pene ad nutationem deducere, ac sagenam summi Piscatoris procellis intumescensibus ad naufragij

profunda submergere, si, quod absit, eis facultas adesset. In huiusmodi namque scriptis, quæ vniuersis eadem inspecturis cuiuscumque præsentia, dignitatis, status, vel conditionis existant, ecclesiastica vel mundana, a Iacobo & Petro prædictis mittuntur sub modo scribendi, quò ante depositionem suam vti solebant, & sub sigillis, quibus antea utebantur; inter cetera continentur, nos diuina prouidentia ad summi apostolatus apicem secundum scita canonum, licet immeritos, euocatos; & non solum ab omnibus fratribus nostris & ab ipsis præuia electione canonica, immo ab Ecclesiæ vniuersali receptos in Papam, consecratos, eis assistentibus, secundum approbatum morem Romanæ ecclesiæ, & etiam coronatos Papam non esse; hæc & alia confingentes, quæ non solum sunt blasphemia & schismatica, sed insana, prout eorum scripta indicant manifeste.

37 Post depositionem etiam & priuationem, processus & sententias supradictos, Cardinales se nominant, & Cardinalitica portant insignia, annulis, & rubeis capellis vtentes, & Cardinaliticos actus exercent, sicut antequam per nos de fratrum nostrorum consilio essent depositi, faciebant & hætenus utebantur: vt illud taceamus ad præfens, quod fere per triennium obedientiam nobis & reuerentiam exhibuerunt vt Papæ, participantes vna nobiscum reuerendum dominici corporis & sanguinis sacramentum, ac ministrantes nobis in missarum solemnij & diuinis officijs, prout ab antiquo solent Cardinales sæpeditæ Romanæ ecclesiæ Romanis Pontificibus ministrare; in ecclesiarum prouisionibus & diffinitionibus per nos factis consilia sua dantes, & se in concessis a nobis priuilegijs subscribentes, alia faciebant nobiscum & recipiebant a nobis, quæ cum homine & ab homine, qui non habuisset ingressum canonicum, nec fieri nec recipi debuissent. Nec possent supradicta metu proponere se fecisse, qui nos in scrutinio, more memoratæ ecclesiæ Cardinalium, elegerant & nominauerant eligendum in Papam, quando de nobis timendum non erat: & post electionem, receptionem, consecrationem, & coronationem præmissas factas de nobis, in castro tunc ipsorum, quod Zagarolum dicitur, & quod per dictum Iacobum tunc temporis tenebatur, cum pluribus ex fratribus nostris hospitati fuerimus confidenter, & ipsi ac sui tunc ibidem exhibuerunt nobis papalem reuerentiam & honorem, vbi nulla aderat eis causa timoris.

38 Nos igitur super his & alijs, quæ huiusmodi negotium contingunt, vel contingere possunt, habita cum dictis fratribus nostris deliberatione matura, omnes processus, omnesque sententias, comminationes, & pœnas; & specialiter dictam sententiam depositionis & priuationis Cardinalatum, & cuncta alia, quæ in nostris super hoc confectis literis continentur, de eorundem fratrum nostrorum consilio rata habentes & gratas confirmamus, ratificamus, & approbamus, & etiam inuouamus: & propter adauctam eorum contumaciam, schisma, atque blasphemiam, de dictorum fratrum consilio ipsos Iacobum & Petrum sententiando pronuntiamus esse schismaticos, & blasphemos, & excommunicationis sententia innotamur; ipsosque, in huiusmodi blasphemia & schismate perdurantes, tamquam hæreticos puniendos; & tam dictam depositionis & priuationis cardinalatum sententiam, quam omnia, quæ contra ipsos & alios fecimus, & pronuntiauimus, de nouo faci-

Detrahūt pontificatui Bonifacij.

Bonif. 1. 3. ep. cur. 8

Pontificia in schismaticos sententia.

Delib. in Pontificatui Bonifacij.

Conditur in Pontificatui Bonifacij.

Diffinitur ab ecclesiis pontificatui Bonifacij.



facimus, sententiamus, atque proferimus, & robur habere decernimus perpetua firmitatis. Omnibus insuper canonicatibus, præbendis, dignitatibus, personaribus, officijs, & beneficijs, dignitatibus, pensionibus, ecclesiasticis redditibus seu prouentibus, quæ prædicti Iacobus & Petrus, & vnusquisque eorum habebant, tenebant, & possidebant in quibuscumque seu a quibuscumque ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, religiosis & secularibus, vel specialibus personis, cuiuscumque eminentiæ, conditionis, ordinis, dignitatis, & status, ecclesiastici vel mundani; ipsos omnino priuamus, ipsaq; collationi sedis Apostolicæ referuamus; decernentes irritum, & inane, si secus a quoquam super ijs scienter vel ignoranter contigerit attentari.

39 Eisdem quoque Iacobum & Petrum, quondam Cardinales; Ioannem dictum de sancto Vito, & Oddonem filios quondam Ioannis de Columna fratris dicti Iacobi, & patris Petri præfati omnibus iuribus, & bonis mobilibus & immobilibus ecclesiasticis; & tam ipsos quam Agapitum, Stephanum, & Iacobum dictum Sciarram, filios Ioannis de Columna prædicti, & alios filios eiusdem Ioannis, si qui alij sunt filij eorumdem vel alicuius eorum, omnibus iuribus, & bonis, & rebus mobilibus & immobilibus, hereditarijs seu quomodolibet acquisitis, quibuscumque ratione, causa, vel titulo ad eos vel ipsorum aliquem seu aliquos peruenerint, seu obuenerint, obuenerint vel peruenire possent; nec non communitatibus, baronijs, comitatibus, ciuitatibus, siue castris, vbi cumque illa habeant, teneant, vel obtineant, vel quomodolibet ad ipsos pertineant, priuamus omnino, illaque omnia & singula publicamus, & etiam confiscamus; ita quod ad ipsos vel eorum aliquem, heredes ipsorum vel alicuius eorum nullo vnquam tempore reuertantur, eosque ac vnumquemque ipsorum actiue & passiuè intestabiles reddimus; ita quod eis & eorum vnicuique ex testamento, vel quauis vltima voluntate, seu ab intestato nullus succedere possit, nec ipsi, aut eorum aliquis ex testamento seu vltima voluntate, vel ab intestato succedere, aut aliquod capere possint; nihilque eis, vel eorum alicui ratione legati, institutionis, aut substitutionis, seu quouis titulo valeat quomodolibet obuenerint: eosque pronuntiamus infames, & legitimis actibus prorsus indignos; statuentes quod nulli eorum portæ alicuius pateant dignitatis ecclesiasticæ vel mundanæ, & si secus fieret, nullum robur habere, ipsisque ciuitatem & incolatum & habitationem Vrbs, circumpositæ regionis, & quorumuis ciuitatum, castrorum, terrarum atque locorum dictæ ecclesiæ subiectorum prorsus interdiciamus: eosque omnes & singulos ab Vrbe, eiusque territorio & districtu, & ab omnibus ciuitatibus, castris, terris seu locis subiectis eidem Romanæ ecclesiæ forbannimus; ipsosque Agapitum, Stephanum, Iacobum dictum Sciarram, Ioannem de sancto Vito, & Oddonem excommunicationis sententia innodamus; statuentes firmiter, & mandantes, vt nullus dictos Iacobum & Petrum, & præfatos Agapitum, Stephanum, Iacobum dictum Sciarram, Ioannem, & Oddonem fratres, eos vel eorum aliquem aut aliquos recipiat vel receptet; nullusque eis aut ipsorum alicui, vel aliquibus præstet auxilium, consilium vel fauorem; eos, qui secus fecerint, excommunicationis sententia innodantes. Præcipimus etiam sub excommunicationis sententia, quam contrarium facientes incurere volumus ipso facto, vt nullus ab ipsis Iacobo & Petro, & prædictis fratri-

bus, vel eorum altero, in schismate vel rebellionem huiusmodi existentibus, nuntium vel literas recipiat, aut mittat ad eos vel ad alterum eorumdem.

40 Reddimus quoque prædictos Iacobum & Petrum, Agapitum, Stephanum, & Iacobum dictum Sciarram, Ioannem de S. Vito & Oddonem, & alios si qui sint filij dicti Ioannis de Columna, & filios eorumdem inhabiles ad honorem seu regimen, vel officium publicum, ecclesiasticum vel mundanum, qualibet & quocumque nomine censeantur, per se, vel alium, aut alios quomodolibet exercenda; ita quod nec ad illa vocari, eligi, vel assumi valeant, vel ad aliquod eorumdem; nec ipsi, vel aliquis eorum, seu aliqui ea valeant exercere; & si secus factum fuerit, illud decernimus irritum & inane. Si qui vero ex eis, vel ipsorum aliquis, vel quibus per eos, vel pro eis, vel ipsorum aliquem, vel aliquos in potestataria, capitania, consulari, regimine, vel quouis officio publico hæctenus, vbi cumque positi, electi, assumpti fuerint, vel recepti; præsertim quorumcumque prouinciæ, ciuitatum, castrorum, terrarum, atque locorum memorata ecclesiæ subiectorum; illos ab eis penitus amouemus, executionibus ipsis penitus interdictis, eosque præcipimus nullatenus reassumi: & si secus factum fuerit, illud decernimus nullius existere firmitatis.

Ciuitates vero, castra, seu loca, quæ scienter dictos Iacobum & Petrum, et prædictos fratres receperint, receptauerint, siue tenuerint, aut in quibus publice moram contraxerint, quandiu ipsi vel alter eorum inibi morabuntur, ecclesiastico supponimus interdicto: & personas ipsorum Iacobi, et Petri, et fratrum capiendas exponimus quibuscumque fidelibus, detinendas & custodiendas diligenter, quousque per dictam sedem, aliud fuerit ordinatum, &c.] Incussa etiam pœnæ a Pontifice præcipuis Iacobi & Petri ex cardinalium ministris, et alijs, qui in ipsorum post constatum schisma obsequijs perstitissent: tum vetitum laicis, vel ecclesiasticis, religiosisve, ne ijs præstanda Cardinalibus officia deferant, Columnensis etiam familiæ clientes sacramenti cuiusuis vel obsequij clientelaris religione solati, omnesque cum ijs in ita pactiones rescissæ. *Actum Romæ in basilica supradicta, nimirum S. Petri, in die ascensionis Domini, pontificatus nostri anno IIII.]*

41 Edita quoque; est in illos constitutio, quæ inserta fuit in sexto decretali libro a, cuius meminit eius vitæ scriptor b: *In die, inquit, ascensionis Domini ipse Papa constitutionem edidit decretalem extra de schismaticis lib. vi. Ad succidendos, &c.* Sextum porro decretalium hoc anno editum a Bonifacio refert subiectis verbis idem auctor: *Eodem anno scilicet v. non. martij, idem Bonifacius Papa fecit publicari sextum librum decretalium, quem per tres magnos & solemnes viros fecerat compilari, plura noua constituens in eodẽ.* Eos fuisse Guillelmum archiepiscopum Ebredunensem, Berigarium episc. Biterrensem, et Richardum Senensem S.R.E. vicecancellariũ, narrat Bonifacius in literis ad Bononienses, quæ operi præfixæ sunt: sed ad institutum de Columnensibus sermonem redeamus.

Demandatæ mox fuere censoribus fidei partes c, vt in Columnenses sentientesque cum ipsis legum in hæreticos constitutarum seueritatem distringerent: cumque nec his terroribus cederent; imo Friderici tyranni insulæ Siciliæ oratores ad turbandam Romanam rem intra Prenestina mœnia admitterent, sancitæ in eos pœnæ festo dedicationis basilicæ principis Apostolorum recurrente rata habitæ d, ac tertio inflicta fuerunt; 83.

Publicis muneribus Columnæ ses interdicti.

a Cap. Ad succidendos est de schism. in 6. b Vit. Bonif. M. S. b bl. Vall. sign. lit. C. nu. 25. & n. 79.

Sextus decretalium lib. editus a Bonifacio.

c Lib. 3. ep. cur. 44. 80. 82. 83. & ep. com. 329. 487. Iussi fidei cēsores in Columnensibus agere. d Ep. cur. 83.







minorum per Papam sibi minus beneuolum regnum Theutonia turbantem frustratam; consensit in treu. quas indictas. Transmittunt ergo Reges utriusque solennes nuncios cum plena potestate ad Romanam curiam, ut per mediationem Apostolici, non tamquam iudicis sed amicabilem compositoris, discussis negotijs, pax inter Reges & concordia reformaretur. Conciliatos demum Reges a Pontifice visuri sumus, ac latam ab eo sententiam inferius afferemus.

43 Fauti Philippi rebus in eo difficillimo bello Bonifacius; qui cum ob editam anno superiori constitutionem exulceratum Regis animum fuisse accepisset, atque interpretatum velle Pontificem decimarum subsidia ipsi eripere, promulgauit nouo diplomate superiori constitutione, non vetari præfules, ne Regem in asperissimo illo bello, quod Belgij comitis defectio magis incenderat, iuuarent. a

Bonifacius &c. Si eadem regnū, ecclesias, personas, & incolas, prout modernis tēporibus experientia docuit, & nuperrime nobis vestrarum referauit, in vnum conueniens scribendi commercium, series literarum, aduersi contingat conditio temporis, exteriores inquietauerint & perturbent impulsus, ac etiam intestini discriminis, quod est dolendum, grauius subuersionem eorum comminetur emerisio; illo iam immittente illic, vt scripsistis incitamenta dissidij, comite Flandrensi videlicet, qui exterioribus perturbationibus sperabatur adesse repagulum, & ipsis regno, ecclesijs, personis, & incolis, velut de principalioribus membris vnus, magnum auxilij fulcimentum; nostra ex hoc amaricantur intrinseca, grauis doloris concussione torquemur, & in amara suspicia commouemur, Regi, regno, ecclesijs, clero compatiētes & populo affectione paterna. O diuina clementia, quæ caelestia pariter & terrena irrefragabiliter sub tua potestate concludis, constringe tantarum fremitus tempestatum, coerce habenas humani generis inimico, arefcere sata eius semina iube, quæ totum fere populum tuum spinis & tribulis iam vndique concusserunt.

44 O pietatis actor & salutis amator, compatere fragilitati humanæ misericors, & Christicolatum tuorū illumina sensus, actus dirige, & opera vt in viam salutis & pacis reducantur a deuo, ne irreparabili subuersione fracti, in huiusmodi mundi nauicula naufragant fluctuant. Super eo autem quod vos grauius vobis, & vniuersis ecclesijs & personis ecclesiasticis dicti regni non solum rerum, sed etiam personarum exijs instare pericula formidando, vias exquirentes & modos, quibus vobis & eisdem ecclesijs & personis aduersus frementes insultus regali prouidentia, sine qua impossibile tenetis negocia dirigi, defensionis opportuna remedia præparentur; nobis per easdem literas supplicastis, vt charissimo in Christo filio nostro Philippo Regi Francorum illustri pro huiusmodi communi defensionis suffragio, in qua proprium versatur interesse cuiuslibet, impendendi subuentionem congruam absque transgressione constitutionis nostræ super hoc editæ vobis & vniuersis ecclesijs dicti Regni concedere licentiam dignaremur; vestram prouidentiam commendamus.

Licet enim constitutionem illam ediderimus pro ecclesiastica libertate, non tamen fuit nostræ mentis intentio ipsi Regi, alijsue principibus secularibus in tam arctæ necessitatis articulo; præcipue vbi ab \* intrinsecis iniusta timetur inuasio, ab

intrinsecis eiusdem regni subuersione formidatur, ac etiam prælatorum, ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum euident periculum imminet; viam subuentionis excludi, quominus ipsi prælati, ecclesiæ, ac ecclesiastica personæ libero arbitrio atque sponte de nostra licentia pro communis defensionis auxilio, in qua proprium cuiuslibet interesse conspicitur, principibus ac sibi ipsis prouideant iuxta suarum modulum facultatum: & sicut alias dicto Regi, ac nonnullis alijs regni sui tam literatorie quam per nuncios expressisse meminimus si, quod Deus auertat, ipsum in necessitate tam graui & tam importabili conspiceremus expositum, quod ex tenoribus egere subsidijs nosceretur, non solum de bonis ecclesiasticis dicti sui regni sibi ea præstari vellemus, quinimo ecclesiæ Romanæ res, posse, ac bona, ac personam nostram etiam exponeremus pro suorum conseruatione iurium, eiusque necessitatibus subleuandis, in quantum secundum Deum noster & ipsius honor ecclesiæ pateretur.

45 Vestris itaque in hac parte supplicationibus annuentes, præsentium auctoritate concedimus, vt si casus communis, & euidentis necessitatis immineat, vt scripsistis, ac idem Rex vestræ & aliorum prælatorum, ecclesiarum, & personarum, atque bonorum ecclesiasticorum, sicut & cæterorum personarum, locorum, & bonorum dicti sui regni voluerit defensionem assumere ac assumat, & efficaciter prosequatur, & id expediri videritis; liceat vobis & eisdem prælati, ecclesijs & personis ecclesiasticis absque metu constitutionis nostræ prædictæ ipsi regi pro huiusmodi vestræ, ac ipsorum Regis, & regni intrinsecæ defensionis subsidio subuentionem congruam, prout vobis & cæteris prælati regni præfati, seu maiori parti vestrum & ipsorum videbitur, voluntariam, liberalem, & liberam, non coactam absque omni concussionem, exactione, ac executione temporali vel laicali exigenda; hac vice præsentis nostræ fretis licentia impertiri, eamque similiter Regi liceat recipere memorato. Dat. Romæ apud S. Petrum 11. kal. martij anno 1111. J Alijs etiam literis egregium præfulum in iuuando Rege studium commendauit a, eorumque sancta de attribuendis Regi decimis confirmauit. Permisit etiam b vt ob sumptuum magnitudinem quos in bello tolerabat, mediam eorum partem, quæ vel indistincte vel pro Terra sancta legata erant, acciperet.

46 Contulit quoque eidem Regi c, vt in omnibus regni sui cathedralibus & collegiatis ecclesijs clericum sacerdotio donaret: monuit porro d ne ecclesias a suis ministris grauari opprimique pateretur, neve edictam de non extrahendis e regno opibus ad ecclesiasticos porrigeret.

Philippo Regi Francorum illustri.

Exijt a te nuper edictum, quo inter cætera pecuniarum & certarum rerum de regno tuo generaliter prohibetur extractio, et de regno non oriundis eodem conuersatio solita impeditur. Et quidem si fuit edicentis intentio, vt ad hostes tuos non portarentur huiusmodi, ne ad ipsos ex hoc prouenirent compendia, nec esset commercium cū eisdem, sub quadam potest tolerantia præteriri: sed sic generalis edicti promulgatio vel statuti, vt textus verborum indicat, proculdubio iuste redargutioni subijcitur, et edicentis in ipso, sicut per alias literas nostras tibi iam scripsimus, culpa notatur; præsertim si eorundem verborum intellectum patiaris extendi, vt ad ecclesias ecclesiasticasve personas, de quibus disponendi tibi non est

Non eripienda iustitia in rebus angustiis principibus auxilia.

Suum in Gallos studium explicat.

Permittit clero, vt Regem pecunijs iuuat.

a Ep. 169. b lb. ep. 94. Plura Philippo a Bonifacio concessa.

Collatio vniuersi sacerdotij in ecclesijs insignibus Regi permittitur. c Ep. cur. 49. d Ep. cur. 3.

Rogat ne ab ecclesiasticis ferrie regno pecunias vetet.



attributa potestas, ipsius edicti sententia porrigatur: quin potius per hoc durioris redargutionis mor sui subiaces, non ut penam pronulgati canonis, quod referimus dolenter, euites. In istis equidem si prudenter aduertitur, te tuumque consilium sanctorum Patrum scripta non instruunt, & claræ memoriæ progenitorum tuorum exempla laudabilia non adducunt. Sunne ista præfida, quæ rependis Ecclesiæ? Est iste modus acceptus, per quem regiæ dignitatis fama clarescat, ac te & regnum tuum Deo & hominibus reddas gratum? Profecto non credimus: quinimo hæc iram Dei prouocant, comminatur iudicium, odia pariunt, regiam famam lædunt.

Obiurgat se ad salutem edocet.

47 Super quibus, fili, increpando paterne tibi iam scripsisse recolimus, ut ab ijs te prudenter retraheres, & prudentius abstineres; illaque fuit increpantis intentio, ut debitum sui prosequeretur officij, & te charissimum filium in lapsum culpa non duceret, ut in peccatorum semitis deniaret. Est namque præcipue officium pastoris, ut increpet, arguat per misericordiam, & corripiat per medelam. Et si quidem intra claustra peccatoris hæc debita meditatione reuoluas, liquebit appetitus, quod salutaris tibi nostra increpatio proficit, & oleum peccatorum tuum caput vngentium, adulatio, reprobanda videlicet in hoc saltem tui decipientis consilij, te confundit. Nec credat magnificentia regiæ, aliter in ijs informata quam debeat, quod præmissæ constitutionis nostræ secundum condentis iudicium sanus sensus admittat, quod interpretationem habeat sic strictam, sic rigidam, sic auiam, prout nonnullorum, & specialiter de tuo consilio, interpretatur astutia, vel forsitan speculationis claræ durities, vtramque malignitas non coloret; sed reducat ad humane ad sanum, & rationabilem intellectum. Quapropter, dilectissime filiorum, dirigens in conspectu Domini vias tuas, diuæ memoriæ prædecessorum tuorum sequendo vestigia, reuerentiam consuetam, & debitam eidem ecclesiæ deuotus impendas, quod in prædictis & circa prædicta per te aut officiales tuos est factum illicite, tacite vel expresse per reformationem congruam corrigens, & annullans. Nisi enim zelus tuæ nimie indevotionis obstat, ipsa mater ecclesia, tibi tanquam amantissimo filio brachijs maternæ affectionis accumbens, in opportunis subsidijs libenter assistet, & in gratiarum fauoribus vbera maternæ charitatis effundet. *Dat. Romæ apud S. Petrum VII. id. february anno III.]* Hactenus Bonifacius: qui præterea alijs literis Regem est adhortatus, ut ecclesiæ monitis obtemperaret.

Constitutionem in prauum sensum non detorquendam.

16. ep. 2.

48 Cum vero ob editam anno superiori constitutionem, qua pecunia e regno efferti vetabatur, Rex vinculis anathematis vi canonis se irretisset, si eius fuerat consilij legem ad ecclesias, clericos, aliosque in aula pontificia agentes extendere, quamuis Bonifacio a nonnullis significatum esset, regiam legem illos non tetigisse, Antiochodorense episcopo ac Philippi confessorio partes dedit, ut ad omnem religionem facti excutiendam absoluerent: legatis vero apostolicis Albanensi & Prænestino episcopis prouinciam demandauit, ut si Rex vel eius administri pecunias ad ecclesiasticos mittendas e regno extrahi viderent, promulgarent ex canonicis legibus censuris illos implexos, ac nihilominus nouo ipsos anathemate defigerent.

Incentate regijs admittitis censuræ.

Ep. cur. 3

Bonifacius C. Berardo Albanensi, & Simoni Penestrino episcopis Apostolicæ sedis nuntijs.

Fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus cum ad habendam pecuniam nostram pro causa prædicta ad partes ultramontanas mittamus ad præfens, & hoc procurari solcite per vestrum ministerium præcipue confidamus; si forte, quod absit, inuenta ipsa pecunia per charissimum in Christo filium nostrum Philippum Francorum Regem illustrem, vel officiales eius, aut quoslibet alios eiusdem pecuniæ de regno Franciæ prohiberetur, vel non permetteretur extractio tacite vel expresse; vos ambo vel alter vestrum eundem Regem, officiales ipsius, & quoscumque alios impediens, tanquam impingentes aperte in ecclesiasticam libertatem, & destruentes tam pium, tam utile, tam arduum Dei & Terræ sanctæ negocium, ex præteritis culpis per ipsos circa huiusmodi iam commissis; & specialiter impediendo venientes ad Romanam ecclesiam, matrem cunctorum Christi fidelium & magistræ, denunciatis publice in sententiam promulgati canonis incidisse: & nihilominus in eum & eos de nouo excommunicationis sententiam proferatis, non obstantibus quibuscumque priuilegijs vel indulgentijs eidem Regi, officialibus, vel quibuscumque alijs impediens ab Apostolica sede concessis, etiam si oporteret de illis expressam præsentibus ac de verbo ad verbum fieri mentionem. *Datum Romæ apud S. Petrum v. id. february anno III.]*

Col. lib. Resp. ta. p. 114.

49 Quod ad constitutionem vindicandi ex laicorum tyrannide cleri zelo editam spectat, cuius acerbitate exulceratus Francorum Rex auro e regno auehi vetuerat; cum illam detorqueant in sensum iniquiorem nonnulli tricarum auidiores, Pontifex suborta dubia subiecta sanctione soluit, a

Charissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri, ad perpetuam rei memoriam.

Romana mater ecclesia in suis actibus veritatem prosequens, lucem amans, nihil agit in cuiusquam iniuriam, & libenter remouet quodlibet de suis processibus captiosum: & si hoc in alijs communiter agitur, in te amantissimo filio specialius euitatur. Sane constitutionem nostram nuper in ecclesiarum fauorem editam, imitantem antiquæ canonicæ sanctiones, ne prælati ecclesiasticæ persone, cuiuscumque dignitatis, status, aut conditionis existant, sub adiutorij, mutui, vel doni nomine Imperatoribus, Regibus, principibus, vel alijs præfidentibus absque auctoritate sedis Apostolicæ præstent subsidia, quocumque nomine censeantur; neve Imperatores, Reges, seu principes, vel aliter præfidentes ipsa impetere, exigere, vel recipere audeant; nonnullorum astutia, vel durities intellectus plus auare plus rigide interpretari conatur, quam sani sensus iudicium habeat, & intentio constituentis admittat, per quod, fili charissime, a prælati & ecclesijs regni tui, præsertim in instanti guerra tuæ discrimine ademptum tibi subsidium ingemiscis.

Quia igitur eius est interpretari, cuius est condere, ad cautelam tuam heredumque tuorum humana declaratione decernimus, quod si prælati aliquis, vel quæuis alia persona ecclesiastica regni tui, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis, aut conditionis existat, voluntarie, sine impulsionem aliqua expressa vel tacita, aut coactionis impulsu donum aut mutuum tibi dare aut præstare voluerit, dum tamen sub exactionis nomine, vel taillæ, aut cuiuslibet supradicti muneris, aut sub quota hoc non fiat generaliter, vel in fraudem,

5. ecc. oriam. Sex. imm. ecc. Cleric.

Ponit. con. tio. de. ra. in. co. tract. sus. Sub. diu. stram.



dem; licet ad id forsitan tua vel tuorum officialium curialis requisitio, & amica procedat, te, officiales ipsos, praelatos, & ecclesiasticas personas ipsa constitutio non astringat; quodque ad feuda sue regalia, quae iidem praelati & personae ecclesiasticae sub tuo dominio tenere noscuntur in his, quae tibi de illis tenentur & debent, & clericos vxoratos, prout sani iuris intellectus admittit, ac illos, qui in fraudem causa videlicet munerum clericale schema recipiunt, se ipsius constitutionis sententia non extendat: & in necessitatis articulo, prout necessitatem iura diffiniunt, vbi evidens esset in mora periculum per te vel tuos nuncios ad sedem Apostolicam recurrenti, si a praelatis & personis ecclesiasticis memoratis per te ac officiales tuos subsidium competens petas & habeas, te ac ipso sex eiusdem constitutionis verbis, vel sententia declaramus lucide non teneri. Et si forsitan in praedictis, vel circa praedicta, aut alia omnia praesentibus aliquid circa constitutionem ipsam declarandum vltterius tibi vel tuo consilio videatur, in quantum licuerit & expedierit, Deum non offendendo & auctoritatem Apostolicae sedis, promptis affectibus faciemus. Nulli ergo, &c. Dat. Roma apud S. Petrum VII. id. februarij anno III.]

50 Illustrata iterum fuere a alia ambigua, quae nonnullos politicos torserant.

*Bonifacius &c. ad perpetuam rei memoriam.*

Adiucimus insuper huiusmodi declarationi nostrae, quod si praefati Regi & successoribus suis pro vniuersali vel particulari eiusdem regni defensione periculosa necessitas immineret, ad huiusmodi necessitatis casum se nequaquam extendat constitutio memorata: quin potius idem Rex ac successores ipsius possint a praelatis & personis ecclesiasticis dicti regni petere ac recipere pro huiusmodi defensione subsidium vel contributionem, illudque vel illam praelati & personae praedictae praefato Regi suisque successoribus, inconsulto etiam Romano Pontifice, teneantur & valeant sub quocumque nomine, aut alias etiam impertiri; non obstantibus constitutione praedicta, seu quouis exemptionis, aut alio quolibet privilegio, sub quacumque verborum forma confecto a sede Apostolica interpretato; quodque necessitatis declaratio supra dictae ipsius Regis & successorum suorum conscientijs, dummodo successores ipsius vigesimum aetatis annum exegerint, relinquatur: super quo dictorum Regis & successorum conscientias onerari, eisque innotescere volumus, quod quidquid recipi vltra ipsius defensionis casum contigerit, in suarum recipient periculum animarum: super quo, nisi salubriter sibi provideant, attendere poterunt in quo periculo remanent.

Si vero defensionis praedictae tempore huiusmodi aetatis annum praefati non exegerint successores, declaratio necessitatis, ecclesiae praelatorum, clericorum, & laicorum, qui de ipsorum successorum stricto consilio, seu maioris partis ipsorum fuerint, conscientijs relinquatur: quorum similiter conscientias onerari volumus, eisque plenius aperiri, quod si quid vltra casum defensionis reciperetur eiusdem, in dispendium salutis consiliariorem recipere tur ipsorum, illudque restituere teneantur: quodque propterea intentionis nostrae non extitit, nec existit, vt per constitutionem praedictam, seu declarationem praesentem iura, libertates, franchisias, seu consuetudines, quae praefatis Regi & regno, ducibus, comiti-

bus, baronibus, nobilibus, & quibusuis alijs temporalibus dominis, editionis praefatae constitutionis tempore, ac etiam circa illud competere noscebantur, tollere, diminueri, vel quouis modo mutare, aut eis in aliquo derogare, seu nouas seruitutes vel submissiones imponere; sed iura, libertates, franchisias, & consuetudines supra dictae praefatae Regi & alijs illata & integra conseruari. Nulli ergo, &c. Dat. apud Vrbe mueterem II. kal. augusti anno III.] Expressus etiam in casu fuit, conferendas a clero subsidiarias opes, si Rex in hostium potestatem veniret, vt pristina restitueretur libertati: *Auctoritate praesentium declaramus, quod si charissimus in Christo filius noster Philippus Francia Rex illustris, vel eius filius aut filij, Rege ipso viuente, seu dicti Regis successores, seu ipsorum filius aut filij, successoribus ipsis viuentibus, ab eorum, quod absit, hostibus capeantur; praelati & persona ecclesiastica supra dicti pro dictorum Regis & filiorum ipsius, ac successorum, suorumque natorum redemptione seu recuperatione, non obstante constitutione praedicta, prestare subsidia teneantur. Nulli ergo, &c. Dat. apud Vrbe muet. VI. kal. augusti anno III.*

51 Accepere a quiori animo pontificiam constitutionem ceteri Reges, e quibus Venceslaus Boemiae Rex, solempni pompa regio diademate cingendus, flagitauit a Pontifice, vt cum ingentes impensas ad regium decus in ea celebritate sustentandum facturus esset, sanctionem de non cogendo a clero subsidiario auro ad ipsius gratiam, solueret. Cui Bonifacius respondit b, constitutionis illius acerbiter in simili casu molliendam, atque data ab sede Apostolica facultate congrua subsidia a praelatis collatum iri.

*Charissimo in Christo filio Venceslao Re-*

*gi Boemia illustri.* Exhibita nobis celsitudinis tuae petitio continebat, quod cum disponas in proximo coronationis tuae solempnia celebrare, ac ad id ineuitabiliter concurrere habeat importabilis tibi quasi fluuius expensarum, tam ecclesiasticorum, quam secularium locorum, & personarum tui regni subsidium est tibi ad hoc plurimum opportunum, ne in tuum & eiusdem regni dispendium te propter hoc grauius subire oporteat onera debitorum: quare nobis humiliter supplicasti, vt ad huiusmodi tuae & eiusdem regni dispendia euitanda, vniuersis praelatis, ecclesijs, & personis ecclesiasticis eiusdem regni, cuiuscumque eminentiae, conditionis, ordinis, siue status, impendendi tibi subuentionem congruam pro huiusmodi tuis praefatae coronationis expensarum oneribus releuandis, tibi que subuentionem ipsam recipiendi absque transgressione constitutionis nostrae super hoc editae licentiam concedere dignaremur; maxime cum in tali casu praedecessoribus tuis Boemiae Regibus a praelatis, ecclesijs, & personis ecclesiasticis dicti regni fuerit ab antiquo subuentum.

Profecto licet constitutionem illam ediderimus pro ecclesiastica libertate, nostrae mentis non tamen habuit intentio tibi ac alijs principibus secularibus in stricta necessitatis articulis viam subuentionis excludi, quominus ipsi praelati, ecclesia, ac personae sponte liberoque arbitrio de licentia nostra pro communis honoris, vtilitatis, & necessitatis articulis principibus, ac per hoc sibi ipsis, iuxta suarum modum provideant facultatum. Regijs itaque supplicationibus inclinati praesentium auctoritate concedimus, vt cum te

Ep. cur. 48.

Capto ab hostibus Rege, conferre subsidia in stipendia praesules debent.

Poscit Rex Boemiae a clero auxilium pecuniarum exigenda potestatem. b. 16. ep. 89.

Ob graues interregia coronatione peragenda sumptus concessa a Bonifacio.



\* transgreffione

huiusmodi tuæ coronationis contigerit solemnitate celebrare, liceat eidem prælati, ecclesijs, & personis ecclesiasticis, absque constitutionis nostræ prædictæ \* . . pro huiusmodi tuæ coronationis subsidio expensarum subuentionem congruam, prout eis seu maiori parti eorum videbitur, voluntariam, liberalem & liberam, non coactam, absque omni concussionem, exactione, ac executione temporali vel laicali exigendam hac vice, præsentis nostræ freti licentia, impertiri; eamque similiter sit tibi recipiendi licite attributa facultas. Volumus autem, quod si subuentionem huiusmodi præstari tibi contingat, formam & modum, & quantitates etiam, ac quicquid super hoc factum extiterit, eidem prælati & personæ ecclesiasticæ nobis per eorum literas seriofius intimare procurent, vt quam discrete vel indiscrete, moderate vel immoderate præmissa processerint, & si acceptationem, vel moderationem exegerint, clarius videamus. Te quoque ac ipsos volumus scire, quod nostræ intentionis existit, vt sine nostrâ iterata licentia huiusmodi subuentio annualem terminum non excedat. Et ecce prælibatis prælati ac personis ecclesiasticis consimiles super hoc nostras literas destinamus. Dat. Roma apud S. Petrum 11. kal. aprilis anno 1111. J

Lib. 3. ep. 90.

52 Quo vero maiori pietate huiusmodi pompam celebrarent, concessit Bonifacius a, vt qui Vvenceslai Regis & Guotæ Reginæ confessiones erat excepturus, omnibus censuris, quibus forsitan se irretijssent, apostolica auctoritate liberaret.

Dilectis filijs de Ceseli & de aula Regia monasteriorum abbatibus Cisterciensis ordinis Burgenfis diocesis.

Rex & Reginae censuris omnibus solui iussi.

Personas generositate sublimes libenter prosequimur fauore gratiæ speciali. Cum itaque, sicut accepimus, charissimus in Christo filius noster Vvenceslaus Rex Boemiæ illustris, & charissima in Christo filia Guota Regina consors sua solemnitate coronationum suarum in proximo celebrare disponant; & propterea cupiant sibi solemnitate & efficacius de animarum salute consulere, vt diuinarum & humanarum laudum incrementa prospiciant; nos eorum desiderijs in hac parte potissime libentius annuentes, vt tempore prædictarum coronationum ipsorum Regis & Reginæ confessiones audire, ac eos absolueret a cõmissis; & etiã ab excommunicationum sententijs ab homine, vel a canone promulgatis, si quas forsitan incurerunt, impensa prius per eos satisfactione debita superijs, pro quibus excommunicati fuerint, ac iniuncta eis, prout animarum suarum salutari expedire videritis, pœnitentia salutari, nisi talia fuerint propter quæ sit merito sedes Apostolica consulenda; vobis & vestrum cuiuslibet liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem. Dat. Roma apud S. Petrum 11. kal. aprilis anno 1111. J

Siffrid. episc. lib. 2. Siero Altaben in annal. hoc anno. lib. 4. ad. Stral. eod. 22. Guota Regina a partu mortua. et id ibid. d. lib. 3. ep. 91.

Scribit Siffridus b, festo Pentecostes die, Regem Boemiæ Vvenceslaum Pragæ maximo apparatu, quem principes Imperij ac Poloniæ sua præsentia cohonestarunt, corona redimitum: sed lætitiã in lacrymas versam, Guota, alias Gutta siue Iutta, Rodulphi filia ex partu doloribus, post editum, in lucem filium Vvenceslaum nomine, defuncta: in ea vero solemnitate principes electores vna cum archiepiscopo Maguntino ac Rege Boemiæ defectionis ab Adolpho cõsilia agitate: at ea de re nos iterum inferius Nunc addemus, Bonifacium ad Regis Vvenceslai, nunc becilli valetudine affecti, preces legem de obseruanda quadragesimali ad illius gratiam soluisse d, feria quinta & sabbato

exceptis, cum ex illius salute Boemici regni salus penderet.

Dilectis filijs de Ceseli & de Aula Regia monasteriorum abbatibus Cisterciensis ordinis Burgenfis diocesis.

Licet esus carniū, ouorum, & lacticiū quadragesimali sit tempore interdictus; super hoc tamen Apostolicæ sedis circumspècta benignitas, in rigorositatibus iuris prouida dispensatrix, cum personis debilibus & infirmis, & maxime, pollutibus excellentia dignitatis, quarum corporeæ sospitatis defectus aut naturæ debilitas exigit, seu status necessitatis exposcit, aut complexio id requirit, gratiose dispensat interdum de plenitudine potestatis. Cum itaque, sicut charissimi in Christo filij nostri Vvenceslai Regis Boemiæ illustris petitio nobis exhibita continebat, idem Rex fore naturæ debilis, ac pati defectū vigoris proprii corporis dignoscatur, & piscium esum abhorreat, ac alia cibaria quadragesimalia suæ cõplexioni seu dispositioni bene nõ competant; nos, ipsius Regis supplicationibus inclinati, dispensandi cum eodem Rege vt quadragesimali tempore, præterquam in diebus veneris & sabbati, ac festiuitatis B. Matthiæ Apostoli vigilia, possit vesci carnibus, ouis, & lacticijs, nisi ex voti emissionem ad non vescendum forsitan sit astrictus; liberam vobis concedimus auctoritate præsentium facultatem: prouiso quod idem Rex illis in occulto & moderate vescatur. Dat. Roma apud S. Petrum 11. kal. aprilis anno 1111. J

Extincto vt dictum est, Carolo Martello, qui paterno iure vtriusque Siciliæ sceptro, materno vero Vngarico successurus erat, suborta questio est, vtrum huius filius Carolus, Caroli II. nepos, an vero Robertus tertius natu filius Siculum sceptrum post obitum parentis correpturus esset. Ambigua erant vtrinque iura & contraria in regnis pluribus exempla. Consultus porro Bonifacius, a quo ob supremum in Siciliam imperium controuersia dirimenda erat, solemniter dati apostolica liberalitate regni tabulas interpretatus est a, vt is primogenitus censendus foret, qui proximo sanguinis gradu Regem contingeret, habitaque ætatis ac sexus ratione sceptrum capesceret.

Charissimo in Christo filio Carolo Regi Sicilia illustri.

Incumbit nobis non minus ex patris affectu, quam præsentis officio, vt status tui diligentius euitemus incommoda, illaque præcipue, quæ in regno Sicilia subuersionem inducerent, & inter tuos posteros contentionem amaræ dissidium implicarent. Habuit sane, fili charissime tuæ consultationis oraculum nobis, & fratribus nostris expositum, quod cum plures incolumes liberos, mares & fœminas, primi & secundi gradus, clementia tibi diuina concesserit, motibus tuis nodus ambiguitatis occurrit, inter alios iam super hoc dubitatione suborta, quis de præfatis liberis sit tibi in eodem regno Sicilia, quod per concessionem Romanæ ecclesiæ obtines, si casus aderit, successurus. Hoc enim scire tuæ interest præ-

Permissus Rex Boem. carnium esus quadragesimali tempore. Ferit vt & sabbato excepto. Rex Sic. lic. pot. regni Sicilia. a. lib. 4. ep. 312.



pratendis, vt quatenus permittitur humano iudicio, saltem secundum parentis affectum habeas successoris certi fiduciam, & inter eos posteros nulla prorsus contentio veniat, & concertationis vitanda materia delitescat. Propter quod nobis & eisdem fratribus nostris deuotius supplicasti, vt ad cautelam tuam heredumque tuorum, & quietum statum ac prosperum dicti regni huiusmodi dubium nostra declaratio lucida remoueret.

Nos igitur super his cum prouida consilij deliberatione pensantes, & aduertentes attentius, quod regimen ipsum tibi non dedere maiores, sed ex concessione Apostolicæ sedis obuenerit; cum diligentia debita eiusdem concessionis verbis inspectis, & capitulo maxime de successione loquente; consultationi tuæ respondentes aperte de ipsorum fratrum nostrorum consilio declaramus, quod de præfatis liberis maribus in eodem gradu per eandem lineam concurrentibus primogenitus, & de duabus fæminis primogenita, & maribus & fæmina in eodem gradu similiter concurrentibus, masculus omnibus alijs præferatur. Is autem de prædictis liberis primogenitis intelligatur, & in eodem regno tibi sit successor & heres, quem mortis tuæ priorem gradum, & maiorem natu reperiri contingeret, nulla in contrarium interpretatione vel fictione iuris admittitur: cum declarationem huiusmodi ipsius concessionis expressa verba recipiant, a quarum textu, in contractibus maxime, non iuste receditur, nisi mens contrahentium, certitudinarie cognita, repugnâtem verbum induceret intellectum. Illum tamen primogenitum & successorem ab huiusmodi modo declarationis excipimus, qui per formam aliorum capitulorum concessionis eiusdem, ac conuentionum contentarum in ipsa a successione regni præfati, aut per culpæ contagium, vel defectum rationabilem se redderet alienum. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum vi. kal. martij anno 1111.*

Successisse ob hanc constitutionem Robertum Carolo II. superstitum maiorem natu filium visuri sumus: Caroli vero Martelli filius, aui regno exclusus, aui iure Vngaricum regnum postea adeptus est. Cæterum recruduisse postea eam litem proximo tomo videbitur: nunc insignem aliam de summo in Lugdunensem ditionem imperio commotam controuersiam adiungamus.

54 Exarsit a hoc anno Lugduni graue dissidium inter ciues atque archiepiscopum, cum ciues ad Gallorum Regem in litibus prouocari posse contenderent, archiepiscopus vero supremam in exercenda iustitia auctoritatem ad se pertinere contenderet, atque ob id ciues, quorum causam tuebatur Galliarum Rex, deuinciret anathemate, & urbem interdicto percelleret. Ad dirimendam ergo quæstionem Bonifacium primum interdicti religionem amoueri iussit, atque anathemate deuinctos sacris restitui; exacto tamen sacramento, ipsos sedis Apostolicæ imperia excepturos. Tum archiepiscopum ad aulam Pontificiam se conferre, ciues vero & principis ecclesiæ canonicorum collegium ad disceptandam causam procuratores mittere imperauit. At demum rem totam postea ad Francorum Regis gratiam a Clemente V. compositam visuri sumus.

55 Nunc ad pontificum in excindendis hæreticis zelum digredimur. Serpente in dies magis Fraticellorum secta, qui induta sanctitatis personæ simplices ad impietatem pelliciebant, Pontifex tuendi gregis dominici sollicitus, Matthæo Mi-

noritæ prouinciam dedit, vt in laruatas illas sanctoris instituti simias legibus animaduertent.

a *Ibid. ep. 170.*

*Bonifacius &c. Matthæo de Theate ordinis Minorum inquisitori hæreticæ prauitatis in prouincia B. Francisci.*

Ad nostram nuper audientiam est deductum, quod nonnulli diuersarum religionum apostata, nec non & alij nullam de approbatis religionibus professi, qui Bizochi seu alio nomine se appellant; non obstante prohibitione seu ordinatione, alias tam per nos quam per alios ex prædecessoribus nostris facta & habita circa tales, in montibus Aprutinis seu in illis finibus Aprutij, & Marchiæ Anconitanæ, ac terris circumpositis finibus illis se, tanquam in cubilibus struthionum, in vestimentis ouium receptantes; velut lamix nudatis mammis catulos suos lactant, dogmatizando palam diuersos hæreticæ prauitatis errores, tamquam diuersas habentes facies, licet caudas habeant inuicem colligatas. Hi enim, ab vtero matris Ecclesiæ pertinaciter aberrantes, acuunt linguas suas, quibus corda vulnerant infirmorum, student animas interimere simplicium, quasi vna cum ipsis perditionis laqueo se suspendant. Quare nos considerantes, quod talium pestis serpit vt cancer, manusque ipsorum sunt Esau, quamquam vox eorum vox Iacob aliquando videatur, discretionis tuæ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus ad huiusmodi loca te personaliter conferens, ad inueniendas, capiendas, & ad nostram præsentiam deducendas personas huiusmodi, vulpes quidem demolientes vineam Domini Sabaoth; & ad profligandas eas de suis latibulis, velut feras sylvarum, humanas animas sitientes, caute, viriliter, & solerter intendas; contra dogmatizantes, & pestilentes huiusmodi, tanquam contra hæreticos, nec non contra eorum receptatores atque fautores auctoritate nostra constanter, & magnanimitè processurus, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum non. maij anno 1111.*

Excitatus in eos & dei censor.

Damnata a Bonifacio impiam Fraticellorum secta, memorat Iordanus; Bonifacius, inquit, damnauit sectam Fraticellorum siue Bizochorum dictorum: & cum inquireret contra eos per inquisitores, recesserunt de Vrbe in Siciliam, & ibi, postquam satis comederunt & biberunt, surrexerunt ludere, & tubis arundineis tubicinare, dicentes: Exultet Ecclesia meretrix, exultet; & frañs tubis, & vno calice in contemptum Romanæ ecclesiæ, transuerunt in Græciam, & suos errores ibi publicarunt. Papa autem prædictus mandauit patriarchæ Constantinopolitano, & archiepiscopis Patraccensi & Atheniensi, vt contra eos & eorum receptatores & fautores procederent, & in Achaïam se receperunt.

a Iord. M. S. V. at. sign. n. 1960. Baron. in Sebes. M. S. Impietas infana Fraticellorū.

Tunc temporis frater de Bodicis de prouincia Prouincia fugit cum libris Petri Ioannis de Biterris, & in ecclesia S. Petri Romæ per quinque Biguinos & tredecim mulieres in Papam electus est, & fuit cum Angelo & Liberato & eorum complicibus. Narrat Prateolus de Fraticellis damnatis a Bonifacio, laruatam eorum sanctitatem in supra horrenda descuiisse; atque adeo speciosas quasque mulierculas seducere maxime annifos, vt promiscuos cum ijs concubitus in damnatis conuenticulis exercerent.

Fugiant in Græci

Antipapa creatus a meretriculis.

b Prateol. eleuch. bar. 16.

56 Quod ad Petri Ioannis Oliui Biterrensis doctrinam attinet, grauiora scandala ordini sancti Francisci eum inuexisse, refert S. Antoninus c. 3. ac primum quæstionem mouisse inter sodales suos de

De Petro Ioanne. c. S. Anton. in 3. p. tit. 24. cap. 9. S. 11.



rerum paupere vsu, seque in publicis comitijs Parisiensibus purgasse his verbis: *Ego frater Petrus dico & profiteor, nos fratres non teneri ad aliquem vsu pauperem nec ad aliquem modum viuendi, nisi secundum quod dicit declaratio domini Nicolai Pape III. & sentit, & seruat, & intelligit communitas ordinis professorum.* Addit S. Antoninus, multos postea sequaces doctrinæ conceptæ sententiæ additissimos habuisse; cumque erroribus contaminati illius libri reperti essent, de ijs damnandis agitur: a Tunc, inquit b, fuit processum contra di-  
*Etiam doctrinam fratris Petri, de quo supra alijs eam condemnantibus; alijs vero e contrario eam defendentibus.* Et infra: *Et dato quod errasset in octo punctis per ordinem allegatis, ex hoc non erat tota illa doctrina condemnanda.* Illa atque alia capita enumerant alij quorum aliqua in concilio Viennensi a Clemente V. damnata fuerunt. Cum alij postea Petri Ioannis pestiferi commentarij emanassent in publicum, fuisse illos apostolica censura notatos a Ioanne XXII. obseruat Nicolaus Eymericus in directorio inquisitionis c: eiusque percenset a hæreses, quibus suadere annitebatur, Romanam ecclesiam, quæ sancta & apostolica a pijs nominatur, ob affluentiam opum Babylonia, meretrice in Apocalypsi præsignatam destruendamque mentiebatur, atq; alia blasphemia, quæ stylus horret, euomebat; Quorum librorum auctoritate ex Iordano & Baronio vidimus paulo ante, meretriculas tredecim cum quinque Biguinis Pontificem nouum orbi dare meditatas e, vt nouam ecclesiam spiritualem. reiecta Romana, quam carnalé putabant, excitaret: quare ab directorij indicis auctore Fraticellorum heresiarcha nuncupatur his verbis: *Petrus Ioannes heresiarcha, caput Begardorū, damnatus, exhumatus, & combustus cum suis operibus.* Tradita flammis eius ossa vna cum donarijs, quæ a simplicibus ad tumulum appensa fuerant, consentit Penna f.

Verum longe aliter nonnulli alij sensere, atque etiam fulsisse miraculis ex Angelo Clareno Petri Ioannis socio tradidere g: at Angelum inter Fraticellos signiferum impietatis fuisse, qui profugit in Græciam vt iustæ censorum fidei seueritati se subduceret, ex dictis a Iordano h & Baronio i colligitur. Pariterque conijcitur ex Eymerico, iactata illa Petri Ioannis miracula fuisse vel simplicium ludibria, aut hæreticorum mendacia: ipsumque Petrum Ioannem apud Fraterculos multa de diuinis visis sibi obiectis effutisse, memoratus Eymericus tradit, vir maximè fidei & auctoritatis, vt qui eo tempore, quo vigebat adhuc secta Fraticellorum, Pontificum: iussa in eos in ditione Regis Aragonum animaduerteteret. Is ergo de sparsa, inter sectarios Petri Ioannis fama hæc habet l: *Dicunt & asseuerant, quod tota doctrina & scriptura fratris Petri Ioannis olim de ordine Minorum, est vera & catholica, & eandem credunt, & dicunt fuisse ei a Domino reuelatam: & dicunt fratrem Petrum Ioannem hoc ipsum, dum vivebat, suis familiaribus reuelasse.* Et infra: *Dicunt aliqui ex eis, eundem fratrem Petrum Ioannem veritatem tenuisse, & dixisse in eo, quod dixit & tenuit, quod Christus vivebat quando fuit pendens in latere lanceatus, dicentes quod anima Christi secundum rei veritatem adhuc erat in corpore; sed quia Christus erat multum exinanitus, ideo aspicientibus mortuus videbatur. Mattheus autem Euangelista scripsit, quod Christus tunc viuus erat, quia secundum rei veritatem ita erat: sed ecclesia abrafit hoc de Euangelio Matthei, ne Ioanni Euangelista contrarius videretur. Hæc*

erat Fraticellorum insania, vt potius Petro Ioanni deliranti, quam Viennensi concilio œcumenico definenti ex sacro Euangelio Christum mortuum fuisse, cum lancea transfossus est, fidem adhiberent: adderentque impudentissimam blasphemam vocem, Mattheum & Ioannem contraria scripsisse, atque ecclesiam textum illum e Mattheo erasisse: sed quo auctore id probabant? Non alio quam somniatore.

Cæterum de Petri Ioannis commentarijs scribunt nonnulli recentiores, datam fuisse a Sixto IV. eorum legendorum veniam, cum antea fuissent prohibiti, atque ab hæreticis Bizochis & Bergardis habiti in pretio: sed non probant, omnes illius elucubrationes, eas maxime, quibus errores confirmabant hæretici, & tradi rogis consueta erant, superfuisse: aut si euaserint incendium, expurgatas non esse; vel etiam inter plura eius opera aliqua sanam doctrinam complexa, quæ ad nostra tempora emanarint, nec licet in ijs pie de Romana ecclesia scripserit, in alijs tamen venena non diffudisse: sed in his non moror. Suffecerit e Vvadingho a addere, illum hoc anno e vita excessisse. Nunc a Petro Ioanne e Biterris ad Biterrenses, illius exemplo de Pontifice Romano blasphemia euomentes, sermonem traducimus.

57 Laborarunt eo tempore Biterrenses non leui hæreseos suspicione: quare Bonifacius sacræ fidei censori prouinciam imposuit b, vt in eos, qui tanti sceleris macula conspersi essent, quæstionem exerceret.

*Bonifacius &c. dilecto filio inquisitori hereticæ prauitatis, in partibus Carcasonenfis a sede Apostolica deputato, vel eius locum tenenti.*

Ad audientiam nostram peruenit, quod plures ex ciuibus Biterrensis, multa dicunt, & faciunt, ex quibus præsumptiones validæ contra eos insurgunt, quod paternæ imitatores perfidiæ velint esse; quid antiquis eorum patribus pro sua perfidia, & ecclesiarum persecutione gladio atque vltoribus prouenerit minime attendentes. Libertatem enim ecclesijs a sanctis patribus, & principibus tam ecclesiasticis quam secularibus, dudum datam, quantum possint in pluribus articulis euertere moliantur, tallias & exactiones extraordinarias ecclesijs & personis ecclesiasticis ciuitatis pro suæ voluntatis libito imponendo, ac vnanimiter inuadendo personas & bona ecclesiastica, sanguine Christi empta, eaque iniuriose suæ ditioni per violentiam submitiendo; subtrahendo insuper iura eisdem ecclesijs debita diuersis fraudibus exquisitis. Et vt licentius secundum eorum opinionem, atque incessabilibus faciunt supradicta, se ad eadem facienda statutis, pactis, & conventionibus detestabilibus & iniquis, iuri diuino contrarijs & humano, astringunt; & excommunicationis & interdicti sententias, a nobis contra imponentes & exigentes huiusmodi tallias & collectas hæctenus promulgatas, in contemptum Ecclesiæ & clauum vilipendunt: nonnullis ex eis asserentibus, quod tempore interdicti, melius quam alio tempore sit eisdem; & quod propter excommunicationem cibis non minus sit eis sapidus temporalis, nec minus bene dormiunt propter ea; inuidentes per hæc quodammodo, quod ecclesiastica sacramenta, quæ interdictis & excommunicatis sunt regulariter interdicta, abominabilia sint eisdem, & ipsi etiam magis obsint quam profint. De successore insuper Petri ac vicario Iesu Christi, qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris, quidam ex eis poilutis labijs obloquentes,

Ut quæ-  
 stionem  
 de pau-  
 peritate  
 primus  
 mouerit.  
 a Eod. cap.  
 S. 13.  
 b Ibid. S.  
 13.  
 Suspecta  
 fuerit il-  
 lius do-  
 ctina.  
 Damnata  
 ab Eccle-  
 sia.  
 c Direct. in  
 quisit. 2. p.  
 q. 9.  
 d Ibid. &  
 q. 15.  
 Blasphe-  
 mas in eâ  
 voces ef-  
 fuerit.  
 e Direct.  
 in q. 2. par.  
 q. 9 & 15  
 Sectarios  
 nactus sit.  
 f Pen. in  
 comment.  
 51. in qu.  
 26. 2. p. di-  
 rect. in q.  
 g Pen. ad. in  
 annal. hoc  
 an. n. 35.  
 &c.  
 Ab iisdem  
 cultus sit  
 h 1074. M.  
 S. Pat. sign.  
 n. 1950.  
 i Baroni. in  
 sched. M. S.  
 que apud  
 nos ext.  
 De his  
 vide sup.  
 an. Chris.  
 1294. nu.  
 26.  
 l Direct.  
 in quisit. 2.  
 p. q. 15.  
 Magnis  
 ornatis  
 elogijs ab  
 impijs.  
 Insignis  
 heresi. ab  
 eo confi-  
 eta.



res, proferre turpissima minime formidarunt: & quasi auctoritas ligandi non sit apud Ecclesiam, vel soluendi, cum a suis iudicibus ecclesiasticis censura ecclesiastica constringuntur, pro sententiarum in eos latarum relatione, non ad ipsos excommunicatores, vel sententiarum huiusmodi prolatos, aut illorum superiores ecclesiasticos iudices vel prelatos; sed ad curiam temporalem recurrunt, impetrare intendentes, sententias reuocari easdem per violentiam & iniuriam curie secularis. Plures etiam ex eisdem biennio & amplius iam elapso in excommunicatione manserunt, & adhuc manent animo pertinaci.

Quia vero supradicta serupulo non carent hæreticæ prauitatis, discretionis tuæ præsentium auctoritate mandamus, quatenus ex tuo procedens officio, de præmissis veritatem inquiras: & si ea, vel eorum aliqua, seu etiam alia, per quæ leui etiam argumento supradictos ciues appareat a iudicio catholicæ religionis, & veritatis tramite deuiare, inueneris esse vera, officium inquisitionis hæreticæ prauitatis in eadem ciuitate sic solerter studeas exercere, vt perfidia filijs, vipereis moribus contra Deum & eius sponsam Ecclesiam insulantibus, tanquam materni vteri corrosoribus (per quorum seductionem mundus inficitur, & per eos velut per oves morbidas gregi fidelium grauior infligitur corruptela) exterminatis & penitus profugatis, hæreticæ labis zizania non permittatur in necem catholici seminis peruari. Taliter autem ad prædicta exercere peragenda te studeas, quod a Deo meritum & laudem merearis a nobis. Contradictores &c. inuocato &c. *Dat. apud Vrhemuerem 111. id. Octob.*

*cialiter frater Ioannes de Sameffio, continue insisterunt.*

*Tandem pro dicto negotio tempore domini Martini commissum est negotium tribus Cardinalibus ad examinandum, qui viderunt, examinauerunt, & pro magna parte rubricauerunt. Sed cum ante mortem domini Martini non fuisset facta relatio negotij, peruenit tandem ad tempora domini Honorij: & tunc lecta sunt plura miracula, & coram fratribus nostris Cardinalibus diligenter discussa: sed cum ventiletur negotium, superueniente morte domini Honorij, negotium siluit.*

*59 Tempore vero domini Nicolai IV. commissum est negotium tribus alijs Cardinalibus, domino scilicet Hostiensi, domino Portuensi, & nobis in statu cardinalatus adhuc existentibus, quia mortui erant illi Cardinales, quibus negotium prius fuerat commissum. Postea etiam mortuo domino Hostiensi, subrogatus fuit sibi dominus Sabinensis: & ita per tot, & toties examinatum est, rubricatum, & discussum negotium, quod de hoc plus facta est de scriptura, quam vnus asinus posset portare: nos & de manu propria scripsimus, & diligenter examinauimus multa miracula fuisse sufficienter probata.*

*Temporibus autem nostris non sunt mutati examinatores; sed tamen iterum lecta sunt plura miracula, examinata, & rubricata non solum per illos predictos examinatores, sed etiam per plures alios Cardinales: & volumus vt quilibet sigillatim daret consilium suum in scriptis, ne odio vel amore, seu etiam timore aliquo aliquis taceret. Ex istis ergo & pluribus alijs potest euidenter concludi, quod seruata fuit maturitas, & plus quam maturitas in predictis, &c. Concludit ascribendum sanctorum catalogo, & reddenda quæ Cæsaris sunt Cæsari, quæ Dei Deo: Vt, inquit, in hoc reddatur Deo quod suum est, scilicet honor & gloria debita, sanctis reddatur & matri nostre Ecclesie triumphanti quod suum est, scilicet debitum laudis; & hoc in isto sancto, qui connumerari debet merito cum alijs sanctis, &c.*

*60 Decreto itaque B. Ludouico Regi sanctorum cultu, edidit summus Pontifex apostolicum diploma, quo illum fidelibus venerandum proposuit; ampliffimæque eius virtutes, ac gesta insignia his verbis descripsit. a*

*Bonifacius &c. vniuersis Christi fidelibus salutem, & apostolicam benedictionem.*

Hic profecto clarissimus genere, sublimis potentia, facultatibus opulentus, præcellus virtutibus, moribus elegans, conspicuus extitit honestate; inhonestis & turpibus a se penitus relegatis. Nam sic pudicitie adhæsit operibus, sic carnis studuit euitare contagia, quod sicut habet certa credulitas plurimorum, nisi ei nexus accessisset vxoris, candore virgineo rutilasset. Longo quippe temporis spatio prædicti regni regimini præfuit, eiusque gubernacula plena curis prouida circumspectione direxit. Nulli noxius, non iniuriosus alicui, nemini violentus, iustitiæ limites summo perere seruauit & coluit, æquitatis tramitem non relinquens. Peruerforum conatus nefarios non relinquit. Peruerforum conatus nefarios pœnæ debitæ mucrone compefcuit, malorum molimina conterens, prauorum illicitos ausus frangens: pacis zelator eximius, feruidus amator, concordie promotor extitit, sollicitus vnitatis dissidia fugiens, vitans scandala, dissensiones abhorrens: propter quod sui felicitis regiminis tempore, sedatis vndique fluctibus, subductis noxijs, turbinibus profugatis, regni eiusdem incolis aurora dulcissimæ tranquillitatis illuxit, lataque serenitas votiuæ prosperitatis arrisit.

anno III.]

*58 Adiecit eodem anno Pontifex a sanctorum catalogo Ludouicum IX. Galliarum Regem (cuius nos eximia facinora atque exempla sanctitatis suis locis inseruimus) cum iam a pluribus Pontificibus instituta de cœlitum cultu illi decernendo sacra actio intermissa ac repetita fuisset. Quod ex concione a Bonifacio Papa habita b referre placet, vt insignis diligentia, qua sanctorum discepti miracula ab ecclesia Romana consueuerunt, illudretur.*

*Quia, inquit, actus iste, scilicet ascribere in catalogo sanctorum per canonizationem Romani Pontificis, singularis excellentie reputatur in ecclesia militante, & ad solum Romanum Pontificem pertinet hoc agere; idcirco summam grauitatem infacto tam singulari sedes Apostolica voluit obseruare: quamuis & vita sua fuisset ita manifesta, & multa miracula visa, sicut superius dictum est, preces etiam regie, baronum, & etiam prelatorum pluries accessissent; nihilominus cum inquisitionibus priuatis pluribus iam factis, adhuc voluit inquisitiones solennes per non paruam tempus facere. Durauit istud negotium iam per xxiv. annos, vel amplius: & licet dominus Nicolaus III. ante dixisset, quod ita nota erat sibi vita istius sancti, quod si vidisset duo vel tria miracula, eum canonizasset; sed morte præuentus non potuit hoc perducere ad effectum: ex abundantiam tamen fuit adhuc commissum negotium inquisitionis viris venerabilibus & discretis, archiepiscopo scilicet Rothomagensi & episcopo Antisiodorensi, & magistro Rolando de Palma episcopo Spoletano, & illi de sexaginta tribus miraculis testes receperunt, examinauerunt, rubricauerunt, & iam sexdecim annis transactis ad curiam remiserunt. Insuper per illos sexdecim annos continue aliqui ex parte Regis Francie, nec non prelatorum & principum, & spe-*

A Marti-  
no IV.

A Nico-  
lao IV.

A Bonifacio VIII.

a Ext. in  
bullar. in  
Bonif.  
VII.

S. Ludouici elo-  
gium in-  
figne.



\* disquisitione

De eius in  
in Christi  
amore a  
pueritia .

Et ut de vita ipsius aliqua referamus, licet illa quo maiori \* dispositione discutitur, examine indagatur, eo referentis afferat gustui plus dulcoris, mentesque delectet obnixius auditorum; ab ineuitis aetatis primordiis Dei Filium tenera mentis affectione dilexit, nec diligere desijt, studia continuando salubria, dum vitæ sibi commoditas affuit temporalis: sed quanto maiori profecit aetate, ac in tempora prolixiora prosiliit, tanto eius exarsit amore feruere spiritus ampliori. Hic quidem, cum esset annorum duodecim, paterno destitutus auxilio, sub claræ memoriæ Blanca Reginae Franciæ matris suæ custodia, & gubernatione remansit: quæ circa diuina obsequia feruenter intenta, cum prudenter dirigere, ac diligenter instruere satagebat, ut ad præfati regni regimen, quod suæ directionis experere providentiam noscebatur, dignus & sufficiens fieret, idoneus haberetur. Cumque per incrementa temporum idem Rex aetatis annum quartumdecimum attigisset, prædicta Regina illi magistrum proprium deputauit, qui eum scientia literarum imbueret, ac bonis moribus informaret: ipseque Rex sub eiusdem magistri ferula positus, sic ei obediens & reuerens existeret, sicque illius recipiebat humiliter disciplinam, quod superna præuentus gratia profecit laudabiliter in vtrisque; circa diuina sic intentus officia, ut nequaquam ipsorum auditione contentus existeret, nisi ea, quæ coram se diu noctuque a suis faciebat clericis solemniter celebrari, ab ipso cum eorum aliquo attentius dicebantur.

Observantia erga matrem .

Ut sacræ militiæ se addiderit.

61 Demum successu temporis in anno vigesimo constitutus, & quadam sibi ægritudine superueniente grauatus, a Parisiensi & Meldensi episcopis, assistentibus tunc eidem, viuificæ crucis signaculum in Terræ sanctæ subsidium sibi cum multa instantia petijt exhiberi. Et licet hoc ei, rationabili causa moti, præfati dissuaderent episcopi, ipse tamen utpote feruens spiritu erga Dominum, eique votis ardentibus famulari desiderans, illorum salubriter dissuasione non admissis, signum huiusmodi de manu præfati Parisiensis episcopi cum multa lætitia & exultatione suscepit, prælati, nobiles, & militibus pluribus signum ipsum assumptibus cum eodem. Et tandem amplo præparato nauigio, factisque apparatus alijs, quæ in talibus requiruntur, cum trigessimum quartum annum attigisset aetatis, in prædictum subsidium transfretauit \*. consortem, & quondam Robertum Atrebatensem, Alfonsum Pictauia, & claræ memoriæ Carolum Regem Sicilia, tunc Andegauia comites fratres suos, dum adhuc viuerent, secum ducens; multa grauique pericula, quæ solent æquoris fluctus infligere, sustinendo. Cumque ad partes illas ingenti circumfultus potentia peruenisset, & habito de ciuitatis Damiatæ captione triumpho processisset vterius, generali quasi totius eiusdem exercitus, sicut Domino placuit, ægritudine subsecuta, & alijs aduersis vrgentibus, præfatus Rex cum toto fere exercitu supradicto in . . Soldani [ illum Melecsalam vocat Aytonus a ] & Saracenorum manus ac potentiam incidit, multa opprobria multasque iniurias, quæ inferentium scæda conditio [ erant b ij Cumani serui emptitij, quos Melecsala a Tartaris, qui Cumaniam expugnant, auro emerat ] adaugebat, patienter & humiliter tolerando, præfato Roberto comite pro fide Christi ab illis immaniter interempto.

\* Margaritam

Damiatæ cepit.

a Ayton. h. s. Orien. cap. 52. b id. ib.

Venerit in hostiū potestati.

Postmodum autem habito cum Soldano,

tunc viuentem, tractatu de iam dictis Rege & exercitu liberandis, maxima interueniente pecuniæ quantitate, ipsoque Soldano occasione huiusmodi a vassallis proprijs interfecto [ necatum Melecsalam a Cumanis mancipijs, quos armorum vsu exercuerat, ac tum Ægyptium sceptrum a Turquiniano Cumano alijsque seruis correptum, narrat memoratus Aytonus a ] Saraceni, qui eius dominium vsurpant, ad pecuniam anhelantes eandem, cum multa instantia postulabant, ut in conuentionibus ordinatis concorditer inter partes iureiurando firmandis adderet, quod nisi ipsi passa seruarent, omnino Machometum, quem colunt, ut dicitur, denegarent; ac idem Rex in suo similiter adijceret iuramento, quod & ipse Dei negaret Filium, ac extra fidem eius existeret; si conuentiones prædictæ ab eo minime seruarentur. Quod præfatus Rex prorsus abominans, id efficere constantissime recusauit: quin potius quadam indignatione commotus, patenter asseruit, quod talia tam nefanda suis labijs aliquatenus non proferret, neque in tam vesanam & reprobam prouideret negatiuam: quamquam id ei iam dicti Pictauia & Andegauia comites, alijsque tunc plurimi circumstantes instantissime suaderent, cum exinde sibi cæterisque Christianis mortis periculum verisimiliter imminere conspicerent; præsertim cum hoc ageretur cum illis, qui sicut præmittitur, soldanum prædictum occiderant, eius sibi dominium vsurpantes; ipsique Regi apertius dicebantur, quod nisi in actum perduceret quod optabant, ipsum & suos crucifigere non differrent: ipsius Regis ad hoc intrepida firmaque responsione secuta, quod si Saraceni prædicti eius corpus occiderent, ipsius tamen animam non haberent. Et infra.

62 Cumque inter Regem & Christianos, ac Saracenos prædictos de ipsorum Regis & Christianorum, sicut superius est expressum, liberatione tractatus habitus, & conuentionum subsecuta ordinatio extitissent; Saraceni pro quadam parte pretij redemptionis huiusmodi, quæ soluenda restabat, securitatem plenariam habere intendentes, in electionem ipsius Regis totaliter posuerunt, ut vel ipse liberaretur a carcere, remanentibus cæteris Christianis in vinculis, donec huiusmodi solutio perfecta succederet, vel quod idem in carcere remaneret, Christianis ipsis omnimodè liberatis; præfatus Rex super hoc promptum nec dilatum responsum præbuit, quod ipse quousque solutionis huiusmodi proueniret integritas, remanere in carcere intendebat, Christianis eisdem libertati pristina restituta: quamquam præfati Alfonsus & Carolus, ac alij viri nobiles tunc astantes expresse dicerent, & profiterentur apertius, quod in hoc nullatenus consentirent, supplici adijcientes instantia, quod potius Rex ipse recederet, alijs minime absolutis; Rege ipso firmissime replicante contrariū \* assentiente sermonibus eorundem. Et tandem Rege, cæterisque captiuis eidem plene redditis libertati, dictoque Alfonso pro eiusdem solutionis perfectione faciendâ obside dimisso, præfatus Rex degalea, in qua erat, egredi noluit, donec ipsius solutionis defectus extitit adimpletus, dictusque Alfonsus ad eius præsentiam redijt, ac omnes etiam Christiani; quos in propinquo carcere detinebat inclusos, quosque in Babyloniam manus inimicæ non traxerat, liberati a vinculis; ac illi etiam, qui tunc in Damiatæ similiter tenebantur, fuerunt in nauibus collocati.

Demum



Demum præfatus Rex, cum eodem liberatus exercitu, ad ciuitatem rediens Acconensem, moramque inibi fere per quinquennium contrahens, & tamquam feruidus humanæ salutis amator, multorum Agarenorum mentes duras quantumdubit, non solum salubribus eloquijs suadens; sed etiam exemplo vitæ laudabili conuertit ad Dominum, ipsos faciens ad laudem diuini nominis & exaltationem catholice fidei honorifice baptizari, eos donis proseguendo largiſſimis, & gratiosis fauoribus conſouendo; multosque milites & alios Christianos redimi faciens, eis de magnificentia regia tam vestes, quam cætera neceſſaria victui, prout ſingulorum ſuadebat conditio, miniſtrabat. Muros quoque ſeu mœnia ciuitatum & caſtrorum quamplurimum, quæ in illis partibus a fidelibus tenebantur, fecit reparari ſolemniſſime, eaque alias muniri plenarie, prout neceſſitas ſuadebat.

63 Verum prædictus Rex, proceſſu temporis intellecto, quod matrem eius mors amara ſubtraxerat, & eidem regno graue periculum immineret, de procerum ſuorum conſilio ad partes Franciæ remeauit; nunc ſanctitatis inſiſtens operibus, nunc monaſteria & hoſpitalia pauperum, nunc domos alias diuinis obſequijs dedicandas, quæ longum eſſet enarrare per ſingula, conſtrui faciendo, eis de bonis proprijs amplis dotibus deputatis; nunc etiam inſirmos ac debiles, in diuerſis monaſterijs & xenodochijs decumbentes perſonaliter viſitans, ipſos verbis conſolatorijs conſouebat, eis manibus proprijs flexo genu potum & cibaria miniſtrando. Cumque in monaſterio regali Beluacenſis diœceſis, quod idem Rex opere plurimum ſumptuoſo conſtruxit, & dotibus decorauit eximijs, monachus quidam Leodegarius nomine moraretur, quem adeo lepræ morbus inuaſerat, quod abominabilis factus ac deſpectus quamplurimum manebat ſegregatus ab alijs, in quadam camera poſitus monaſterij memorati, eiusque oculi ob grauis inſirmitatis pondus ſeu malitiam iam conſumpti nihil omnino videbant, eorum foraminibus, ſiue locis rubeis & horridis iam effectis, quique naſum perdiderat, eius tumefactis non modicum labijs & profunda, fixura deſtructis; ac idem Rex eum, præſente dumtaxat abbate monaſterij ſupradicti, perſonaliter viſitaret, ipſumque ſumentem cibum vt poterat inueniſſet; præfatus Rex, præmiſſo benignæ ſalutationis alloquio, flexit genua coram ipſo, & ſcindens manibus proprijs carnes eidem appoſitas bolos in os eius ſtudioſiſſime immittebat: & huiusmodi non contentus obſequio illatis dapibus eius iuſſione regalibus, de ipſis eidem monacho miniſtrabat, loci aut ægri qualitatem horribilem non cuitans, eodem abbate vehementi ſtupore concuſſo, quod tanti ſublimitas principis talibus, quantumcumque ſalubribus, inuolui ſtudijs ac ſeruitijs potuerit occupari.

Præterea cum dictus Rex, hoſpitale Compendienſe ingreſſus, ad impendendum humanitatis obſequium inſirmis in illo degentibus, & iam feſſus non modicum in labore, inſirmum quendam iuxta ſe poſitum conſpexiſſet morbum, qui S. Eligij dicitur, patientem; & flexis genibus coram ipſo morſellum piri, remoto cortice, poneret in os eius; ſanies de illius naribus effluens ſœdauit turpiter manus Regis: qui pie benigneque id tollerans, nec in aliquo exinde immutatus, lotis illico manibus ſalubre, quod inchoauerat, obſequium diligenter extitit perſecutus. Hic re vera circa ſeruos Chriſti, ac pauperes, aliasque miſerabi-

les ac deuotas perſonas valde compatiens, ſe ipſis in eleemoſynarum largitate munificum exhibebat. Virginibus inſuper, quibus inopia effectum maritalis copulæ denegabat, ne illas in carnis lubricum labi contingeret, de dotibus congruis prouidebat; illud de bonis regalibus laudabiliter & ſalubriter expenſum reputans, quod in eleemoſynas & alios pios vſus conuerti pro tempore noſcebatur. Hic prædicationibus & alijs propoſitionibus verbi Dei attentum accommodabat auditum, non auditor obliuiſoſus factus, ſed factor operis occurrebat; hæreticæ prauitatis infectos, ne fidei Chriſtianæ cultores labe huius contagionis inſicerent, de regni prædicti ſinibus efficacibus ſtudijs expellendo, ac alias circa ſtatum eius prouidendo ſolicite, vt ab ipſo ſomentis talibus proſus excluſis in eo fidei prædictæ ſynceritas rutilaret. [Extat a lex illius inſignis, qua politica ſpretis argutijs, Albigenſium opprobrium inductis cenſoribus fidei ſuſtulit e Gallijs: vnde agnoſcant Francorum Reges, qui auitas laudes æmulantur, quid potiſſimum ſibi pro aſſerendo religionis ſplendore firmandoque regno gerendum incumbat. Pergit Pontifex de ſancti Regis in egenos miſericordia, cum ingraueſceret anno, dicere:] Cum vero aliquibus partibus dicti regni ob ſterilitatem ſeu malitiam temporis victualium caritiſtia imminebat, ſtatim de ipſa rumoribus intellectis, certam illuc ſummam pecuniæ, prout ipſarum exigebat qualitas partium, per fidelem mittebat nuntium, inter pauperes diuidendam.

64 Hic proſecto humilitate ſublimis, ſublimitate humilis in apparatu & veſtibus, quas frequenter pauperibus erogabat; poſt primum potiſſimum de vltimatiniſis partibus reditum ſummæ humilitatis inſignia demonſtrauit: non enim aureis vel argenteis ornamentis, non regalibus veſtibus, non varijs vel grifeis, ſed alijs humilibus pellibus vſus fuit, ſecularibus pompis a ſe penitus abdicatis. Et ne feruorem ſpiritus ſocia carnis ardor extingueret, ſed mortificatione & reſreſſione ipſus illum potius accendi contingeret, altiusque ſuſtollere, carnem ipſam aſſidui aſperitate cilicij, prout aſſeritur, edomans, eſtræne ipſius libitum arctæ abſtinentiæ freno coereuit, cuiusque nexibus alligauit, vt non voti proprii ducta libidine, non ſui deſiderij directæ remigio, ſed ſalubri moderamine ſpiritus tute ad licita pergeret, prouide ab illicitis abſtineret. Diſtinctis enim corpus atterebat ieiunijs, priſcorum obſeruantia, a ſanctis patribus ordinata, nouorum aſteritatem adiiciens, ſibi motu propria voluntatis indiſtam: nam per totum quadrageſimale tempus, & quadraginta dies feſtum natalis Domini præcedentes, ac omnium feſtiuitatum vigilijs, nec non & quatuor tempora, quæ catholica indiſcit Eccleſia, in ieiunijs & orationibus exiſtebat, delicioſis & curioſis cibarijs vſui proprio penitus interdicitis. In feſtiuitatum vero Virginis glorioſæ, ac natalis Domini memorati vigilijs, & ſexta feria maioris hebdomadæ ieiunium obſeruabat panis & aquæ dumtaxat, modica ſuſtentatione contentus. Qualibet etiam die veneris quadrageſimæ ſupradictæ ac totius aduentus ab eſu piſcium abſtinebat; multis præterea ſe vigilijs occupans, ne aliqua ſibi hora temporis inutiliter pertranſiret. Poſt eius reditum ſupradictum non in pluma vel paleis iacuit, ſed ſuper ligneum lectum portatilem, materacio ſimplici ſuperiecto, ſtramine nullo ſuppoſito, decumberebat.

65 Hic inſuper, vita puritate præluſidus, ſyn-

Zelus in hæreſibus exciſendis.

Apud bibliopatr. rom. 4. Relictum ſucceſſoribus Regibus exemplum.

Ipiſus voluntarie corporis afflictiones quantæcunq;



eerus veritatis amicus extitit, hostisque durissimus falsitatis. Cuncta quoque ipsius eloquia salutis augmentum, operaque salubria hortabantur: demulcebant auditorum precordia, & in eorum edificatorem multiplicem redundabant. Cumque ad incrementa catholicae fidei & liberationem celerem Terrae sanctae votis ardentibus anhelaret in ipsius Terrae sanctae subsidium, assumpsit denuo signum crucis, & denuo potenti & valido congregato nauigio, copiosa & strenua comitum suffultus, cum praefato Pictaviae comite suisque liberis, & clarae memoriae Reginae Navarrae ipsius Regis filia, quae in reditu debitum naturae persolvit, ad partes se transtulit transmarinas, praefato Carolo, qui tunc moram in Italiae partibus contrahebat, regis memorati vestigia subsequente: ac tandem ad partes Tunitij felici gressu perueniens, inibi de magnatum suorum consilio castra fixit, & aduersus Saracenorum incursus exercens potentiae suae vires grauissimas; ob labores innumeros, quibus premebatur assidue, infirmitates incurrit. Qui diebus elapsis aliquibus, infirmitatum ipsarum violentia superatus, sacramenta ecclesiastica cum summa deuotione recepit, ac instante sibi verisimiliter hora mortis, oratione pro exercitu Christiano praemissa, suam Domino deuotis precibus animam recommendans, ac literaliter exprimens verba sequentia, videlicet: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*; feliciter migravit ad Christum, supernis delicijs fruiturus.

Verum cum vitae huiusmodi sanctus curriculo verius viueret, quam vixisset, noluit Altissimi Filius, quem idem tota mentis affectione dilexerat, tam deuoti principis tantique propugnatoris fidei orthodoxae mundo supprimi sanctitatem; ut quemadmodum meritorum pluralitate praefulerat, sic miraculorum diuersitate claresceret; & qui eum plenissima deuotione coluerat, iam secum in caelesti palatio collocatus venerabiliter coleretur. Nam contractis artuum extensione subuenit: curuis, terram fere tangentibus facie, plene restituit, eorum sarsum erectis vultibus, sanitatem: strumosis beneficium liberationis impendit. Mulierem quaedam cuius brachium aridum & omnino impotens existerat, ab infirmitate huiusmodi liberavit. Quidam quoque, cuius velut mortuum pendebat brachium, per eiusdem sancti virtutem gratiam curationis obtinuit; quampluribus paralytico morbo percussis, & alijs, qui diuersis languoribus tenebantur, plena reddita sospitate, caecisque visu, surdis auditu, claudis gressu, illius inuocato nomine, restituti. His & quampluribus alijs sanctus ipse coruscavit miraculis gloriosis, quorum seriem praesentibus non duximus inferendam.

66 Gaudeat itaque domus inclita Franciae, quae talem ac tantum principem genuit, per cuius merita sublimiter illustratur. Latetur deuotissimus Franciae populus, quod tam electum, tam virtuosum dominum meruit obtinere. Exultent praetorum & cleri praecordia, quod praefatum regnum tam claris miraculorum ipsius Regis insignijs propensius decoratur. Iuculentur & procerum, magnatum, nobilium, & militum peccora, quod per sanctissima opera dicti Regis eiusdem regni status donis multiplici praerogatiua sustollitur, & quasi solis radius elucescit. Ceterum, quia quos superni Regis clementia corona gloriae in caelo magnificat, fidelibus in hac terrestri patria conuenit venerari; nos de sanctitate vitae ac miraculorum veritate ipsius beatissimi

Ludonici curiosa ac solemnis inquisitionis diligentia, & districti examinis discussione praemisissis, plenaria certitudinem obtinentes, ipsum de communi fratrum nostrorum, & praetorum omnium, tunc apud sedem Apostolicam existentium, consilio & assensu die dominico 11. id. augusti sanctorum catalogo duximus ascribendum. Ideoque vniuersitatem vestram monemus & hortamur attente, per apostolica scripta mandantes, quatenus in crastinum B. Bartholomaei Apostoli, cum felix ipsius anima, tunc de carnis eruta vinculis, astra petens, caelestem aulam adiuerit, aeternis gaudijs potitura; festum ipsius sancti deuote & solemniter venerari colereque studeatis, ut eius interuentibus precibus, & hic ab imminentibus positis liberari periculis, & in futuro salutis perpetuae primum obtinere.

Ut autem ad venerabile sepulchrum ipsius feruentius & copiosius fidelium confluat multitudo, ac celeberrime eiusdem solemnitas peragatur; omnibus vere poenitentibus & confessis, qui reuerenter illuc in eodem festo annuatim accesserint, eius suffragia petitur, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, vnum annum & quadraginta dies; accedentibus vero annis singulis ad praedictum sepulchrum, infra eiusdem festi octauas quadraginta dies de iniunctis eis poenitentibus misericorditer relaxamus. *Dat. apud Vrbeni ueterem 11. id. augusti pontificatus nostri anno 111.* ]

67 Edidit aliam eiusdem sancti panegyricam orationem Bonifacius 3, qua illum pluribus argumentis omni laudum genere maximum probauit. Proximo vero anno, cum Philippus S. Ludouici nepos sacras eius reliquias in regie Parisiensis sacellum transferre medicaretur, Pontifex illius piam voluntatem secutus, abbati & monachis S. Dionysij Benedictini instituti dedit imperia, ut Philippo aui sanctissimi corpus traderent; brachium tamen sibi, aut tibiam referarent.

68 Demigravit in caelum hoc anno e eiusdem Regis sanctissimi ex fratre Carolo Rege Siciliae pronepos S. Ludouicus Tolosanus episcopus postea caelestium catalogo a Ioanne XXII. adscriptus a. Huius viri sancti mentionem edidere Nouatores e, atque in sanctorum numerum relatum a Nicolao IV. inepte collocant: sed errorem hunc grauiori longe scelere cumulant, dum huiusmodi Ecclesiae sacras ceremonias blasphemis vocibus oppugnant, atque in odium & contemptum adducere nituntur. At blasphemis hisce missis, de pijs illius vitae studijs quamuis antea plura dicta sint, ac sanctissima morte Iordanum audiamus f: *Hic, inquit, admodum puer in aula paterna & regia, atatem moribus transcendens, socii voluptati animum dedit: & cum fratres & socij puerilibus iocis intenderent, ille semotus & orationibus, vel sacris meditationibus intendebat; nilque puerile agebat in opere. Cum vero ad annum xiv. peruensset, pro patre in Cathalonia obses fuit. Exinde semper asiterunt ei viri religiosi de ordine Minorum, a quibus bonae indolis adolescens sumpsit legem vitae & disciplinae. Iamque puer, sortitus animam bonam, magno animo suas suorumque portauit iniurias & multa humilitate sibi ac fratribus acceptata opprobria tolerauit. Factus annorum sedecim cepit esse mundi sui que contemptor: speculabatur, ut amplius mundus sibi uideretur, frequenter imagines & formas hominum mortuorum.*

Quantum porro animarum zelum S. Francisci instituta amplexus, & Tolosano episcopatu dona-

Mire eius dotes.

Secunda ipse in Africam expeditio.

Pia mors.

Vt miraculis inclaruerit.



donatus explicuerit, ex Surio accipiamus: *Di-  
uersas, inquit a, Italia & Gallia perambulans re-  
giones, & ubique verbum Dei predicans, venit  
Lutetiam Parisiorum, atque inde proficiscens, supe-  
ratis Pyrenais montibus, Hispaniam adit: peragra-  
taque Cathalonia, reuersus est in Prouinciam. Ad  
eius conciones audiendas tanta auiditate accurre-  
bant homines, ut propter turbas sese inuicem com-  
primentes, quidam in mortis discrimen adducerentur.  
Cum apostolico fungeretur munere, ac  
breui temporis spatio longas aetates compleisset,  
visum est Numini diuino illum ad immortalitatem  
euocare. Quae vero sanctitatis exempla dederit in  
extremo vitae actu, describit subiectis verbis Ior-  
danus b: Tandem arduis argentibus negotijs, ad co-  
mitatum transit Prouincia. Cum ad villam qua  
Brignola dicitur peruenisset, grati, de qua decessit,  
infirmatate grauatus, puram suo more confessionem  
praemisit, patientissime infirmitatem sustinens. Ora-  
tioni continue deditus requirebat sapius crucem  
Christi, missasque in camera audire volebat. Po-  
stremo, putantibus medicis abesse periculum, ipse au-  
tem extremum sibi imminere agonem, & orationem  
illam: Domine Deus omnipotens, qui ad principium  
huius diei, &c. saepius replicabat; & conuersus ad  
quendam fratrem ait: Vos non creditis, quod mori  
debeam, & tamen statim videbitis. Et ex tunc  
amplius locutus non est: sed tam dulciter & quiete  
emisit spiritum, quod vix hora aduerti potuit, qua  
expirauit. Et factus est post mortem pulchrior,  
quam ante infirmitatem fuerat, & astantibus dor-  
miens non mortuus videbatur. Sanctissimum autem  
corpus eius, iuxta quod decreuerat, Massiliam de-  
portatum est. Ibi cum agerentur exequiae, in capite  
chori cum habitu & mantello pulchra & laeta facie  
visus est a senescalco Prouincia milite veridico &  
celebri, & domino R. de Bauso vicario Massiliae. Et  
dicto: Requiescat in pace; inde quidem disparuit,  
sed angelicis sociatus est chorus. Post felicem vero  
transitum capit continuo multis fulgere miraculis:  
inter caetera autem xv. mortui rediere ad vitam.*

Fulsiſſe pariter ingentibus miraculis scribit  
Surius, eiusque mortis tempus ita consignat: c  
Anno salutis MCCXCVII. XIV. kal. septembris felici-  
titer migravit ad Dominum. Corpus eius Massilia  
humatum est in ecclesia fratrum Minorum, ubi mi-  
rificante Domino sanctum suum, caecis, surdis, claudis,  
mutis, paralyticis, hydropticis, caterisque morbidis  
praestantur remedia ab eo, qui solus facit mirabilia.  
Viuens & regnans per infinita secula. Amen. Prae-  
termittere non possumus insignem castimoniam  
exemplum, quod de eo S. Antoninus ex Aluaro  
refert d: Corde, inquit, & corpore purissimus de  
sua iustitia & continentia non confidebat, sed cautus  
ad custodiam castitatis ita erat, ut friuola mulierum  
colloquia, etiam de sua parentela, refugeret. Vnde  
refert frater Aluarius magnus doctor eiusdem ordi-  
nis in libro de planctu Ecclesia, quod cum ipse S. Lu-  
douicus, de longinquo Neapolim veniens, Regina  
matri suae, qua ibi moram traherat, reuerentiam  
exhiberet; illa, viso eo, gaudio magno gausa am-  
plexata est eum, & more Gallico ipsum voluit oscu-  
lari: sed pudicus iuuenis faciem suam, ne eum oscu-  
laretur, auertit. Ad quem mater: Numquid ego  
non sum, fili charissime, mater tua, qua te licite  
possum osculari? At ille virgo: Scio, ait, domina mea  
Regina, quod mater mea estis, & mulier, quam ser-  
uo Dei non expedit osculari. Tradit Iordanus e,  
ut Clemente V. Pontifice maximo Ebredunensis,  
Arelatenſis, & Aquensis archiepiscopi, eorumque  
suffraganei viri sancti miracula ipsi exposuerint,

flagitarintque; ut sanctorum cultum illi decerneret:  
sed re ob consilij maturitatem adhibitam extracta,  
demum relatum ad Ioannem XXII. atque ab illo  
sanctorum numero adscriptum fuisse, nos suo  
loco dicemus. Nunc ad Margaritam Cortonen-  
sem, qua adeo antea vitae luxit crimina, ut plu-  
rium sanctarum virginum merita ipsam aequasse,  
incorruptae illius reliquiae ac miracula testentur,  
orationem conuertimus.

69 Traductam a ex impura vita ad meliorem  
frugem insigni diuinae misericordiae prodigio, ac  
tristi amatoris sui cadaueris putridi aspectu, narrat  
Ferarius his verbis: *Margarita, Lauiani agri  
Perusini pago nata, carnis illecebris dedita, nobili  
cuidam, illi seruiens, adhaesit. Cum is, domo secedens,  
catellam secum duxisset; illa sola domum post aliquot  
dies rediens, ac gemens Margaritam veste apprehen-  
sa extra domum pertrahere conabatur. Qua admi-  
rans catellam sequitur, donec ad quandam lignorum  
congeriem veniens, catella subsistit, ligna respiciens  
& attingens, quasi dominam, ut ea amoueret, mo-  
nens. Margarita itaque cum aliquot ligna amouisset,  
dominum suum mortuum, iamque vermibus  
scatentem videt. Quo spectaculo adeo commota est,  
ut antea vitae poenitens domum paternam repetierit:  
sed a patre, nouerca persuasionem, domo eiecta, ad  
orationem, qua se Deo commendabat, confugiens,  
interius ut Cortonam ad fratres Minores se confe-  
rat, admonetur. Eo profecta, vitam aggreditur  
valde asperam assiduis vigilijs, ieiunijs, orationi-  
bus, ciuicio induta; humi cubans, & lacrymas sa-  
pissime profundens. Cum aliquandiu ita degens verae  
poenitentiae signa non dubia dedisset, a fratribus Mi-  
noribus habitum, quem Tertianorum vocant, diu ex-  
petitum obtinuit. Cumque in eorundem ecclesia ante  
Crucifixi imaginem feruentius oraret, dominum  
Iesum Christum illam: Quid vis miserum allocutum,  
eaque: Nil aliud praeter te Domine respondisse ferunt.*

Solitudinis amans, flere, orare, ieiunare, medi-  
tari, qua ad corporalem consolationem faceret, fugere,  
delicias suas esse putabat. Et infra; *Cum terminus  
vitae, qui ei a Christo Domino praenuntiatus fuerat,  
instaret, anno Domini MCCXCVII. hoc est vigesimo  
ab eius conuersione, VIII. kal. martij felicissime ad  
quem dilexit euolauit. Corpus eius in ecclesia Mino-  
rum integrum adhuc asseruatur. Multis autem  
post mortem miraculis claruit: mortuos enim inter  
alia decem ad vitam reuocasse, visum caecis sex, lo-  
quelam tribus reddidisse, contractos quinque, da-  
maniacos quatuor curasse fertur. His addit Vva-  
dinghus insignia illa miracula, partim coram  
Neapoleone Vrſino Cardinale sancti Adriani A.S.  
L. in Italia Clemente V. Pontifice, partim coram  
alijs grauissimis viris descripta & probata fuisse,  
ac Leonem X. Cortonenſibus permisisse, ut festum  
illius diem agitent, & reliquias venerarentur;  
ac demum Vrbanum VIII. Margaritam catalogo  
beatarum mulierum apposuisse.*

70 Claudimus hunc annum sacris indulgentijs  
stationum Vrſis, a Bonifacio confirmatis, de quibus  
haec tradit Card. Baronius c: *Bonifacius stationes  
Vrſis confirmavit, addiditque singulis diebus  
dies centum indulgentiae, ut habetur libro praeile-  
giorum Romanae ecclesiae. Sed ad haec illustranda  
pontificium diploma d affirmamus.*

*Bonifacius &c. ad perpetuam rei memo-  
riam.*

Frequenti considerationis indagine perlu-  
stramus, & infra, claustra pectoris sollicita me-  
ditatione discutimus, qualiter doctor optimus,  
Ecclesia sanctae lumen B. Gregorius, dum adhuc  
in

Decreti il-  
li sancto-  
rum ho-  
nores.

a Ferarius  
catal. san-  
ctor. Italia  
die 22. feb.  
& ex eo  
alijſq.  
Vvad. in  
ann. Mm-  
nor. to. 2.  
hoc ann. n.  
22. &c.  
Margarita  
Cortonen-  
ſis diuini-  
tus ad me-  
liorem vi-  
tam reuo-  
cata.

Præteritas  
delicias  
volunta-  
rijs crucia-  
tibus ex-  
piat.

Insignis  
illius vox.  
Eiusdem  
pia mors.  
Clar et mi-  
raculis.  
b Vvad.  
in anal.  
Min. 38.  
In beata-  
rum for-  
minarum  
albo de-  
ſcribitur.  
c Baronius  
nois M.S.  
d Ext. in  
archiuo  
arcis S.  
Ang. & lib.  
ſimil. Rō.  
eccl. M.S.  
Vat. to. 8.  
pag. 6. In-  
ter collect.  
Platin. M.  
S. Vat. to. 1  
pag. 24. &  
pag. 233.  
& apud  
Parua in  
ſin.  
Stationes  
Vrſis ſa-  
cri-indul-  
gentijs au-  
ctae Bo-  
nific.



in terris gereret vices Christi, patriarchalibus & quampluribus alijs eiusdem Urbis ecclesijs primo, prout tradit antiquitas, & alij postmodum Romani Pontifices prædecessores nostri ad honorem Dei & salutem animarum fidelium, quorum ad Urbem ipsam de vniuersis fere orbis prouincijs innumera consuit multitudo, de Apostolica sedis liberalitate munifica diuersorum tenorum stationarias indulgentias concesserunt. Nos igitur prædecessorum ipsorum vestigijs piæ sollicitudinis studio inhaerentes, & crebrius reuoluentes in intimis, quod in eadem Vrbe, non sine supernæ dispositionis arbitrio, gloriosorum Principum orbis terræ, ac aliorum innumerabilia sanctorum veneranda corpora requiescant; & propterea non indigne volentes ob Diuinam, & Principum ac sanctorum reuerentiam prædictorum ecclesias ipsas, nec non & eandem Urbem, vtpote ipsius Romanæ ecclesiæ filiam specialem, & ad eius beneplacita exequenda dispositam, quam infra sacrarium peccatoris gerimus prædilectam, honoribus condignis attollere, vberibus prosequi gratijs, & præcipuis fauoribus confouere, ac animarum fidelium prouidere profectibus eorundem; vniuersas stationarias indulgentias supradictas eisdem ecclesijs, sub quacumque forma continentia, siue modo eis a prædecessoribus ipsis concessas, auctoritate apostolica & ex certa scientia confirmamus, easque obtinere volumus perpetui roboris firmitatem.

Et vt paternæ dilectionis affectum, quem ad Urbem gerimus prælibatam, per effectum operis euidentius ostendamus; ac ipsam, & easdem ecclesias honoris & gratiæ potioris impendio prosequamur, & saluti prouideamus vberius fidelium prædictorum; nos de omnipotentis Dei misericordia, & eorundem principum beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad prædictas ecclesias die cinerum vsque ad festum Resurrectionis dominicæ inclusiue, ex tunc proxime secuturum, venerabiliter visitauerint annuarium, vnum annum & quadraginta dies; ac illis etiam, qui in statu huiusmodi existentes ad recipiendum benedictionis munus per summum Pontificem, qui pro tempore fuerit, a prædicto die cinerum vsque ad festum ipsius similiter inclusiue super peregrinos, prout moris esse dignoscitur, faciendæ deuote accesserint, seu alias illi contigerit interesse, præter alias indulgentias consuetas centum dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus. Nulli ergo &c. *Dat. Laterani VIII. id. aprilis pontificatus nostri anno III. ]*

## IESV CHRISTI

annus 1298.

BONIF. VIII. PP. ADOLPHI ROM. REG. 7.  
annus 4. ANDRONICI IMP. ORIEN. 15.

**E**Xoritur annus salutis nostræ nonagesimus octauus supra mille simum ducentessimum, indictione vndecima, quo Bonifacius Papa studia sua, vt cœperat, ad exitiale bellum inter Anglorum, Romanorum, & Francorum Reges extinguendum defixit. Fuit pontificijs consilij, Reges mutuis bellis fatigatos fuisse: Angli quidem, diris ab Eduardo attriti vectigalibus, dum is aberat, ad libertatis consilia spectarunt; ordinumque cœtu habitq, antequam res in bellum erumperet,

constituerunt, ne Angli Reges noua in posterum vectigalia sine ordinum assensu non imperarent, vt Polydorus Virgilius a narrat: *Robertus Cantuariensis, & infra, omnium ordinum homines ad concilium per Eduardum Regis filium conuocandos Londinum, & in eo de summa rei agendum curat. Itaque, inuito consilio, comites data publica fide interfusi præsentis animo, erant ij Humfredus & Ricardus, populi nomine postulantes, vt veteres leges ad pristinum vsu reuocentur: item ne Regi tributum vllum populo Anglico in posterum tempus indicere liceat, id quod Reges antea suo arbitratu sepe fecerant, nisi ex concilij auctoritate.* Et infra: *Tam Eduardus princeps, qui aderat per iusiurandum, quam eius pater per literas approbatit. Ceterum de restituendis legibus causa facile perijt. At de tributo indicendo tam altas egit radices, vt etiam nunc inuiolata maneat.* Et infra: *Fuit is annus, quo hæc gesta sunt, cum regnare cepit Eduardus XXI. & humana salutis MCCXCVIII. Nec minus ingemiscabant Galli, vt vidimus, sub tributorum, quæ Philippus inflixerat, grauitate; pluresque a Gallo principes descuerant, vertendaque erant potius ad sua tuenda quam rapienda aliena Regum consilia. Post multa iraque hinc inde agitata, in id tandem principes conuenerunt b, vt Pontificem totius controuersie arbitrum eligerent.*

Ingentes tamen difficultates hisce concordia auspicijs se obiecerunt: Flandriæ quippe & Barri comites, tum Burgundiæ proceres eo bello impliciti, cum Eduardo dato mutuo sacramento conuenerant, numquam sine fœderatis pacem cum Gallo inituros; atque ob id Guillelmo Dublinensi, & Ioanne Vintoniensi episcopis, tum Amedeo Sabaudia, Ottone e Grandisone, & Hugone e Ver prænobilibus viris præsentem Pontifice dicentibus cum Francorum Rege sine Belgis, Barrensis, ac Burgundiæ pacem a se contrahi non posse; ea concordia ratio inuenta est, vt Robertus & Philippus, Flandrensis comitis filij, Henricus Barrensis, & Gualterus de Monte Falconis, nomine procerum Burgundiæ ijs omnibus consentirent, quæ Anglorum Regis oratores cum Francorum Rege statuisent, vtque huiusce rei fides publica constaret, de ea re Bonifacius diploma edidit c.

Obstabat etiam Adolphum Eduardumq; inter contracti fœderis leges eâ addidisse, neutrum siue altero pariter vniquam pacem admitturum; atque adeo Anglorum Regis oratoribus significatis, nondum pacis ineundæ integram potestatem sibi factam, cum Adolphi Augusti oratores absentes, Bonifacius ita eam difficultatem fregit. Decreuit eam rem obstaculo esse non debere, cum præfideret, Adolphum pontificiæ sententiæ non repugnaturum; vni que sacramenti rescidit, vt siue ipso compromissum ederent. Nec Angli, quorum causa ab Adolpho etiam post acceptas pecunias abiecta fuerat, dissensere; atque ita in Bonifacium non ratione pontificiæ dignitatis, sed notæ probitatis; neque vt in iudicem, sed vt per amantem pacis conciliatorem compromiserunt, vt e publicis hisce tabulis d constat.

*In nomine Domini Amen. Anno Domini MCCXCVIII. indictione XI. pontificatus domini Bonifacij Pape VIII. anno IV. die XXVII. mensis Iunij, sanctissimus pater & dominus, dominus Bonifacius diuina prouidentia Papa VIII. arbitrium, laudum, diffinitionem, arbitralem sententiam, amicabilem compositionem, mandatum, ordinationem, & alia infra scripta recitauit, legi fecit, dedit, & protulit in hunc modum: Dudum inter charissimos filios nostros*

Veteres  
præroga-  
tiue con-  
firmate.

Lustrati,  
edito a  
Pœnif. cru-  
cis signo,  
indulgen-  
tijs deco-  
rari.

Angli ob  
belli ve-  
ctigalibus  
fati.

Ferunt  
gemina  
tributa  
consilio  
ordinari  
imposui-  
tur.

Gallo  
per oppo-  
si.

Lib. 4.  
415.

Gallia  
ceres  
a Philo-  
defecto  
quæ  
recom-  
ti.

e. 416.  
Adolphi  
Regis  
nulla  
bita

Quæ  
ma in  
Bonifacij  
Francor-  
& Angl-  
Regibus  
compro-  
missum  
d. Extrat  
apud Bo-  
nif. ibid.  
pag. 107.  
ep. 43.



Philippum Francorum ex parte una, & Eduardum Anglia Reges illustres ex altera, suggerente inimico humani generis pacis amalo, super diversis articulis materia discordiæ ac diffensionis exorta; tandem ydem Reges per speciales nuntios & procuratores ipsorum, ad hoc ab eis mandatum habentes, in nos Bonifacium, diuina providentia Papam VII. tanquam in priuatam personam, & dominum Benedictum Gaytanum tanquam in arbitrum & arbitratores, laudatorem, diffinitorem, arbitralem sententiatorem, amicabilem compositorem, præceptorem, arbitratores, & dispositorem, & procuratorem super reformanda pace & concordia inter ipsos Reges; ac super ijs, quæ ad pacem pertinent, & super omnibus, & singulis discordijs, guerris, litibus, controuersijs, causis, questionibus, damnis & iniurijs, petitionibus & actionibus, realibus & personalibus atque mixtis, quæ fuerant, & erant seu vertebantur, & esse vel verti possent inter ipsos Reges occasione quacumque; de alto & basso absolute & libere compromittere curauerunt. Nonnullis interiectis, concepta hisce verbis latæ de redintegrando fœdere sententiæ forma subiicitur.

3 Pronuntiamus hac vice, ut inter eosdem Reges fiat & sit perpetua & stabilis pax; & quod treuga vel sufferentiæ voluntarie dudum indicta, inita, ac firmata inter eos, eo modo & forma, ac omnibus, & illis personis & terris, & sub illis pæcis, conditionibus, & temporibus sub quibus indicta, inita, ac firmata fuerint, inuolabiliter obseruentur. Ad huiusmodi autem pacem confirmandam, roborandam, atque seruandam infra tempus, & quod duxerimus moderandum, præfatus Rex Angliæ Margaretam sororem prædicti Regis Franciæ recipere ac ducere cum dotalitio quindecim millium librarum Turonensium, assignando per ipsum Regem Angliæ in locis competentibus, de quibus inter partes fuerit concordatum, vel (ubi partes ipsæ non concordarent) per nos arbitratum fuerit, in uxorem; & idem Rex Franciæ eandem sororem suam eidem Regi Angliæ in uxorem dare, & tradere cum dispensatione sedis Apollinice teneantur: quodque Isabellis filia prælibati Regis Franciæ, quæ infra annum septennem dicitur constituta, suo tempore Eduardo prædicti Regis Angliæ filio, qui iam XIII. ætatis suæ annum exegit, cum simili dispensatione matrimonialiter cum dotalitio decem octo millium librarum Turonensium, similiter assignando per eundem Regem Angliæ pro dicto filio suo in competentibus locis, de quibus concordauerint ipsæ partes; de quibus nos duxerimus arbitrandum, si super hoc inter eos non proueniet concordia; copulentur, idque firmetur atque ualletur ex nunc modis inferius annotatis. iij. que descriptis subdit.

4 Item dicimus, laudamus, arbitramur, seu etiam diffinimus, quod de omnibus bonis mobilibus vel se mouentibus, ablatiis vel alias male subtraçtis, & de omnibus damnis datis hinc inde ante tempus motæ vel ortæ guerræ præsentis; primo de omnibus, quæ extant & consumpta non sunt, præsertim in terra, quod Rex Angliæ omnia, quæ de prædictis extant & consumpta non sunt, præsertim de nauibus, & alijs quibuscumque bonis per Anglicos, & Vascones, & eorum complices ante guerram occupatis in mari vel in terra, quod Rex Angliæ omnia, quæ de prædictis extant bona fide sine lite & absque figura iudicij, omni fraude cessante, ad requisitionem Regis Franciæ vel nuntij sui statim faciat ad plenum restitui: & Rex Franciæ similiter, si qua talia ante dictam guerram capta vel ablata apud ipsum, vel in sua potestate extantia reperta fuerint, similiter ad plenum restitui faciat, a præfato Rege Angliæ uel eius nuntio re-

quisitus. De ablatiis uero non extantibus, sed deperditis, & consumptis; laudamus, arbitramur, seu etiam diffinimus, quod Rex Angliæ ad requisitionem Regis Franciæ uel nuntij eius satisfieri faciat; & ad hoc faciendum etiam teneatur sine lite ac figura iudicij, bona fide, & omni fraude cessante: & Rex Franciæ similiter, si qua per gentes suas ablata, deperdita, seu consumpta inuenta fuerint, ad requisitionem Regis Angliæ uel nuntij sui faciat satisfieri, taxatione nobis circa prædictorum æstimationem contra utramque partem, ubi per concordiam partium negotium super prædictis sopitum non esset, plenarie reseruata.

5 Item dicimus, laudamus, arbitramur, seu etiam diffinimus, quod idem Rex Angliæ de omnibus terris, uassallis, & bonis, quæ ipse nunc habet, & tenet in regno Franciæ, seu tenebat ante motam guerram præsentem, habeat illam quantitatem & illam partem terrarum, uassallorum, & bonorum eorundem, quam sibi ex uirtute compromissorum prædictorum laudauerimus, & mandauerimus assignari, uel inter Reges ipsos fuerit concordatum; & sub illis fidelitate, homagio, modis, & conditionibus habeat, sub quibus ipse ac pater suus habuisse hætenus, & tenuisse noscuntur, modis, & temperamentis per nos adhibendis in abusu, si quis ex parte gentis Regis Franciæ hætenus commissus inuentus fuerit in exercitio resorti: modis etiam & temperamentis, per nos adhibendis in abusu partis alterius, si quis uidelicet ex parte Regis Angliæ uel suorum hætenus commissus contra ius resorti fuerit inuentus, ne talia in posterum committantur; conditionibus etiam, modis, & securitatibus per nos imponendis & adhibendis in terris, uassallis, bonis, & alijs, quæ per nostram pronuntiationem, seu concordiam partium præfatus Rex Angliæ habebiturus est de prædictis, ne a modo idem Rex Angliæ uel successores eius contra Regem Franciæ uel successores ipsius ualeant rebellare.

6 Dicimus etiam, laudamus, & arbitramur, seu etiam diffinimus, quod ex nunc omnis terra, uassalli, & bona prædicta, & alia tam quæ tenet Rex Franciæ de ijs, quæ tenebat Rex Angliæ ante guerram præsentem; quam quæ tenet Rex Angliæ in regno Franciæ, bona fide, ac sine omni fraude, absolute ac libere in manibus & posse nostris ponantur, & assignentur, tenenda a nobis nomine Regis Franciæ, quæ ex parte sua, & nomine Regis Angliæ, quæ ex parte eiusdem nobis fuerint assignata; ita tamen: quod per hoc in possessione uel proprietate nil noui iuris accrescat alterutri partium, uel antiqui decreascit: super quorum assignatione, si qua fuerit exorta dubitatio uel ambiguitas inter partes, illam nostræ declarationi & arbitrio reseruamus. Quod si forsandicti Reges de ipsis terris, & bonis ad inuicem concordauerint, volumus, laudamus, & arbitramur, ex nunc id, in quo concordauerint, perpetuo & inuolabiliter obseruari: alioquin nos ex compromissis prædicti uirtute apponemus ad id illud remedium, quod Dominus ministrabit, & ex tradita nobis potestate licebit. Si uero casu aliquo contingente hoc facere non possemus, volumus, dicimus, & arbitramur, quod utrique parti pristina iura sua salua remaneant & illæsa, &c. Acta, lata, & pronuntiatæ fuerunt arbitrium, laudum, arbitralis sententia, mandatum, diffinitio, ordinatio, dispositio, & omnia supra prædicta per eundem dominum Papam, ut superius enarrantur, anno, indictione, mense, ac die prædictis, Romæ apud S. Petrum in palatio papali, in consistorio publico, factio in sala maiori, præsentem ibi gentium multitudinem copiosa; & præsentibus reuerendis patribus dominis, Dei gratia, Gerardo Sabinensi, fratre Mattheo Fortuensi & S. Ruffina, & Ioanne Tuscu-

Aquitania Anglorèdenda.

Afferendū Regis Gall. su. premū in eam imperium.

Parta utrinque bello pōtificiæ fidei committenda.

Ni Reges inter se cōtrouerfa conciliarint, dirimenda a Pont.

Qui Cardinales affiderent Bonifacio.



sculano episcopis; Ioanne tit. S. S. Marcellini & Petri, Nicolao tit. S. Laurentij in Damaso, fratre Iacobo tit. S. Clementis, Thoma tit. S. Ceciliae, ac Roberto tit. S. Potentiana presbyteris; Mattheo S. Mariae in porticu, Nepoleone S. Adriani, Guillelmo S. Nicolai in carcere Tulliano, Francisco S. Mariae in Cosmedin, Petro S. Mariae nouae, ac Iacobo S. Georgij ad velum aureum diaconibus S. R. E. Cardinalibus, &c.

a Ibid.

b Ep. 235.

c Ibid. ep. 236.

d Ib. ep. 237.

e Ap. n. u. t. r. o. u. e. r. s. a. r. u. m. a. r. c. i. u. c. u. s. t. o. d. i. a. s. u. s. c. i. p. i. t.

f V. v. e. s. t. m. Flor. hist. Promulgatae pacis leges.

Soluta ad Eduardum & Isabellam gratiam lex de grad. consanguinitatis.

g Tit. 4. ep. 415.

h Ibid. ep. 234.

Quae causa Romae ad id peruenit.

7 Transmisit pridie kal. iulij Bonifacius a sancitae se concordiae leges ad Philippum Francorum, & Eduardum Anglorum Reges, hortatusque est, vt eas religiose colerent: exegitque vt tum Philippus b terras, quas Anglorum Rex ante susceptum bellum obtinuerat in Aquitania, tum c Eduardus e quas in Gallijs bello iubeuisset, Arnaldo Tolosano d episcopo pontificio nomine custodiendas traderent, quo de his, vt visum ipsi esset, decerneret. Obsecutos Francorum & Anglorum Reges sententiae pontificiae ex Iordano & alijs, Gallijs & Anglis scriptoribus constat, dum Bonifacij auctoritate atque industria in mutuam pacem adductos consentiunt, e quibus Vvestmonasteriensis de firmato Romae promulgatoque in Anglia eo scedere hae historiae prodidit e.

Romae pax per dominum Papam Bonifacium inter Reges Galliae & Angliae confirmatur, qua non fuerat totaliter solidata. Et infra: Dominica secunda quadragesima citatis magnatibus regni apud Vvestmonasterium fecit Rex recitari formam pacis buliatam per Papam Bonifacium, tanquam arbitrum inter Regem Angliae & Franciae ordinatum, & alias bullas suam tangentes: cui assensum praeiuit plebs omnis & clerus. Cum vero ad firmandum foedus pronuntiaisset Bonifacius, Eduardum iuniorum, Anglica sceptri heredem, atque Isabellam Philippi Francorum Regis filiam matrimonio coniungendos, perficiendaque rei plura obstarent; Guidonem in primis Flandriae comitem Anglo iureiurando se obstrinxisse, ipsius filio maiorem natu filiam uxorem traditurum; pontificijs voluntatibus se accommodante Guidone, Bonifacius idem initas eas pactiones rescidit f: tum legem de consanguinitatis gradibus ad Eduardum & Isabellam gratiam soluit g, vt enata e praeteritis bellis mala sopiret. Quae quidem extitisse acerbissima, hoc Bonifacij testimonio liquet.

8 Sane guerrarum turbines, scandalorum procellas, turbationum impetus, & fremitus tempestatum, qua inter charissimos in Christo filios nostros Eduardum Angliae ex parte vna, & Philippum Francorum ex parte altera Reges illustres patres vestros, & utriusque regna & terras iam per non modici temporis spatium pacis amulus sathanae spiritus suscitauit; ex quibus animarum discrimina, personarum pericula, & damna rerum innumera, proh dolor! contigerunt; foret superfluum enarrare, cum haec per vniuersa terrarum spatia pateant, & per singulos orbis angulos innotescant. Et infra.

9 Nos ex praedictis rationabilibus causis moti, & factis nobis in hac parte supplicationibus inclinanti, ad praeterita mala sedanda, & obliuiscendam memoriam eorumdem; ac ad obuiandum periculis, quae possint contingere in futurum, & ad procuranda, & nutrienda verae pacis & dilectionis commoda hinc & inde vobiscum; vt impedimenta consanguinitatis huiusmodi non obstantem matrimonialiter inuicem legitime copulari, & licite remanere possitis, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensamus; prolem suscipiendam ex vobis ex huiusmodi matri-

monio ex nunc legitimam de apostolica potestatis plenitudine nuntiantes. Nulli ergo &c. Dat. Roma apud S. Petrum kal. iulij anno iv. At, vt incertum sunt rerum futurarum exitus, conciliatae eae nuptiae, vt arctissimum Gallos inter & Anglos foedus sanciretur, atrocissimis bellis facem praetulerunt, Eduardo III. matris Isabellae iure ad Gallicam coronam contra Valesiam stirpem annitente; de quibus in decimoquinto annalium tomo fuisse agimus. Interea Eduardo Philippoque Regibus affinitatum nexibus adstrictis, conuertit Bonifacius studia a, vt bellicos fragores, ab Adolpho in Philippum ad Eduardi gratiam concitatos, sopiret. Edicto itaque apostolico interdicto, ne Romanorum & Francorum Reges mutuo se bello lacefferent, alterue in alterius regni fines irrumperet.

Vniuersis praesentes literas inspecluris.

10 Quietem & pacem ex nostris prouenire studijs vbilibet affectantes, & cupientes pericula in hac parte potissime cautius cuitari, denuntiamus & dicimus, quod nostrae intentionis existit, vt charissimus in Christo filius noster Adolphus Rex Romanorum illustris, vltra fines & limites regni sui, se de iuribus, finibus, & limitibus charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Franciae illustris, ac regni eius; ipseque Rex Franciae extra fines & limites regni sui se de iuribus, finibus, & limitibus Imperij, seu praedicti Alemanniae Regis nullatenus intromittant: sed vterque ipsorum suis iuribus, finibus, & limitibus sit contentus; & si aliquid sit ab alterutra partium indebite attentatum, illud in statum debitum reuocetur, prout iustum & aequum fuerit, vel concordatum extiterit inter eos; aut modo vel modis, quo vel quibus pro quiete mundi, vel alias exigente iustitia, saluo honore cuiuslibet, fuerit ordinandum. Dat. Roma apud S. Petrum v. kal. iulij anno iv.]

11 Cessatum bello est b a Gallis ac Germanis; excitataeque in Germania nouae rerum conuersiones Adolphum non ad inuadendas Gallias, sed sua tuenda vires conuertere coegerunt. Qui enim ab Eduardo concitatus in Philippum fuerat, praepotentem aemulum Albertum ducem Austriae, plurimum principum fretum studijs, in se consurgere expauit. Cuius coniurationis seriem chronicon Colmariense his verbis describit: Quidam ex principibus electorum Regis, scilicet archiepiscopus Maguntinus, dux Saxoniae, & dux de Brandenburg, videntes quod Adolphus Rex Romanorum nollet regnum secundum eorum regere voluntatem, taliter sibi mutuo loquebantur: Adolphus Rex pauper est in rebus pariter & amicis: stultus est: regnum sub eo breuiter deficiet in diuitijs & honore. Tunc vnus eorum dixit: Neceffe est, eius solutio procuretur. Alter dixit: Mittamus duci Austriae defectus Regis, rogantes vt ad curiam, nempe pontificiam, literas nostras cum defectibus Regis secum deferat, eius absolutionem promoueat diligenter. Dicatur etiam duci, quod vt Rex noster efficiatur, omnes in eum pariter consentimus. Tertius dixit: Sanum hoc consilium subito compleatur. Principes hi duci Austriae voluntatem suam subito transmiserunt. Dux Austriae literis his ac nuntijs visis, gaudens est valde. Subdit auctor, comitem de Hegirloch ab Alberto Romam missum, ac literas arcanas ad electores retulisse: sed eas adulterinas, vt e sequentibus colligitur: Audiens haec Adolphus Rex, nuntios misit ad curiam, vt literas ducis Austriae, seu principum electorum Regis irritas facerent, aut deleterent. Cum nuntij Regis ad curiam peruenissent, &



Papa Regis negotia reuelassent, taliter respondit: Neque dux Austria, neque principes ad petitiones, quas porrexerunt a me literas poterant impetrare: si autem literas aliquas obtinuerunt, hoc per me non fecerunt: quia hoc die, me penitus ignorare, & verbis meis credatis: dicatisque secure Regi, ut veniat ad me, & ipsum in Caesarem consecrabo. Auditis his nuntij Regis ad propria redierunt. Confirmant Bonifacium principibus electoribus non assensisse, ut Adolphum regio folio deturbarent, litera apostolica, quibus Alberto a Bonifacio iudicium ob inuassum Imperium intentatum est a, quae inferius afferentur.

12 Parefacta porro Alberti conspiratione, Adolphus illum bello insectari constituit, cuius varios apparatus & congressus vbi laudatus auctor b retulit, subdit de prima Alberti electione: *Vigilia natiuitatis Ioannis Baptista, cycli lunaris VII. tres electores Regis Romanorum Maguntinus, Brandenburgensis, & Saxo Maguntiae conuenerunt, campanas compulsaerunt, populum conuocauerunt, quadam, quae fecerant, quadam facienda fideliter retulerunt. Ascenderunt igitur in ecclesiam, facies suas vertentes ad altare: manus suas eleuauerunt: per Deum viuentem iurauerunt, quod cum ante sex annos regnum Rege caruerit Romanorum, nos electores tres ex parte nostra & ex parte reliquorum electorum, qui in nos eligendi vota sua transtulerunt, iure ac canonice Adolphum de Nassouue, tunc non cognoscentes meliorem, in Regem elegimus Romanorum. Post electionem suam Adolphus Rex sapienter se tenuit, electoribus atque prudentibus acquieuit. Post breue tempus sapientum consilia spreuit, iuuenum consilij acquieuit, & regenda minime terminauit: diuitias per se non habuit, nec amicos, qui eum uellent fideliter iuuare. Electores uidentes hos defectus Regis, & plusquam uiginti alios, Papa significauerunt rogantes, quatenus ipsum nobis dare auctoritatem & alium confirmandi uellet. Id obtinuerant, ut a pluribus dicebatur; nuntij uero Adolphi Regis dixerunt, quod his Papa simpliciter contradixerit, quos uera affirmasse memorata Bonifacii litera demonstrant c. Pergit laudatus auctor chronici: *Auctoritate igitur nobis commissa, Adolphum Regem insufficientem inuenientes, absolui-mus eam a regiminis dignitate, & dominum Albertum ducem Austria in dominum & Regem eligimus Romanorum; & potestate nobis tradita similiter confirmamus. Et Te Deum laudamus solemniter cantauerunt. Cumque dux praesens non adesset, extra ciuitatem ad tabernacula perrexerunt: ibi pannum supra equum proiecerant, Regemque desuper sedere praecerant, & Te Deum laudamus cum magna latitia cantauerunt.**

13 Non dissentit ab his Australis historia, quae addit a Gerardo Maguntino archiepiscopo pronunciatam in Adolphum sententiam fuisse: *Tunc, inquit, archiepiscopus Maguntinensis Regem Adolphum per sententiam iustam & condignam, ita loquitur Alberti studiosus auctor, Maguntia factam, execrat & condemnat: & in uigilia B. Ioannis Baptista facta electione, Albertus dux Austria in Regem Romanorum est electus: ad quem tunc episcopi & alij multi nobiles confluunt, comites & potentes. Verum chronici Colmariensis auctor e tradit, Imperij vrbes non Alberto, sed Adolpho adhæsisse, atque adeo Adolphi exercitum florentem & validum fuisse, ut Alberti copias uiribus longe superaret: sed commisso praelio, cum Adolphus regis insignibus decorus sub vexillo imperiali inter primos incarrisset, Alberti exercitum in se unum*

vertisse: ita enim Austriacus praecerat, ut praelij moles in Regem incumberet, isque vnus omnium gladijs & telis pereretur; eo prostrato partam uictoriam fore: at uero Albertum insignia mutasse ne dignosceretur: quae cum alteri commisisset, illum ab hostibus in actu certaminis trucidatum a. De quo praelio haec inter alios scribit Hocsemius b: *Anno domini MCCXCVIII. Adolphus Romanorum Rex contra ducem Austriae Albertum, Rodulphi Regis filium & monoculum, secunda die mensis iulij cum multis nobilibus cecidit interemptus. Sepulturae traditus est c in cenobio Rosenthal; eiusque filius, qui patrem in discrimine deserere detrectarat d, ab hoste captus e. His consentanea de Adolpho interfecto tradunt Iordanus, Australis historia, uita Bonifacii auctor f, Ptolemaeus Lucensis g in historia ecclesiastica, Martinus Polonus, Bernardus, Siffridus, Stero, Westmonasteriensis, Eberhardus, chronicon Colmariense alijque plures.*

14 Caeso Adolpho, Albertus, ut folium firmaret, cum se legibus Regem non creatum nosset, principes ut ipsum in comitijs Francofurtensibus Romanorum Regem renuntiarent, adduxit, de quo Australis historia h: *Albertus electus, resignata electione per triduum, apud Frankesfurt in uigilia B. Laurentij ab omnibus electoribus in Romanorum Regem secundo est electus: qui subito Aquisgrani gloriose coronatur. Secundam hanc electionem dan nauit aliquot post annis Apostolica sedes i, ut uisurifumus, cum in quu uideretur, ut eliens Regis sui sanguine delibutus cruentam illius coronam corripere. Qua de re haec Ptolemaeus Lucensis l; *Albertus praedictus dux Austriae, filius quondam praefati Rodulphi Regis, fuit electus in Regem Aemaniae ab electoribus, congregatis Aquisgrani, anno Domini MCCXCVIII. misitque solemnes nuncios ad Bonifacium Papam VIII. pro confirmatione electionis sua: quam idem Bonifacius Papa primo multis iuris et facti rationibus allegatis repulit prima uice, & asseruit nullam esse. Nunc reliqua Alberti post Imperium occupatum gesta adiungamus.**

15 Acceptis Aquisgrani regis insignibus, Nurembergenses conuentus celebrasse refert Australis historia m, atque in ijs vxorem corona Germanica cinxisse: *Dolina Elizabeth in sequenti proximo festo B. Martini, apud Nuremberg multis principibus conuenientibus, in Romanorum Reginam gloriose coronatur: ubi Romanorum Rex Albertus filij sui Rodulpho, Friderico, & Leopoldo terras, quas ante possederat, Austriam, Stiriam, Carniolam, Marchiam, & Portum Naonis contulit, & principes fecit. Addit uero his chronicon Colmariense n: *Regina more debito coronatur, & pene omnes electores praesentes extiterunt. Ibi dignitas cuiuslibet domini coram Rege solemniter recitatur, & quilibet dominorum Regi in officio suo, sicut debuit, ministravit: Rex uero Boemus cum pretiosissima ueste & equo, qui ad mille marchas aestimabatur, sedens in scypho aureo sibi porrexit. Audiens Rex Albertus, quod pater suus Rodulphus Rex in die anniversaria sua, ut eius haberetur memoria, minime contulisset, nempe clero Nurembergensi, contulit eis quinquaginta librarum reditus, ut in altari, quod in ecclesia eorum construxerat, quodidie missam dicerent, aut cantarent.**

16 Euecto itaque ad regnum Alberto, pacata Germania est, ac sublata quam Adolphus mouerat Imperij cum regno Gallorum controuersia. Tum etiam Anglis Gallisque in mutua federa coeuntibus, spes nonnullis arrisit, Christiano-

Adolphus in praelio occubuit. a Io. Vill. l. 8. c. 22. Anton. 3. p. 11. 20. c. 8. § 10. Mar. Pol. l. 4. Bern. chr. Rom. Pon. Pral. Luc. in anal. Siff. ep. l. 2. Stero inter. auct. Germ. Vestm. Flor. hist. Eberh. apud Can. antiq. l. 2. 10. p. 334 & praeter alios. Nouatorum cent. 13. c. 16. col. 1352. b Hocsem. l. 1. de epit. Leodieu. c. 22. in Hugone Cabé l. 1. c. 1. Hist. Austral. d Chron. Colmar. e Chron. Austral. f Ext. in M. S. Vall. sign. l. 1. c. n. 25. & v. 79. g Ptol. Luc. hist. eccl. M. S. l. 24. c. 37. Albertus post Adolphi necesse iteru electus Rex Rom a principibus. h H. Flor. Austral. hoc ann. i Bonif. l. 7. ep. cur. 5. l Ptol. Luc. hist. eccl. M. S. l. 24. c. 37. Aquisgrani corona redimitur m Chron. Austral. hoc ann. n Chron. Colmar. Insignes conuetus celebrat a Sublatu a extincto Adolpho, morum a cum Gal. lis de lina tubus Imperij bellu







in fide, quam prædicta sancta Romana prædicat, docet, & tenet ecclesia, per te & alios informare; vt purgato omni vetustatis errore, in fide ipsa sint stabiles, & in opere efficaces ad animarum suarum salutem, gloriam & honorem Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum. *Dat. Reate VII. kal. nouembris anno IV.*]

19 Nec ad Bonifacium modo, sed ad Francorum quoque & Anglorum Reges suos legauit oratores Armenus, vt ipsos ad ferendam laboranti Armeniæ opem retundendisque infidelium impetus excitaret: quos Bonifacius literis suis, vt iustissimam causam amplecterentur, permouere est conatus. a

*Charissimo in Christo filio Philippo Regi Franciæ illustri.*

Charissimi in Christo filij nostri Sembat Armeniæ Regis illustris nuntijs & literis paterna benignitate nuper receptis, tam ea, quæ ipsa continebant litera, quam quæ dicti nuntij coram nobis & fratribus nostris ex parte ipsius voluerunt exponere, vidimus & audiuimus diligenter. Ex quibus comperimus, quod ipse Rex, tamquam deuotionis filius, Romanam matrem ecclesiam reueretur, & ad Christiani populi dilectionem & honorem aspirans, ad Deum & ipsam ecclesiam fideliter se dirigit & conformat. Cum igitur idem Rex, cui & regno suo aduersi conditio temporis per ininicos fidei Christianæ solito durius se nuper exhibuit incitamento multiplicis vexationis infestam, ad te, de quo in hac parte confidit, fiducialiter pro subsidio habendo nuntios suos mittat; nos vexationibus eius & angustijs intimo cõpatienter affectu, celsitudinem Regiam rogamus & hortamur attente, quatenus regia circumspectione prospiciens, quod Regnum Armeniæ est, sicut fertur, ipsi Terræ sanctæ propinquum, & per illud ex diuersis causis de præfata Terræ sanctæ, si fidelium Christianorum cruce signatorum & cruce signandorum ordinatus progressus affuerit, potest faciliori recuperatione sperari, aut grande ex eo subsidium prouenire; & beneuolè ipsos nuncios recipiens, & benigne pertractans, sic te ipsi Regi Armeniæ, secundum quod tibi qualitas temporis se cõmodam offeret, ac Dominus inspirabit, liberalem exhibeas & propitium, quod digne Deo inde complaceas, regium serues honorem, præconiũ laudis acquiras, & eundem Regem ad tua beneplacita futuris constituas temporibus debitorem. *Dat. Reate III. non. octob. an. IV.*]

Hactenus Pontifex, qui etiam conceptas eadem verborum forma literas ad Eduardum Regem Anglorum dedit. b

Porro Sembat, qui sceptrum Armeniæ scelere fratri Aytono eripuerat, non externo modo, sed domestico etiã bello implicatus erat: ac tũ oppressus est infidijs, cũ tyrannidem, Aytono Rege orbatus oculis, & præfocato Thoroso fratre, constabiliuise arbitratur, vt narrat Marinus Sanutus his verbis e: *In reditu, nẽpe e Tartaria, fratres Aytonẽ, & Thoros captiens, fuerant ij proditi a Tartaris, a quibus auxilia e blandiri nitebantur, & cunctis bonis expolians, in Armeniam duxit; Thoros cum chorदारicus stricte gutture suffocari fecit, & visum Aytoni; quem ille nutu Dei recuperauit. Quod attendens Constantius quartus frater, indoluit uehementer: & aggressus Regem Sembat personaliter cepit, & carceri mancipauit, & Aytonem libertati restituit. Ille liber effectus ambos fratres sub tuta custodia misit ad Constantinopolitanum Imperatorem, rogans ne eos*

*fineret euagari.* Recuperasse regnum Templariorum & Hospitaliariorum equitum, atque aliorum amicorum ope, refert Bosius a ex Aythoni literis ad Rogerium e Pinibus ordinis Hospitaliariorum magistrum, quibus rogauit, vt Cyprium Regem ad coniungendas pro instaurandis Syriæ rebus vires impelleret: quem præclara multa facinora explicuisse in Saracenos visuri sumus: sed de his inferius.

20 Nunc Armeniæ rebus adiungemus, Gregorium Catholicon Armenorum professum esse, solendarum canonicarum legum de consanguinitatis gradibus auctoritatem ad Romanum Pontificem, supremum sacrorum antistitem, spectare: ac principem Sembat, & Isabellam Guidonis Ioppenfis comitis filiam a Stephano prædecessore Catholico, qui id ius sibi arrogarat, illusos, a Bonifacio contendisse, vt in contracto vitio matrimonio perflare liceret. Ex qua occasione Bonifacius subiecto diplomate pronuntiauit b, solum in terris Christi vicarium, B. Petri cathedræ infidentem, consanguinitatis impedimenta remouendi potestate valere.

*Dilecto filio nobili viro Sembath de Botba, & dilectæ in Christo filie nobili mulieri Isabella natae quondam G. comitis Ioppenfis Mamistranæ diocesis uxori eius.*

Sancta Romana ecclesia non solum veneratorum conciliorum diffinitionibus, & B. Petri æternæ vitæ clauigeri meritis, ecclesijs cæteris est prælata; sed euangelica voce Domini, & Saluatoris nostri eidem Petro dicentis: *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam*, in orbe terrarum obtinuit principatum. Qui siquidem Petrus, quamuis cum ei dixit Dominus: *Pasce oues meas*; cura & pontificum Christianorum omnium ipsi generaliter collata fuissent, propter quod est Cephas etiam appellatus; tamen huic ecclesiæ peculiariter præfuit, dum postremo Romanis per Spiritum sanctum specialiter datus Apostolus, eis Euangelium prædicauit: ipseque ac sibi associatus beatissimus Paulus, vas electionis, vno die sub Nerone Cæsare in vrbe Romana martyrio coronati, eandem ecclesiam suo pretioso sanguine Christo domino consecrauit. Qui igitur Romanæ, cui ex dispositione diuina, licet inmeriti, præsidemus, ecclesiæ præest, successor est Petri, & ipsius propterea fungitur potestate: alias Deus & homo Iesus Christus, ad dexteram Patris sedens, suam vniuersalem vnam, & militan-tem Ecclesiam acephalam, id est sine aliquo qui super omnes vices eius in terris gereret, vel habentem quasi monstrum plura capita reliquisset; quod non tam rationi contrarium etiam in natura, quam hæreticum censeretur. Et hæc Romana sedes mater est fidei, sola auctoritatem ab ipsis exceptam præstat concilijs, iura statuit, & omnibus legem ponit. Hinc siue patriarchatus cuiuslibet apicem, siue metropoleon primatus, aut episcopatum cathedras, vel ecclesiarum cuiuscumque ordinis dignitatem instituit; inde dispensationum supra ius absolutam obtinuit potestatem, ac verbo, quo cælum & terra constructa sunt, terreni & cælestis imperij iura quæsiuit. Quo fit, vt qui Romanæ ecclesiæ priuilegium huiusmodi ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, proculdubio labitur in hæresim, & illi contumax reputetur. Hæc nouissime diebus istis Gregorius in Armeniam, quæ olim est dicta Cilicia, vnde originem ducitis, Catholicon gerens officium, est professus: hoc etiam sanctorum

a Bos. p. 2.  
l. 1. hist. ecq.  
Hosp. ad  
hunc ann.

b Lib. 4.  
ep. 268.  
Auctori-  
tas solue-  
da legis  
de grad.  
consang.  
ad quem  
spectet.

Præbatur  
ad Rom.  
Pontif. spe-  
ctare.

Id Catho-  
licon. Ar-  
men. pro-  
ficetur.



parrum, & orthodoxorum doctorum habet incommutabilis & vera sententia.

Sane pro parte vestra nobis oblata petitio continebat, quod vos, tertio ad inimicem consanguinitatis gradu coniuncti, matrimonium contractis, vobiscum in huiusmodi copula quondam Stephano, dictum in eadem Armenia gerente officium, dispensante; quodque, credentes huiusmodi dispensationem legitimam, diu in simul in tali permanistis matrimonio, filiosque procreastis ex ipso, quorum aliquos iam dicitis militare. Verum quia veridica assertione memorati Gregorij, in huiusmodi gestione officij successoris dispensantis predicti, peruenit ad vestram notitiam, quod dicta dispensatio nulla fuit, utpote facta ab eo, qui potestatem hanc non habuit dispensandi, nobis humiliter supplicastis, ut, quod in dicto matrimonio valeatis licite remanere, prolem susceptam & suscipiendam ex eo legitimam, nuntiando, dispensare vobiscum misericorditer dignemur.

Nos igitur, attendentes quod solus Papa Romanus, qui vocatus est in plenitudinem potestatis, ceteris prelati in sollicitudinis partes assumptis, secundum sacros canones in ijs & similibus casibus obtinet potestatem; nec immerito, nam cum matrimonium ad ipsius efficacius vinculum, ampliore eius dignitate, & in privilegium specialiter instituerit ipse Deus, indignum fuisset, ut alij quam Romano prefuli Dei vicario prerogativa dispensationis huiusmodi deberetur; intuentes etiam, quod magnum existat matrimonij sacramentum, & ideo eius in dispensando causa, tanquam annumerata maioribus, sit ad Petri sedem solummodo referenda; ac considerantes, quod per instituta canonica in matrimonijs contrahendis est memoratus gradus prohibitus; & ideo cum canones ad sui obseruantiam omnes astringant, ille solus, summus videlicet Pontifex, qui eos cedere potest, quare legibus est solutus, cuiusque auctoritas in ipsis sapius intelligatur excepta vel etiam alijs, cui per eosdem canones nominatim concessa sit dispensandi facultas super illos, ut per dispensationis lenitatem rigorem eorum ex causa temperet, potestatem habebit; irrefragabili veritate suffulti dicimus, quod dictus quondam Stephanus in hoc dispensare non potuit: propter quod non dispensator extitit, sed deceptor, & quantum in ipso fuit, vis & potestatis canonum in hac parte temerarius dissipator, &c. 7 subdit ex benignitate apostolica ad Sernbat & Isabellam gratiam deprecatorice Rege Armenia se leges canonicas soluere, ut in suscepto coniugio persistere possint. *Dat. Reate v. id. octobris anno iv.*

21 In Cypro graues ardebant discordia inter Henricum Regem & Templarios, qui Syria a Saracenis eiekti, ad tutandum id regnum se receperant: ac ne ob ea dissidia Christiana res in periculum conijceretur, sollicitus Bonifacius, tum Iacobum a de Molai templariorum equitum supremum magistrum, vt cum Rege pacem iniret; tum Henricum, vt debita beneuolentia equites complecteretur, ne delicta eorum ope insula barbaricis irruptionibus pateret; est adhortatus: *Fili charissime, Henricum Regem alloquitur b, tuam volumus considerare prudentiam, quanta olim ipsis magistro & fratribus, nempe Templarijs, in dicta Terra sancta pericula contigerunt, quantis eos afflixerit pericula ipsa languoribus, quanta eos fiducia duxerit ad confugiendum ad tui regni presidia, & quibus ipsi sic inibi fiducialiter respirantes, sint allicendi fauoribus, & mansuetudinibus conseruandi,*

*Nec minus aduertendum inspicimus, quod mora eorum in dicto regno securitatem maximam contra hostes fidei tibi & ipsi regno producit, & si, quod absit, siue per eorum siue tue gentis iniuriam recessus ipsorum inde contingeret, magnam sumerent ex hoc dicti hostes audaciam, & grandia tibi ac regno preiudicia, ac irreparabilia forsitan propterea possent pericula prouenire, quorum sancta mater Ecclesia & vniuersus fidelium Christianorum populus non redederentur expertes; sed huiusmodi vitanda procella percelleret vniuersos, &c. Dat. Romae xiv. kal. aprilis anno iv.* Exasperarat inter cetera Templarios vestigal a suis familiaribus & mancipijs duorum bysantium in singula capita pendi, ac priuilegia quibus hactenus erant potiti, labefactari: ad qua temperanda latam a Bonifacio constitutionem inferius visuri sumus. Iam susceptum in Columnenses bellum sermone perstringimus.

22 Tulit in eos plura edicta a Bonifacio: cumque ipsi arcis Praenestinae propugnaculis se tuerentur, ac valida praesidia compararent, indicta iam ante militiae sacrae legatum Matthaeum Cardinalem Portuensem, & S. Ruffinae episcopum creauit: utque ad illam milites alliceret, indulgentias sacras, in Syriam contra Saracenos profectis olim propositas, in Columnenses praeriatibus contulit b: vt vero hostes opprimeret, diceret poltea. Iam nonnulla ipsius in beneuolos sacra beneficia collata addimus. In primis Reginae Siciliae Margaritae, Caroli I. viduae, ad conciliandam conscientiae serenitatem haec permisit c: *Tuis supplicationibus inclinatus, tibi vt omnem pecuniam, quam te minus licite a quibuscumque recepisse commemoras, si inueniri non possint quibus eiusdem pecunia restitutio sit facienda, possis de tui confessoris consilio in usus infirmorum & pauperum erogare, auctoritate praesentium indulgemus. Huic simile est aliud, ad pietatem spectans d: Tuis supplicationibus inclinatus deuotioni tuae auctoritate praesentium indulgemus, vt monasteria monialium inclusarum, quorumcumque ordinum, cum quatuor honestis matronis deuotionis causa ter in anno ingredi valeas; dummodo tu & eadem matrona in eiusdem monasterijs non edatis, nec pernoctetis. Pertinet etiam ad res Siculas, Pontificem pluribus instituisse e apud Carolum Regem ac Robertum, maiorem natu e superstitibus Regis Siciliae filijs, Calabriae ducem, vt Ioanni de Procida sua bona, vt antea fuerat promissum, restituerentur.*

23 Concussa est hoc anno Italia ingentibus terramotibus, adeo vt in pluribus locis templata, palatia corruerent, ac praecipue ea clade afflictae has vrbes Reate, Spoletum, Pistorium recenset Ioannes Villanus f; additque ea fuisse calamitatum praesagia, quae postea Italiam miserunt. Dominica vero prima aduentus concitatus terramotum, his verbis describit Bernardus g: *Anno mccc. Bonifacio Papa Reate cum sua curia residente, dominica prima aduentus Domini in festo B. Andreae Apostoli incepit Reate, & in vicinis partibus vehemens terramotus, qualem & quantum nullus tunc viuens viderat prius; diruitque multa aedificia in plerisque locis, multisque pereuntibus, multisque diebus & noctibus perdurauit; non quidem continue, sed per plures vices pariter in die & nocte: timoremque non modicum incussit Papa, & Cardinalibus, & toti curiae. Confugitque Papa ad claustrum fratrum Praedicatorum Reate, qui in altiori & solidiori loco positi erant, vbi in claustrum prae facto tentorio festinanter de subitibus asseri-*

Orta inter Regem Cypri, & Templarios discordia. a lb. ep. 46

b lb. ep. 47

Sopiente illincumbit Bonifacius.



bas conuenit. Homines uero de nocte ibant & fugiebant ad campos, sub dio manentes, ne adificia super se corruerent formidantes, in timore magno expectantes: cadebantque passim homines & iumenta, cum terra tremere, & motibus nutaret insolitis. Subdit auctor Bonifacium eadem hebdomada prima aduentus Nicolaum Prædicatorum & Ioannem Minorum summos magistros, ac Petrum Hispanum Cardinalatu decorasse: is uero Nicolaus uir pietate & doctrina excultissimus, primum S. Sabinae presbyter Cardinalis creatus, deinde ad Ostiensem episcopatum promotus, demum accepto Pontificatu successit, de quo hæc S. Antoninus in ordinis Prædicatorum insignibus uir refert: *Nonus generalis ordinis fuit frater Nicolaus de Taruisio. Hic in pace & humilitate ordinem rexit duobus annis cum dimidio, magnus amator & solator communitatis. Hic venerabilis pater dominus & magister quandoque retulit de scripto, qui nouerat plenius ueritatem, quod decimoquarto ætatis suæ anno ingressus est ordinem, in quo quatuordecim annis primis studuit & profecit magnifice, & alijs quatuordecim sequentibus exercuit officium lectoris, & quatuordecim alijs annis in prælationis officio in ordine laborauit & ex magisterio ordinis generali fuit assumptus ad cardinalatum, ex quo demum ad papatum.*

24 Adnectanda hic sunt, quæ ad Ecclesiæ iura afferenda Bonifacius gesserit, atque in primis apostolico zelo Francorum Regem a detinendis ecclesiarum Pictauiensis <sup>b</sup> & Laudunensis <sup>c</sup> bonis compefcuit. Exemplum literarum, quas ad ipsum pro Laudunensi ecclesia dedit, infra scriptum est.

*Charissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri.*

Cum nuper ex quibusdam causis uenerabilem fratrem nostrum Gazonem Laudunensem episcopum fecissemus citari, ut infra certum terminum coram nobis personaliter compareret, sibi que mandari, quod in spiritualibus uel temporalibus Laudunensis ecclesiæ nullatenus ministraret sine nostra licentia speciali; tu intellecto de interdictione administrationis huiusmodi, prætextu cuiusdam consuetudinis, quam appellas regalia, administrationem eandem temporalium, ac si uacaret ecclesia, per officiales & ministros tuos sicut accepimus, cepisti, eamque exercere assereris & tenere. Nos autem attendentes, fili, quod in hoc tu malo inductus consilio ista agis, non solum in animæ tuæ periculum & graue damnum memoratæ ecclesiæ, sed etiam exempli perniciem, filere non possumus, nec debemus omittere, quin tibi ueritatis tramitem, & rectitudinis semitam ostendamus. Cognosce igitur, & firmissime tene, quod per interdictum administrationis, uel suspensionem, seu etiam excommunicationem prælati non uacat ecclesia: & ideo cum de iure aperto & ratione probata administratio non uacantis ecclesiæ ad te nullatenus pertinere noscatur, consuetudo prædicta, quam habere diceris in aliquibus, dum uacant, ecclesijs, ad casus huiusmodi & similes, per quos non uacant ecclesiæ indubitanter, sicut etiam cum tuis nuntijs ista nuperime in Vrbe tractauimus; tibi non poterit nec debet extendi. Sic ergo hæc in futurum euita, & in præsentiarum ab eis cessa, ac emenda præterita, quod apud Deum laudem acquiras, ut sicut charissimus filius de deuotione ad ecclesiam matrem tuam, more patrum tuorum, merito commenderis.

*Datum Reate. xv. id. octobris anno. xv.]*

In causa uero quæ inter Lugdunensem archiep. & Regem ciuesq; agitabatur, cum nondum ea decisa esset, Bonifacius Narbonensi archiepiscopo, episcopo Aduensi, atque archidiacono Rhotomagensi, quos anno superiori templa & sacra ciuibus restituere iusserat, denuntiare præcepit, ut interdictum hoc etiam anno non teneret. Præterea cum bona, quæ Ioannes tit. S. Cæcilie presbyter Cardinalis in pia opera collocanda, atque ad extruendum Parisijs pauperibus clericis operam theologiæ daturis collegium legarat, a fisco regio inuasa essent, Bonifacius Ioanni tit. SS. Marcellini & Petri repetendi illa bona, prouinciam commisit; eaque de re ad archidiaconum Narbonensem & Grimerium Placentinum data litera. Nec tamen regij administrari rapaces manus continuere: extant enim ea de re Benedicti XI. querelæ. Deum cum Philippus Rex ecclesiastica iura labefactare pergeret, illum inter & Bonifacium atrocissima dissidia concitata inferius uisuri sumus.

## IESV CHRISTI

Annus 1299.

BONIF. VIII. PP.  
annus 5.ALBERTI ROM. REG. I.  
ANDRONICI IMP. OR. 16.

**A** Nnus a Virginis partu millesimus ducentessimus nonagesimus nonus, indictione duodecima, perduellium Siculorum clade insignis extitit: constata enim ex Aragonijs & Neapolitanis florentissima triremium septuaginta classe, de illis parta uictoria est: quamuis postea uictor exiguus admodum ex illa fructus collegerit. Quæ antequam oratione explicemus, nonnulla de Bonifacii in reuocando eo regno ad Caroli obsequium studio præmittenda. Cum itaque Pontifex Iacobum Aragonum Regem ad persoluenda focero promissa, ac Fridericum iusto bello ex arrepta tyrannide depellendum permouisset, illi ad sustinendos sumptus bellicos decimas Aragoniæ, Valentiniæ, Cataloniæ, Balearum, aliarumque terrarum, Sardinia & Corsica exceptis, attribuit. Quæ uero iusta causa ipsum ad id impellerent, his uerbis expressit e: *Quamquam Apostolica sedis circumspècta benignitas, quæ pia matris laudabilem morem seruans, in suis processibus pietatis ac misericordie lenimenta non deserit, quæ uel libentius parcit quam puniat, Fridericum & Siculos ab erroris inuio, per quod præcipiti passu fluunt, multifarie multifque modis reuocare sategerit, & ad gregis dominici caulam reducere paternis affectibus prosequendos; ipsi tamen animis obfirmatis ad malum, & ad actus damnabiles indurato proposito, aures suas surdæ more aspèdis obturantes, ne matris uoces reuocantis audirent, non solum illius salubribus parere uasfonibus contempserunt; uerum etiam peiora prioribus adijcere non uerentur, in animarum suarum periculum & fidelium scandalum plurimorum.* Subdit pio se teneri desiderio uendicanda e Saracenorum tyrannide Terræ sanctæ, quam magno religionis Christianæ opprobrio barbari contaminant; nec tanto operi uacare posse, nisi prius Siculorum perdomita sit contumacia: intestinis enim tum bellis uacua Ecclesiam uires omnes ad instaurandas res Asiaticas conuersuram. Ad quæ promouenda consilia significat Aragonio, Valentino, Balearico, & Catalano clero sacerdotiorum decimas Iacobo

Ep. 325.  
Ep. 326.

Ioannis tit. S. Cæcilie pia legata a Philippo repetita.

Ep. 233.

Bened. XI. lib. 1. op. cur. 66.

Gestum aduersus Siculos bellum.

Incitatus in eos Iacobus Rex Aragon.

Lib. 5. ep. 208.

Ead. ep.

Proposita illi Siculorum periticia.

Retardari ab Ijs Syriæ recuperanda consilia.

Attributæ in superius bellicos decimas.

Re-

Tres uires insignes Cardines creat.

Nicolaus Prædicatorum pontificatus successit Bonifacio. An. 1298. 13. c. 1. ut se in solatio possent.

Ecclesiæ iura a Philippo Regis inuaduntur. An. 1299. 1. 1. 1. 1. 1.

De eo lit. ad Phil. Regem.



Regi attributas: quæ literæ Anagninæ vii. id. iunij consignatæ sunt.

2. Suscepit præterea Bonifacius Iacobum in apostolicam clientelam a, prohibuitque, ne quis Christianus princeps infesta illius terris signa inferret eum Siculo bello implicitus causam ecclesiæ tueretur. Ad incendendum vero ad rem strenue conficiendam militum ardorem, indulgentiarum præmijs eos omnes affectit b, qui Iacobi Regis & Roberti ducis Calabria signa sequerentur: tunc ut facilius Siculos proliceret ad officium, proposita veniæ spe, Guillelmum designatum episcopum Salernitanum instruxit auctoritate c, ut eos, qui transfugerent ad partes ecclesiæ, censuris solueret, adigeretque sacramento pontificijs imperijs parituros: ut etiam militum salutem æternam consuleretur, sacris illum in exercitu administrandis præfecit, utque viros pietate conspicuos ad exhomologeses excipiendas, aliaque ad diuinum cultum spectantia peragenda adhiberet, prouinciam dedit. d

*Bonifacius, &c. Guillelmo electo Salernitano.*

Discretionis tuæ, de qua fiduciam gerimus plenior, deputandi per te, vel alium, seu alios viros idoneos, sacerdotes quot, & quoties, ac de quibus videris expedire; & concedendi illis, quod audire confessiones illorum, qui erunt in prosecutione prædicti negotij contra rebelles & hostes prædictos, eis volentium confiteri; & iniungere ipsis pœnitentiam salutarem, & diuina officia solemniter celebrare, ac ministrare omnia ecclesiastica sacramenta, & tradere fidelium defunctorum corpora ecclesiastica sepulturæ, nec non proponere prout expedire viderint verbum Dei, etiam si in loco fuerint interdictio; interdictis tamen & excommunicatis exclusis, prosecutione ipsa durante, licite ac libere valeant; quodque tu eadem facere ac exequi licite possis concedimus plenam & liberam auctoritate præsentium facultatem. *Dat. Anagninæ vi. id. iulij anno v.*

3. Hæc veteri more Bonifacius, qui diuini Numinis gratiam in Siculos profecturis conciliare meditabatur, ut eius auxilio suffulti, te & que præsidio, de hoste triumpharent. Nec illum spes suæ deluserit: cum enim Iacobus cum triremibus triginta Neapolim applicuisset, coniunctisq; alijs Caroli Regis loceri ipsius, in Sicilia vela fecit. Nec defuit animis Fridericus ipse frater, ut imminētis belli molem sustineret: instructa enim classe, cui Fridericum Oriam præfecit, in Iacobum fratrem, qui in insulam excensionem facere parabat, magna audacia inuectus, prælium conferuit, in quo magna clade attritus est, Rogerij maxime Lauriæ, qui Iacobi classi præerat, insigni virtute ac felicitate. Capta sunt Siculorum sex millia, triremes viginti duæ in victoriam potestatem venere; ipsa etiam triremis, in qua Fridericus vehebatur, in Aragonum potestatem ceciderat, eoque prælio confecta res, Siciliaque recuperata videbatur: sed victum Aragonij ex patriæ amore incolumem dimiserunt. Hæc pluribus Ioannes Villanus e, M.S. f vetus de rebus Siculis, Ptolemæus Lucensis g, S. Antoninus h, Surita i, Samontius l, Fazellus m, & alij. Dein Iacobus victoriæ persequendæ, atque occasione debellandæ Siciliae defuit, cum qui poterat ea clade consternatos Siculos armis victricibus ad imperium ecclesiæ cogere, in Aragoniam suscepto victoriæ labore, ac parte gloria, sed neglecto fructu, in tempestiue recessit. Qua de re postea graues querelas Bonifacius effudit. n

4. Lapsis aliquot diebus ab ea Siculorum clade, Bonifacius Gerardum Sabinensem episcopum Apostolicæ sedis legatum ex sacri senatus consilio in Siciliam decreuit a: summaque auctoritate, ut in eos, qui ipsius respuerent imperia, censuras vibraret intruxit; ac pluribus prærogatiuis, ut partes suas præstantius impleteret, ornauit b. Non tamen renouauit Landolphum S. Angeli diaconum Cardinalem, sed vtrumque gerendo illi muneri coniunxit. c

Hæc inter quid gesserit Carolus Neapolitanus Rex, cum se a Iacobo genero destitutum cerneret, atque aliunde fractas debilitatasque Siculorum vires intueretur, indicant literæ pontificiæ: ipsum persequendæ victoriæ filios instare iussisse; sed cum illius vires infirmas ad comparandam armis Siciliam Bonifacius animo reputaret, inhibendos tunc illius conatus censuit ne, si prælio vince-retur, hostem magis in superbiam effereret. Cumque postea excitis nouis auxilijs copias auxisset Carolus, Tarentinus princeps ipsius filius in Siciliam trajicere est meditatus. Quo audito consilio, cum Bonifacius impendentem illius principis cladem animaduerteret, Carolo Regi grauiissima dedit d, imperia e, ut ipsum temerario conatu abduceret.

*Charissimo in Christo filio Regi Sicilia illustri.*

Subsistentibus certis & rationabilibus causis, per quas dilecti filij nobilis viri Philippi principis Tarentini nedum mutilus, sed nocuus in Siciliam censebatur accessus, accessum huiusmodi mandauimus impediri, & ipsum abinde renocari, si forsitan iuisset. Vnde miramur merito, & valde turbamur, quod sicut accepimus, cum exortio armatæ nouæ idem princeps se disposuit, & parauit ad transeundum in insulam memoratam: an tamen iam transierit ignoramus: sed indubitanter tenemus, quod in Siciliam eius accessus, & mora multa dispendia parient, & ex hoc damna grauiasubsequentur. Quapropter celsitudinem Regiam hortamur attente, per apostolica tibi scripta sub debito inramenti fidelitatis, quo nobis, & ecclesiæ Romanæ teneris, dillicite præcipiendo mandantes, quatenus mandes, & facias cum effectu, quod si dictus princeps nondum in Siciliam eandem se contulit, illuc nullo modo se conferat; & si forte iam se duxerit conferendum, exinde penitus absque dilatione recedat, illuc nullatenus absque nostro & dictæ sedis beneplacito rediturus. Et ecce nihilominus venerabili fratri nostro archiepiscopo Neapolitano damus per alias nostras sub certa forma literas in mandatis, ut tamete, quam eundem principem ad id per sententiam excommunicationis in personas, appellatione remota, compellat. *Dat. Laterani iv. non. nouembris anno v.* J. Data pariter Neapolitano archiepiscopo imperia, ut Carolum obiectis censuris a suscepto consilio abduceret. f

5. Nec ingruentis mali coniectura Bonifacium fefellit: cum enim Tarentinus princeps cum triremibus quadraginta exposito in Siciliam exercitu post nonnulla feliciter gesta, dum ad munitæ arcis obsidionem incumbere, a Friderico ad pugnam laceratus, temere ad illam ruens, atq; ex equo claua deiectus, captus est g; parte exercitus ex Neapolitanis constata non confertis cum hoste manibus ex prælio se fuga subducente. Qua re audita postea Bonifacius ardentibus literis ob detrectata apostolica iussa Carolum increpuit h.

Feliciores Tarentino principe extitit in bello ipsius

Promissa clientela Apostolica. ca. 1. Ibid. ep. 206. 207. b Ibid. ep. 192. Guillelm. electus Salern. creatus nūcius in exercitu. c Ep. 190. d Ibid. ep. 193. Sacris administrandis præfectus. iunij Iacobus Rex Aragonum Neapolitana classem iungit Frideric⁹ maxima clade situs. e 10. Vill. l. 3. c. 29. f M. S. vet. de rebus Sic. pag. 38. g Proh. Luc. in annal. h Ant. 3. p. tit. 20. c. 8. §. 5. i Sur. ind. l. 2. c. 15. annal. c. 38. l. Summ. hist. Neap. l. 3. m Fazell. post dec. 19. cap. 3. Parta ea victoria Iacobus, cum Siculos cogere ad officium posset, in tempestiue abscissit. n Lib. 6. ep. 74.

Gerardus Sabinensis episcopus. Landolphus S. Angeli diaconus cardinalis. Sic. legatus ad Siciliam. a Lib. 1. ep. 192. ad 48. ep. 49. c. Ep. 51. Parat. victoriam persequi. Carolus medicatur. Ob viti. imbecillitatem. eo cōsilio detentur. Ausu. ca. p. Philippum principem. Tarent. transfugerit. d Ep. 51. e Reg. p. sand. 1. Iubetur Bonifacium ea expeditione abducere.



frater Robertus Calabriae dux, qui plura loca munitissima, quae M.S. vetus de rebus Siculis enumerat, atque ipsam Cataniam ad deditioem pellexit: cui cum Manfredus e Maleta adhaesisset, tradidissetque nonnullas arces, tum ob id, tum ob alia officia sedi Apostolicae exhibita promeruit a Bonifacio, ut Carolum Siciliae Regem ad Manfredoniam illi restituendam sollicitaret h ac donationem ab Innocentio IV. factam confirmaret. Exhausit vero adeo in sumptibus ijs bellicis ararium suum Carolus, vt etiam coronas, gemmas, atque alia pretiosa ornata pro soluendo censu Bonifacio tradiderit; praeterea ad sexdecim millia vnciarum auri illi obstrictus e maneret. Vt rebus Siculis huiusce anni finem imponamus: cum arma Carolus ancipiti successu tentasset, Bonifacius fulmen ecclesiasticum Friderico ac Siculis intentauit, & peremptorium illis purificatae immaculatae Virginis diem, vt ad dicendam causam se sisterent, praefixit. d

6 Exeruit etiam in Columnenses caeterosque earum partium seueritatem ecclesiasticam, ac poenas alias iniecit, scriptaque de ijs acta publica renouauit e: tum in Praenestinos, qui ab Romana ecclesia descuerant, promulgauit, vt urbem episcopali dignitate murisque exutam & deletam aratro sulcasset, atque aliam condidisset ciuitatis Papalis nomine, quam episcopatu Cardinalitio porituram decreuit.

*Bonifacius, &c. ad perpetuam rei memoriam.*

In communem notitiam fore credimus iam perductum, qualiter haecenus tempore, quo Iacobus de Columna, & Petrus nepos ipsius, dudum Romanae ecclesiae Cardinales, in reprobum sensum dati, effectique schismatici, contra nos & eandem ecclesiam rebellionis spiritum assumpserunt; Praenestina ciuitas, sequens ingratitude vitium, & beneficia grandia, honoresque multiplices, quae sibi antea actis temporibus eiusdem ecclesiae tribuit munificentia liberalis, & per quae vberis exaltationis incrementa suscepit, in obliuionem deducens, & a sui memoria prorsus abiiciens; nobis & eidem ecclesiae rebellare praesumpsit, praefatis adhaerendo schismaticis, eisque fauendo in crimine criminoso. Propter quod iram Dei, & nostram, dictaque sedis indignationem contra se non immerito prouocauit, & excitauit obnixus ad exercendum gladium vltionis, ne tanta tamque nefariae temeritatis excessus cederet alijs in exemplum. Et quamquam praedicta ciuitas a tempore, cuius non est memoria, iuris & proprietatis omnino fuisset, ac esset etiam ecclesiae memorata; illa tamen prauitatis conceptae nequitiam non solum continuans, sed augmentans, cum Iacobo & Petro praedictis tunc, sicut praemittitur, schismatis labe pollutis, in huiusmodi rebellionem ac schismate temerario ausu persistere non expauit. Vnde ne tam nefandum & horrendum scelus, & tam abominabile, tantumque flagitium remanere contingat aliquatenus impunitum, ciuitatem ipsam omnis ciuilitatis, communitatis, & vniuersitatis iure apostolica auctoritate priuamus, ac ipsam, muros seu moenia, domos incolarum eius, ac montem, & arcem, qui super ciuitatem eandem, & etiam infra eam existere dignoscuntur, praecipimus, & fecimus funditus demoliri, episcopatus cardinalatus honore, quem sub nomine Praenestini episcopi haecenus habuit, eam omnino priuantes. Decernimus etiam auctoritate praedicta, vt ciuitas eadem nequaquam habite-

tur vltorius, nullusque in ea incolarum aut domicilium habeat, vel quomodolibet valeat obtinere: priuando nihilominus eam priuilegijs, libertatibus, & iuribus quibuscumque, ipsamque aratro subijci ad veteris instar Carthaginis Africae, ac salem in ea etiam fecimus & mandauimus feminari, vt nec rem, nec nomen, aut titulum habeat ciuitatis.

7 Attendentes quoque quod a sanctorum patrum pia & prouida ordinatione processit, vt in praefata Romana ecclesia sex semper existerent episcopi Cardinales; postquam ciuitatem praedictam episcopalis Cardinalatus honore priuauimus, ciuitatem nouam, vt senarius episcoporum numerus impleatur, construifecimus prope iam dictae ciuitatis Praenestinae destructae locum, quam appellari volumus & praecipimus ciuitatem Papalem; ipsamque a cunctis hoc nomine nuncupari. In ecclesia vero beati Agapiti martyris posita iuxta eam, quae quidem ecclesia ante destructionem ciuitatis Praenestinae, & priuationem episcopalis dignitatis & cardinalatus extitit ecclesia cathedralis, ordinamus erigi & construi altare in honorem beati Bonifacii, ipsamque non illius, sed huiusmodi nouae ciuitatis Papalis esse volumus ecclesiam cathedralem, eamque habere illa priuilegia, iura, actiones, & bona, praerogationem, dignitatem, & honorem, quae habuerat quando erat ecclesia cathedralis Praenestinae ciuitatis ante destructionem ipsius tempore nostro factam: statuentes vt ciuitas Papalis praedicta sub sui expressione nominis episcopum habeat Cardinalem, qui se ciuitatis Papalis episcopum nominet, & ab alijs huiusmodi nomine similiter appelletur: quodque Cardinalis episcopus, qui huiusmodi praerit ciuitati Papali, habeat tam in Romana, quam alijs ecclesijs quibuscumque omnia bona & iura, priuilegia, dignitates, ac honores, quae haecenus Praenestina ecclesia & episcopi Cardinales, qui eius praefuerunt regimini, obtinebant ante destructionem praemissam. Nulli ergo &c. *Dat. Anagninae id. iunij anno v.* Praefecit a nouae illi ecclesiae Thedericum tit. S. Crucis in Hierusalem presbyterum, Cardinalem, multisque praerogatiuis ciues ornauit, quas pendendarum viginti quinque librarum Parisiensium, censu clientelae nomine imposito, sanxit. b

8 Quamuis iam deleti Columnenses, Praenestaeque excisum esset, non tamen ditio pontificia tumultibus vacauit. Ioannes enim de Ceccano, qui ipsis adhaeserat, grauiores in Campania, & maritima seditiones in Pontificem concitauit c. Fuerat saepe Annibaldorum familia, e qua Ioannes oriundus erat, ecclesiae partibus infensa: sub Clemente enim quarto contra Carolum pro Conradino steterat, pro quo facinore a Clemente damnati exilio, bonis multati, seruituti expositi, postertate sacerdotiorum obtinendorum iure deubarari d: sed cum ea poena in ipsos exercita non fuissent, Ioannes Annibaldi filius, turgidus animis, Campaniam & Maritimam inuadere est meditatus: ac Terracinenfibus sub Nicolao IV. in arma & seditiones versis, Ioannes Annibaldus, vrbis ingressu a Pontifice prohibitus, eam armis oppressit, mortuoq; Nicolao IV. in Brunfortem Campaniae & Maritimae praesidem rebellauit, instructisque insidijs, dum Carolum Regem Vngariae ad sedem Apostolicam euntem sequebatur, cepit; septemque Pibernates captos ex arboribus laqueo suspensos praefocauit. Demum Friderico tyranno Siciliae contra Carolum II. fauit, & Columnensibus, quamuis

Sulcatum aratro & sale conspersum.

Ciuitas a lia Papalis dicta condita.

In eam episcopatus Cardinali ius traslatus.

Omnia iura, quae olim Praenest. fuere illi addita.

a Ep. 63. Thedericus Card. creatus nouae vrbis episcopus.

b Ep. 52.

c Ep. 64. Ioannes de Ceccano Campaniam & Maritimam infestat.

d Ead. ep.

Patrae ab illo seclera.

Catania Roberto recuperata. Manfredus iura Maleta. Siciliae. Columna. Praenestina. Anagnina. Terracina. Campania. Maritima. Brunfortem. Pibernates. Tyranno Siciliae. Columnensibus.



uis in eorū fautores vt in schismaticos pœnæ propositæ essent, se coniunxit; vtque tot præterita mala nouis cumularet, Campaniam & Maritimam, arrepta occasione, turbauit. In illum ergo Bonifacius iusta iracundia concitatus, eius bona Pontificio fisco addixit a, subditos sacramenti religione absoluit, testandi iure priuauit, sacra fidei censores in eum quæstionem exercere iussit: deniq; plurium aliarum pœnarum terrorem incussit.

Iustitiæ etiam zelo Bonifacius, cum Ioannès Hannoniæ comes Erici Daniæ Regis oratores, iter ad sedem Apostolicam aggressos, tradidisset vinculis, crudeliterque affecisset; dedit illi ac Philippæ vxori imperia b, vt illatam eidem sedi ac Regi Danorum iniuriam sarciret.

9 Cum in Regis Daniæ res oratio nostra incurrerit, non præterimus, pœnituisse Ericum Regem & Christophorum illum fratrem patrati sceleris in Lundensem archiepiscopum iniuria in vincula abductum, ac flagitasse, vt censuris ecclesiasticis, quibus fuerant irretiti, soluerentur; eamque prouinciam c a Pontifice impositam Ysarno Apostolicæ sedis nuntio, vt ipsos fidelium communioni restitueret.

*Dilecto filio Ysarno archiepiscopo Car-*  
*cassonensi cappellano nostro.*

Nuper ex parte magnifici principis Erici Regis Daniæ illustris fuit nobis humiliter supplicatum, vt cum ipse, ac nobilis vir Christophorus frater eius, & nonnulli alij eorum in hac parte, complices & sequaces, pro eo quod idem Rex per se, vel alium, seu alios, & prædicti Christophorus & alij archiepiscopum Lundensem dudum capere ac detinere captiuum ausu sacrilego præsumperunt, excommunicationis vinculo sint astricti, & terræ ipsorum Regis, & fratris ecclesiastico subiacent interdicto; nonnulli quoque clerici terrarum earundem, pro eo quod interdictum huiusmodi non seruarunt, diuina officia celebrando, vel immiscendo se ipsis, irregularitatis maculam incurrisse noscantur, providere ipsis super ijs de benignitate Apostolica misericorditer dignemur. Nos igitur de ipsorum conuersione lætati, volentes eis misericordiam ianuam aperire fauorabiliter, quia de te, quem ad dictum Regem & partes illas pro ijs & alijs negotijs duximus destinandum, specialem in Domino fiduciam obtinemus, discretioni tuæ absoluendi hac vice auctoritate nostra iuxta formam ecclesiæ ab excommunicatione prædicta eisdem Regem, & fratrem, ac alios excommunicatos prædictos, cum ab eis fueris humiliter requisitus, impensa prius per ipsos satisfactione passo iniuriam competenti; nec non & interdictum huiusmodi relaxandi; dispensandi quoque cum irregularibus memoratis super irregularitate præfata, iniuncta eis omnibus pœnitentia salutari, prout secundum Deum animarum suarum saluti videris expedire, liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem. *Dat. Laterani xv. kal. aprilis anno v.* Instruxit etiam ea Ysarnum auctoritate Bonifacius d, vt censuris eos omnes, qui pacem in Dania disturbarent, defigere posset.

10 Seruandæ vero in ijs regionibus pacis studio Pontifex matrimonium Regis in vetito gradu contractum firmum esse iussit e, cum si dissolueretur, grauissimorum cum Suecis bellorum periculum impenderet.

*Dilecto filio Ysarno archiepiscopo Car-*  
*cassonensi cappellano nostro.*

Licet matrimonij contractum in quarto con-

sanguinitatis, vel affinitatis gradu sacri canones interdicant, consuevit tamen interdum sedes Apostolica super hoc deuotorum, & maxime personarum sublimium inducã precibus dispensare. Petitio quidem Erici illustris Regis Daniæ nobis exhibita continebat, quod cum olim post mortem claræ memoriæ Erici Regis Daniæ patris sui, per potentiam & malitiã inimicorum eius regnum oppressum foret multipliciter & collapsum, Rex pro tuitione ac defensione sua & dicti regni, charissima in Christo filia Ingeburgh sorore charissimi in Christo filij nostri Birgeri Regis Sueciæ illustris, de cuius præsidio propter hoc plurimum confidebat, matrimonium per verba de præsentibus contraxit, ac etiam consummauit, & iam per plures annos cohabitauit eidem. Verum cum ipse Ericus ac dicta Ingeburgh quarto consanguinitatis gradu ad inuicem se contingant, & ex eorum separatione, si fieret, maxima scandala, odia, & guerræ possent de facili exoriri; fuit nobis pro parte \* humiliter supplicatum, vt prouidere ipsis super hoc de dispensationis gratia misericorditer dignemur.

Cum igitur te ad dictum Regem Daniæ ac ad partes illas pro certis negocijs duxerimus destinandum, discretioni tuæ, de qua fiduciam gerimus in Domino plenior, dispensandi auctoritate nostra cum eisdem Erico Rege & Ingeburgh, postquam idem Rex Ericus ab excommunicationis sententia, qua propter captionem, & detentionem venerabilis fratris nostri I. archiepiscopi Lundenis per eum vel officiales suos factas noscitur alligatus, iuxta commissionem per alias nostras literas tibi factam per te rite fuerit absolutus, vt in huiusmodi matrimonio licite remanere valeant, prolem etiam susceptam, vel suscipiendam ex eis ex matrimonio suprædicto nuntiandi legitimam, impedimento consanguinitatis huiusmodi non obstante; plenam & liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem. *Dat. Laterani xv. kal. aprilis anno v.*

Auxit a etiam legatum ea potestate ad Erici Regis gratiam, vt postquam ipsum piorum confortio aggregasset, eidem permetteret, vt in locis interdictis sacrorum vsu diuinam rem coram se peragendam curaret: *Libere, inquit, sibi auctoritate nostra valeas indulgere, quod quoties eum peruenire contigerit ad loca ecclesiastico supposita interdicto, possit sibi & familie sue, & alijs comitantibus eos, ianuis clausis, interdicitis & excommunicatis exclusis, submissa voce, in cappella sua per cappellanum proprium facere diuina officia celebrari; dummodo ipsi causam nõ dederint interdicto, nec id contingat eis per sedem Apostolicam specialiter interdicit; liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem. Dat. Laterani id. martij anno v.* Permisit etiam legato, vt Regi ad alendam pietatem eam facultatem concederet, vt ante surgentem lucem diuina a suo cappellano celebrari iuberet; verum ea lege, quam mox subiecit: *Prouiso tamen, vt Rex parce huiusmodi concessione utatur, quia cum in altaris officio immoletur noster dominus Dei Filius Iesus Christus, qui conditor est lucis aeternæ, congruit illud non in noctis tenebris fieri, sed in luce. Dat. Laterani id. martij anno v.* Agit de hac legatione Crantzius, & tradit vocatum ad Lundensem archiepiscopatum regio studio Ysarnum postea ab ea ecclesia quam vitio erat consecutus ad Salernitanam traductum. b

11 Infestantibus per ea tempora infidelibus Christianos Estoniæ, qui Daniæ Regi erant obno-



xij, & Bonifacius Rigensi archiepiscopo, & Tharbacensi Ofsiliensique episcopis prouinciam iniunxit a, vt Danis contra barbaros pugnaturis operam omnem, ac studium explicarent, nec religionem Christianam labefactari in ijs regionibus patenter.

*Venerabilibus fratribus Rigensi archiepiscopo, & Tharbacensi & Ofsiliensi episcopis.*

Paganorum horrenda perfidia, statui Christianæ religionis infesta, fidelium auida turbare quietem, contra magnificum principem Ericum Regem illustrem Daciæ ac vassallos eius in terra Estoniæ frequenter, sicut accepimus, ausibus contumeliosis insurgit, ipsos impugnare præsumens, & satagens exterminare vassallos, vt per eorumdem potentiam paganorum super terram, quod absit, nefarijs conatibus dilatetur. Quantum autem detestabile ac perniciosum existeret, quantumue Christianicis, & maxime vobis & alijs illarum partium in dispendium & opprobrium redundaret, si, quod auertat Altissimus, pagani prædicti præualerent ibidem, & innata nequitia venena diffunderent, circumspectio vestra neglectui non debet exponere; sed sic considerare prudenter, quod zelus amoris Domini, & cultus fidei Christianæ in vestris feruenter insidere præcordijs dignoscantur.

Quare fraternitatem vestram rogamus & obsecramus in Domino, per apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus efficacibus studijs, ac vijs & modis, de quibus expedire videritis, huiusmodi paganorum nefandis conatibus obuiantes, præfatis vassallis eiusdem Regis Daciæ pro defensione dictæ terræ Estoniæ, ac dilatatione fidei memoratæ in eis sic prudenter, sic efficaciter assistatis, quod per studia vestra fides & religio Christiana habebant inibi, diuini auxilij potentia suffragante, triumphum, vosque per hoc retributionis æternæ præmium, & laudis humanæ præconium consequi plenius valeatis, & constituatis Regem ipsum processu temporis in nostris beneplacitis debitorem. *Datum Laterani xv. kalend. aprilis anno v. ]*

12 Intulerant etiam infideles Vngariæ atrocissimas clades, ac florentissimum olim regnum in solitudinem redegerant: cuius funestum statum ira Pontifex in literis ad Gregorium Strigonensem archiepiscopum designatum, quibus adeptam ei dignitatem asserit, iubetque tot tantisque malis medendis incumbere, ita describit a: *Proh dolor! Dum in præsentiarum regnum ipsum, nimirum Vngariæ, respicimus, & miserabilem statum eius, & quantum a priori felici statu defluxit, & a statu cecidit glorioso, diligentius intuemur, formidamus merito, & valde timemus, ne regnum ipsum temporaliter in magna dispendia, & spiritualiter in magna pericula dilabatur: quibus nisi dextera Domini faciente virtutem, & per Apostolica sedis prouidentiam obuietur, regnum idem vix adiciet vt resurgat. Est namque circumdatum schismaticis, hereticis, & paganis, ac eorum incursum frequenter inuasum: numerositas populorum in ipso quodammodo ad pusillum gregem redacta: sedent quasi sola in eo nonnullæ ciuitates & loca, quæ olim populis erant plena, pluribus interemptis, & multis in captionem deductis. Hæc dum mente reuoluimus, & oculis magna compassionis aspiciamus, mouemur ad lacrymas, ad querenda remedia stimulamur, & surgere cogimur ad prouidendum, quod sepeditum regnum habeat bonum statum; maxime vt in fide catholica, & Aposto-*

*lica sedis reuerentia perseuerent, &c. Dat. Laterani v. kal. february anno v.*

13 Ad coniungendas aduersus religionis hostes in Vngaria Christianorum vires confirmandasque Bonifacius, cum alij Carolum Ladislai postremi Regis e forore adhuc superstiti proneptem, alij Andream Venerum remotiorem gradu ad solium vocarent, eam inijt concordia rationem, vt Carolum, Regem habendum censuerit a; Andrea vero regni Vngarici administrationem confirmarit b: quod facile ex literis ipsius colligitur, cum in ijs a Carolum Regis Vngariæ nomine exornet, Andream vero non Regem appellet, sed addat hæc verba: *Qui Rex Vngariæ nominatur*, atque a proceribus Vngaris illius imperia in regno administrando excipit iusserit, incussis etiam ijs censuris, si Andrea parere detrectassent. Quas cum Ioannes comes Castri Ferrei contraxisset, posceretque veniam, Pontifex Gregorius Strigonienfi partes dedit, vt illum censuris liberaret c.

*Electo Strigonienfi.*

Potresta nobis ex parte nobilis viri Ioannis comitis Ferrei castri Iauriensis diocesis, nati quodam Henrici Bani de Vngaria, petitio continebat, quod cum ipse olim venerabili fratri nostro Ioanni Auximano tunc episcopo & in partibus illis Apostolicæ sedis nuntio, fidem & deuotionem sanctæ Romanæ ecclesiæ debitam obseruare, cum reuerentia promississet; ita quod nulli tantquam Regi Vngariæ pareret, aut intenderet, seu obediret nisi destinato, seu approbato a sede prædicta; quia tamen obedientiam & reuerentiam Andrea, qui Rex Vngariæ nominatur, ignorans ipse regimen per sedem approbatam eandem, noluit exhibere, tam idem nobilis vir, quam sui complices & fautores per bonæ memoriæ L. archiepiscopum Strigonensem, & Tauriensem & Vvesprimiensem episcopos, ac alios suos suffraganeos fuerunt auctoritate ordinaria excommunicationis sententia innodati: quare ex parte ipsius nobilis fuit nobis humiliter supplicatum, vt sibi, & eisdem complicibus & fautoribus de absolutionis beneficio prouideri misericorditer faceremus. Nos igitur, ipsorum supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, per te vel per alium præfatos nobiles, complices, & fautores a dicta excommunicationis sententia ad cautelam iuxta ecclesiæ formam absolvas, iniungens eorum cuilibet, quod pro ipsorum salute tua discretio eis viderit iniungendum. *Dat. Laterani i. id. martij anno v. ]*

Excitum ab Vngaris Carolum, consentit Bonifacius d, quorum principes ait Ioannem & Henricum Banos fuisse, quos perperam coniuratos in Andream vocat, additque flagitantibus ijs a Pontifice Carolum Regem, in Cardinalium consistorio Vngaricam coronam illi adiudicatam, huiusque decreti auctoritate ipsum regni possessionem iniijle: *A Bonifacio, inquit. Pontifice maximo Carolum puerum per legatos exposcunt, Pontifex non solum procerum efflagitatione, sed instigante Sicilia Rege, qui hereditario iure per filium ad se regnum pertinere arbitrabatur, in medio senatu Carolum Caroli Sicilia Regis filium, vix annum adhuc natum undecimum, Pannonibus mittendum esse censuit: atque super hac re grauissimum apostolici senatus consultum factum est, cuius auctoritate Carolus anno salutis ducentesimo nonagesimo nono supra millesimū, viuentem adhuc Andrea Rege, in Vngariam venit. Erepto dein e viuis Andrea, maxima de regno Vngarico contentiones exarsere, cum finitimi*

Y y y

prin-

Discordia  
Andream  
inter &  
Carolus  
cõciliata

a Ep. 65.

b Ep. 92.

c Ead. ep.  
92.

Andreas  
vt regni  
Vng. admi  
nistrator,  
nō vt Rex  
a sede Ap.  
confirma  
tus.

Ioānes co  
mes Cas  
tri Ferrei,  
ob denega  
tum ob  
sequium  
censuris  
defixus,  
petita ven  
ia, absol  
uitur.

d Bonif.  
dec. 11. 69



principes illud exambirent: qua de re inferius. Nunc ad turbas Scoticas sermonem traducamus.

14 Mouebat in Scotiam magno armorum terrore Eduardus, vt illud regnum, quod Angliæ stipendiarium contendebat, suæ ditioni subiceret: captisque nonnullis oppidis, viros quosdam ecclesiasticos in carcerem compegerat, quorum aliqui ex incommodis, quæ erant passi, lucem reliquerant. Quæ res vbi ad Bonifacium peruenit, mox tuendi iuris pontificij, quod sedes Apostolica in Scotiam obtinet, cupidus, Eduardo prolixioribus literis ostendit, Scotiam Angliæ nullo modo stipendiariam esse: ac si aliqui principes, quibus regni erat commissa custodia, aliquid Scotiæ libertati contrarium tentassent, ea vt vi & metu, qui in constantem caderet, extorta penitus conuellenda ac labefactanda esse.

*Eduardo Regi Angliæ illustri.*

Scimus, fili, & longi iam temporis spatio magistra nos rerum experientia docuit, qualiter erga Romanam matrem ecclesiam, quæ te gerit in visceribus charitatis, regiæ deuotionis affectus exuberat, reuerentiæ zelus viget; quodque promptus, & sedis eius votis obtemperans, beneplacitis acquiescis: quamobrem firmam spem gerimus, plenamque fiduciam obtinemus, quod regalis sublimitas verba nostra benigne recipiat, diligenter intelligat, efficaciter prosequatur. Sane ad celsitudinem regiam peruenisse, & in tuæ memoriæ nequaquam ambigimus contineri, qualiter ab antiquis temporibus regnum Scotiæ pleno iure pertinuit, & adhuc pertinere dignoscitur ad ecclesiam supradictam, quodque illud, sicut accepimus, progenitoribus tuis regni Angliæ Regibus siue tibi feudale non extitit, nec existit; qualiter etiam claræ memoriæ Henricus Rex Angliæ pater tuus tempore discordiæ, siue guerræ inter ipsum, & quondam Simonem de Monteforti, suosque fautores, ac complices suscitata a recolendæ memoriæ Alexandro eiusdem Scotiæ Rege, ac ipsius Henrici genero auxilium sibi petijt exhiberi: & ne huiusmodi auxilium iure cuiuslibet subiectionis, aut debiti peritum seu præstitum notaretur; præfatus Henricus eidem Regi Scotiæ suas patentes duxit literas concedendas, per eas firmiter recognoscens, prædictum auxilium se recepisse, vel recepturum dumtaxat de gratia speciali.

Præterea cum successu temporis præfati Regis Scotiæ tui sororij, tunc viuentis, in tuæ coronationis solemnij habere præsentiam affectares, sibi per tuas patentes cauere literas curauisti, quod in ipsis solemnij eius habere præsentiam non ex debito, sed tantum de gratia intendebas. Et cum etiam Rex ipse pro Tyndaliæ ac de Peynerre terris in regno Angliæ positis, se ad tuam præsentiam personaliter contulisset, tibi fidelitatem solitam impensurus, idem in præstatione fidelitatis huiusmodi, multis tunc præsentibus, viua vocis oraculo publice declarauit, quod pro terris eiusdem sitis tantum in Anglia non vt Rex Scotiæ, neque pro Scotiæ regno fidelitatem exhibebat eandem; quinimo palam extitit protestatus, quod pro regno ipso tibi fidelitatem præstare, seu facere aliquatenus non debebat, vt pote tibi penitus non subiecto; tuque sic oblatam fidelitatem huiusmodi admisisti.

15 A tua quoque creditur non excidisse memoria, qualiter eodem Rege Scotiæ sublato de medio, quondam Margarita puella nepte tua, tunc minoris ætatis herede sibi relicta, non ad te, velut ad dominum regni peruenit custodia me-

morati, sed certi eiusdem regni proceres ad eius electi custodiam extiterunt: quodque postmodum, dispensatione ab Apostolica sede obtenta, super matrimonio contrahendo inter dilectos filios nobilem virum Eduardum natum tuum & Margaritam prædictam, dum viueret, tu ad id procerum dicti regni accederet, vel haberetur assensus, tu eisdem proceribus per tua scripta cauisse dignosceris, priusquam vellent huiusmodi matrimonio consentire, quod regnum ipsum penitus liberum, nullique subiectum, seu quouis modo summissum in perpetuum remaneret; quodque in pristinum seu talem ipsius statum restitueretur omnino, si ex huiusmodi matrimonio contrahendo liberos non extare contingeret, ac nomen & honorem vt prius pariter retineret, tam in suis sibi seruandis legibus, & præsciendis officialibus dicti regni, quam parlamentis tenendis, tractandis causis in ipso, & nullis eius incolis extra illud ad iudicium euocandis; & quod in tuis patentibus literis, inde confectis, hæc plenius & seriofius contineri noscuntur.

16 Præfata insuper Margarita de præsentibus luce subtracta, & tandem super successione ipsius regni Scotiæ suborta dissensionis materia inter partes, ipsius regni proceres, metuentes dictoque regno posse occasione huiusmodi præiudicium generari, non aliter ad tuam præsentiam extra ipsius regni accedere limites voluerunt, nisi per te patentibus scripto caueretur eisdem, quod id non fiebat ex debito, sed ex gratia speciali; quodque nullum exinde ipsius regni libertatibus posse descendium imminere. Et licet, vt dicitur, super statu eiusdem regni Scotiæ, ac eius partis habita, libertate, regno ipso tunc carente præsidio defensoris per ipsius regni proceres, tunc velut acephalos, & ducis vel auriga suffragium non habentes; siue per illum, cui præfati regni regimen, licet indebite, diceris commississe, contra morem solitum aliqua fuerint hæcenus innouata; ea tamen, vt pote per vim & metum, qui cadere poterat in constantem, elicitæ nequaquam debent de iure subsistere, aut in eiusdem regni præiudicium redundare.

17 Cæterum nobis nullatenus venit in dubium, quin potius certi sumus, quod cum Apostolicæ sedis præcellens auctoritas per tuas literas in Angliæ ac Scotiæ regnis simul alicui legationis committit officium exequendum, vel pro quauis causa, quam rationabilem reputat, decimæ solutionem indicit, huiusmodi apostolicæ literæ ad præfatum Scotiæ regnum se aliquatenus non extendunt; speciali prædictæ sedis priuilegio Scotis indulto penitus obistente, prout tempore felicis recordationis Adriani Papæ prædecessoris nostri, tunc Adriani diaconi Cardinalis, & per ipsius sedis literas simul in regnis ipsis legati, cum quo familiariter tunc eramus, contigit euidenter: nam legatus ipse ad præfatum regnum Scotiæ aliquatenus admissus non extitit, donec per literas apostolicas speciales sibi legationis fuit commissum officium in eodem.

Præterea nosse potest regia celsitudo, qualiter regnum ipsum per B. Andreæ Apostoli venerandas reliquias, non sine superni Numinis grandi dono, acquisitum & conuersum extitit ad fidei catholicæ vnitatem; qualiter etiam antiquis temporibus Eboracensis archiepiscopus, qui tunc erat, mota per eum super iure metropolitico aduersus prælatos Scotiæ quæstione, in qua dictum antiquitas fuisse commemorat: *Memento quod*

Cur Eduardus Angliæ Rex bellum Scotis intulerit.

Lib. 5. ep. 466.

Suscipit Scotorum causam Bonifacius atque Eduardus bello abstinere iubet.

Datæ eo argum. lit.

Scotiam antiquitus non Angliæ, sed Ap sedis beneficiam exponit.

Henricus Regem Eduardi parentem publicis literis factum, Scotos sibi non obnoxios.

Eduardus ipsum agnouisse Alexandrum ad clientis officia non teneri.

Sacramentum ab eodem pro ditione in Angliam sita, non pro Scotia accepisse.

Extincto Alexandro, regni custodiam non ab ipso, vt summo do minor, sed a Scotis suscepit.

In te do Eduardus Margarita, in vitam matrimonium non facit Angliæ præsentibus non est  
Substantia Margaritæ, propter rationem ab ipsa exceptam, quibus Scotiæ vultum  
Si quis uiam sita uerba vi & tuum confidit  
Romæ Pæfati cum Angliæ totum uariis ritibus tianis cionibus comiter.  
Scotiæ nescit liquet. Substantia ad hanc comitum  
Eboracensis archiepiscopus, qui tunc erat, mota per eum super iure metropolitico aduersus prælatos Scotiæ quæstione, in qua dictum antiquitas fuisse commemorat: *Memento quod*



sumus tuis; vt cetera quæ inde sequuntur silentio relinquamus, pro se sententiam obtinere nequirit; quamuis alia plura & varia, quæ in hac parte rationabiliter proponenda se offerunt, ex quibus etiam ad hæc tibi scribenda mouemur, prætereat calamus, ne inde forsitan sensibus regis tedium generetur.

18 Hæc profecto, fili charissime, infra claustra pectoris solcite considerare te conuenit, & attendere diligenter, ex quibus nulli in dubium veniat, regnū Scotiæ prælibatum ad præfatam Romanam ecclesiam pertinere, quod tibi nec licet, nec licuit in ipsius ecclesiæ ac multorum præiudiciū per violentiam subiugare, tuæque subijcere ditioni. Cum autem, sicut habet fide digna, & nostris iam pluries auribus inculcata relatio, famæque præcurrentis affatibus diuulgatur, tu præmissa, vt debueras, non attendens, neque debita consideratione disentiens; & ad occupandum & subiugandum, ditioni regiæ regnum ipsum, tunc Regis auxilio destitutum, vehementer aspirans, & tandem ad id exercens potentia tuæ vires; venerabilibus fratribus nostris Roberto Glasguensi, & Marco Sordensi episcopis, & nonnullis clericis, & alijs personis ecclesiasticis dicti regni, vt dicitur, captis & carceralibus vinculis traditis, quorum aliquos, sicut asseritur, squallor carceris violentus extinxit; ac etiam occupatis castris, & prout fertur, monasterijs, alijsque religiosis locis quampluribus dirutis seu destructis, ac damnis grauibus eiusdem regni habitatoribus irrogatis; in eiusdem regni partibus officiales regios posuisti, qui prælatos, ceteros clericos, & ecclesiasticas, ac etiam seculares personas dicti regni multimodis perturbare molestijs, & afflictionibus varijs & diuersis impetere non verentur, in diuinæ maiestatis offensam, sedis memoratæ contemptum, regiæ salutis & famæ dispendium, iuris iniuriam, & graue scandalum fidelium plurimorum.

Regalem itaque magnificentiam rogamus & hortamur attente, ac obsecramus in eo, qui est omnium vera salus, quatenus solerter attendens, quod ex debito pastoralis officij nostris humeris incumbentis, ad conseruanda & gubernanda, solcite bona iuraque omnia ecclesiæ supradictæ tenemur, quodque homini plusquam Deo deferre non possumus, nec debemus; prædictos episcopos, clericos, & personas ecclesiasticas, quos adhuc carcer regius tenet inclusos, pro diuinæ & Apostolicæ sedis, ac nostra reuerentia, sublato difficultatis & dilationis obiectu, benigne restitui facias pristinae libertati, dictosque officiales de regno Scotiæ reuoces memorato; sic te in ijs, prout speramus, & cupimus promptis, & efficacibus studijs habiturus, vt apud caelestem Regem pro minimis grandia rependentem, non immerito reddaris acceptior, gratior habearis, & præter laudis humanæ præconium, tibi proinde prouenturum, Apostolicæ sedis fauorem & gratiam possis vberius promereri. Si vero in eodem regno Scotiæ, vel aliqua eius parte ius aliquod habere te asseris, volumus quod tuos procuratores & nuntios, ad hoc specialiter constitutos, cum omnibus iuribus & munimentis tuis, huiusmodi negotium contingentibus, infra sex menses a receptione præsentium numerandos, ad nostram præsentiam mittere non omittas; cum parati sumus tibi, tamquam dilecto filio, plene super præmissis exhibere iustitiæ complementum, & si qua iura habes, inuiolabiliter obseruare. Nos enim nihilominus ex nunc lites, quæstiones, &

controuersias quaslibet inter te dictumque regnum Scotiæ, ac prælatos, clericos, & personas seculares eiusdem subortas; & quæ possunt in posterum ex quibusuis causis præteritis exoriri; totumque negotium prædicta contingens, aut aliquod eorundem; ad cognitionem, & determinationem sedis eiusdem præsentium tenore reducimus, & etiam reseruamus: decernentes irritum & inane, si secus scienter vel ignoranter a quoquam in hac parte contigerit attentari. *Datum Anagninæ v. kal. iulij anno v.*

19 Eodem argumento alias ad Cantuariensem archiepiscopum literas dedit, quibus Eduardum Regem monere iussit, vt prælatos & clericos vinculis relaxaret, suosque e Scotiæ administratos reuocaret; ac si aliquod in Scotiam ius obtinere contenderet, controuersiamue aliquam cum regno Scotiæ exerceret, causam apud sedem Apostolicam disceptaret.

*Archiepiscopo Cantuariensi.*

Frequens & inculcata fide dignorum assertio, ac famæ diuulgantis eloquium nostro patefecerunt auditui excessus, molestias, turbationes, damna, iniurias, & iacturas per charissimum in Christo filium nostrum Eduardum Regem Angliæ illustris, & officiales, ac gentem ipsius contra regnum Scotiæ ac prælatos, & clericos, & personas ecclesiasticas, religiosas & seculares; nec non ecclesias, monasteria, & alia religiosa loca, & habitatores ac incolas dicti regni, & bona eorum etiam attentata. Nosque nolentes, sicut nec debemus, talia sub dissimulatione transire, Regem ipsum per alias nostras, quas tibi mittimus, per te præsentandas eidem seriose hortamur literas, vt episcopos, clericos, & personas ecclesiasticas dicti regni, quos adhuc tenere dicitur captiuatos, restitui faciat pristinae libertati, & officiales reuocet, quos in eodem regno asseritur posuisse; quodque ad præsentiam nostram suos mittat procuratores & nuncios cum omnibus iuribus & munimentis suis, si crediderit in præfato regno, vel aliqua eius parte ius aliquod se habere; ac nihilominus lites, quæstiones, & controuersias quaslibet inter ipsum Regem, & prælibatum regnum Scotiæ, ac prælatos, clericos, & personas seculares eiusdem regni subortas; & quæ possunt in posterum ex quibuscumque causis præteritis exoriri, totumque negotium; ad decisionem & determinationem sedis Apostolicæ per dictas nostras reducimus literas, & etiam reseruamus; ac decernimus irritum & inane, si secus scienter vel ignoranter a quoquam in hac parte contigerit attentari. Quocirca fraternitati tuæ per apostolica scripta in virtute obedientiæ, & sub pœna suspensionis ab administratione spiritualium & temporalium districtè præcipiendo mandamus, quatenus præfatas literas nostras eidem Regi, sublato dilationis obstaculo, repræsentes: ac ipsam ad ea, quæ sibi scribimus, & vt nostris exhortationibus acquiescat, efficaciter animes & inducas. Diem quoque, quo sibi prædictas præsentaueris literas, & quicquid feceris, quidue ipse responderit, & fecerit in hac parte, nobis per tuas patentes literas harum seriem continentes fideliter & seriose intimare procures. *Dat. Anagninæ xv. kal. iunij anno v.*

20 Assert Vvestmonasteriensis b superiores Bonifacii ad Anglorū Regem datas literas, tum quas ad archiepiscopum Cantuariensem misit, tum eiusdem archiepiscopi ad Bonifacium scriptas, quibus demandatum sibi munus non sine multis laboribus, multa honoris & obseruantia significatione

Ep. 465.

Lit. ad Cantuar. archiep.

Vt mone-  
re eundē  
Regem  
sit iustus,  
ne vexat  
ret Scoti-  
am.Causam  
apud sub-  
stilla apo-  
stolica di-  
sceperet.bVvostm.  
Flor. hist.  
ad ann.  
1301.  
Porrecto  
Eduardo  
he lit. in  
Scotia a  
Cantuar.  
archiep.



Eduardi  
responsū.

Celebrati  
Lincolniæ  
ordinum  
conuētus.

Scotiam  
Angliæ ob  
noxiam  
esse contē  
dit Eduar.  
Rex.

Parta de  
hoste vi-  
ctoria ad-  
iunctam  
Angliæ  
Scotiam.

Ioannes  
Baliolus  
vinculis  
laxatus.

Exstat in  
archi-  
uolus A-  
driana &  
lib. priuile-  
Rom. eccl.  
10.2. pag.  
288. & in-  
ter collectā  
Plat. lib. I.  
pag. 264.

Ad Roma-  
ni Ponti-  
ficis pre-  
ces.

impleuisse ac Regem apostolicas literas exceperisse certiore facit. Addit auctor Regem, perlectis Bonifacii literis, archiepiscopo interpretis opera significasse, rem Scotiā, de cuius supremo domino agebatur, non tantum ipsum, sed vniuersos etiā Anglos attingere, proinde Pontifici sine procerum consilio respondere non posse; dein e Scotia reuocato exercitu Lincolniæ ordinum conuentum coegisse. Licet vero hunc conuentum anno tantū mccc. celebratum colligatur ex anno, qui regis & procerum literis ad Pontificem datis ascriptus est; ad prosequendam tamē institutam orationem, quid ex ijs procerum comitijs Bonifacio responsum sit, afferemus. In suis ergo literis Eduardus demonstrare nititur Bonifacio longa exemplorum inductione, ac serie Regum Scotorum, qui vetustis ac recentibus ætatibus clientum officia demisse Anglorum Regibus præstiterunt, Scotiam Angliæ stipendiariam esse: vltimum vero Scotorum Regem Ioannem fidei sacramento pariter se ipsi obtinuisse, violataque postea fide in Angliam hostili furore excurrisse, inter cætera immania flagitia natos cum puerperis trucidasse, ac ducentos infimæ ætatis clericos inclusos flammis dedisse: plura alia scelera Scotos in ipsum molitos; demum se felicem victoriam de Scotis retulisse, regnumque illud cedente sibi Ioanne vt supremo domino, Angliæ adiunxisset: cæterū postea, si qui præfules ac proceres Scotiæ rebellauerunt, se tamquam ipforum Regem vltionem de perduellibus expetiisse, ac iura regia exercuisse. Adijcit auctor, Eduardum ad ea, quæ scripserat Bonifacius, vt si ius aliquod in Scotiam obtinere contenderet, illud coram sede Apostolica disceptaret, non respondisse; sed proceres literas, quas ille affert, dedisse. In quibus, Scotiam Angliæ non alteri cuiquam fiduciario iure deuictam contendunt, Regesq; Angliæ coram nullo principe, ecclesiastico vel seculari in iudicium descendere teneri, ac si procuratores ad sedem Apostolicam ob id mitterentur, regni libertati detractum iri: nec etiam si Rex rem adeo nouam tentaret, ipsos vnquam passuros. A quo etiam Eduardus alienum se ostendit, dum literarum titulo hæc præfixit: *Infra scripta non in forma nec in figura iudicij, sed omnia extra iudicium.*

21 Cæterum Eduardus Ioannem Baliolum olim Regem Scotiæ ad pontificias preces custodia laxauit, atque episcopi Vicentini Apostolicæ sedis nuntij potestati permisit. Baliolus vero grauissimo iureiurando se obstrinxit, e loco, in quo versaretur, designato sine Pontificis voluntate non discessurum, ne si abiret in Scotiam, noua bella cōcitaret. Qua de re subiectæ tabulæ editæ fuere.

*Instrumentū obligationis domini Ioannis de Baliolo, dicti Regis Scotiæ, de parendo nuncio Papæ propter causam, pertinentem ad ipsum & Eduardum Regem Angliæ, a quo fuerat intersectione sedis Apostolica ipse Ioannes liberatus.*

*In nomine Domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione duodecima, die decima octaua mensis iulij, pontificatus domini Bonifacii Papæ VIII. anno quinto, in presentia reuerendi patris domini R. Dei gratia episcopi Vicentini Apostolicæ sedis nuntij, presentibus venerabili patre domino Ioanne episcopo Carcaffonensi, & magnifico viro domino Iacobo de Castelione, domino de Leussa et de Condeto, ac domino Petro de Bellapertica canonico Bituricensi nuncijs excellentissimi domini Philippi Regis Franciæ illustris; nec non in presentia mei notarij, & testium*

*scriptorum constitutus magnificus vir dominus Ioannes de Baliolo, dictus Rex Scotiæ; afferens se libere & libere assignatum ob reuerentiam sanctissimi patris domini Bonifacii summi Pontificis ex parte excellentissimi domini Eduardi Regis Angliæ illustris in manibus, potestate, & arbitrio dicti domini episcopi Vicentini, vel alterius ab ipso domino Papa super hoc mandatum habentis; & ire cum dicto episcopo Vicentino, vel cum alio, vel alijs, prout dictus dominus episcopus Vicentinus ordinabit eidem semel & pluries; ac stare & manere in loco seu locis, in quo vel quibus dictus dominus episcopus Vicentinus cum manere, ac stare duxerit ordinandum; & non recedere aliquo modo vel causa ab ipso domino episcopo Vicentino, vel ab alio seu alijs, vel a loco seu locis in quo vel quibus positus esset per eum, vel sibi mandaretur, quod stare sine specialia eiusdem domini episcopi Vicentini licentia et assensu, vel alterius, qui super hoc haberet cum vera bulla dicti domini Papæ speciale mandatum, donec dictus dominus Papa de persona ipsius aliter duxerit ordinandum.*

*Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis, & adimplendis dictus dominus Ioannes, dictus Rex Scotiæ, in manibus dicti domini episcopi Vicentini recipientis, vt dictum est, submisit & obligauit sponte & libere personam suam, & omnia bona sua, iura, et actiones presentia et futura, vbi que sunt vel esse possent, specialiter Romana ecclesia et dicto domino Papæ; ita quod si prædicta omnia et singula non fecerit, et non obseruauerit plene, vt dictum est, nomine pœna omnia bona sua, vbi que sunt vel essent, deueniant ipso facto in ius et potestatem dicti domini Papæ, et sint Romana ecclesia confiscata, et contra personam suam procedatur, et procedi possit tamquam contra peruerum, contumacem et inobedientem Romana ecclesia, et dicti domini Papæ. Insuper ad maiorem firmitatem omnium premisorum dictus dominus Ioannes, dictus Rex Scotiæ, iurauit ad sancta Dei Euangelia omnia et singula supra scripta, vt dictum est, facere et inuolabiliter obseruare. Actum apud V. vijant de regno Francia supra mare in hospitio Ioannis Steuari, etc. Adiecta sunt testium nomina, quæ præmittimus. At de his satis: nunc quæ ad iura ecclesiastica in cæteris regnis asserenda Bonifacius præstiterit, prosequamur.*

22 Opprimente Cameracensis ecclesiæ iura Roberto comite Atrebatensi, Pontifex illum mouit, vt controuersiam apud subfellia Apostolica disceptaret.

*Comiti Atrebatensi.*

Querelam grauem Cameracensis ecclesiæ, dolore non vacuam, sed suspirijs plenam, & onustam dispendijs, non sine amaritudine cordis recepimus continentem, quod tu non contentus proprijs limitibus, & finium tuorum prædecessorum transgressor, partem Cameracensis ciuitatis ad ipsam ecclesiam proculdubio non solum spiritualiter, sed pleno iure etiam temporaliter pertinentis, quam tunc ipsa, prout est notorium, possidebat ecclesia, sicut & ante possederat a tempore, cuius non existit memoria, inuasisti, occupasti violenter, & detines occupatam: propter quod ecclesia sæpessata a nobis suppliciter petijt, vt opportunum contra hæc adhibere remedium dignaremur.

Nos igitur qui quanto te synceriori diligimus charitate, & amore intimiori prosequimur, tanto affectione desideramus maiori, quod erga ecclesiam efficiaris deuotior, crescas virtutibus, & pijs actionibus amplieris, vt Deo gratior reddaris



& nobis, volentes sic benigni patris morem tenere, quod iusti iudicis non deseramus officium; nobilitatem tuam rogamus, hortamur in Domino, & paterne monemus, quatenus partem eandem liberam memorata dimittens ecclesie, ipsam ulterius non molestes, vel turbes, aut quoquo modo impediās, quo minus quiete & pacifice illam possideat sicut prius: ac deinde, si quod ius in ea forte præterendis habere, illud contra eandem ecclesiam coram nobis, tibi paratis iustitiam reddere, prosequaris; non tua auctoritate id facias, quod recti vigore iudicij consequi te oportet. Quod si huiusmodi rogationibus, exhortationibus, & monitis nostris salubribus exauditionis forsitan aures, charissime fili, quod absit, te non præbere contigerit, damus, quia sine Dei offensa hoc præterire non possumus, dilectis filiis S. Martini Tornacensis, & S. Sepulchri Cameracensis, ac de sancto Amando in Pabula Tornacensis diocesis monasteriorum abbatibus per nostras literas in mandatis, quod te peremptorie citare procurent, vt per te vel procuratorem idoneum sufficienter instructum cum omnibus iuribus, & munimentis tuis, huiusmodi negotium contingentibus, compareas coram nobis, facturus & recepturus super ijs, quod ius dictauerit, & ratio suadebit. *Dat. Laterani xvi. kal. ianuarij anno v. ]*

23 Occuparat etiam Galliarum Rex Rhemensis ecclesie bona, cum post episcopi obitum ea custodienda accepisset, eaque electo nouo Roberto e Cortiniaco, quæ sitis inanibus fucis, restituere recusat: quem Bonifacius, quantam nomini suo labem eo facto aspergeret, ac malum pro acceptis ab ecclesia beneficijs gratiam reponeret, mouit a.

*Charissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri.*

Angit nos, fili charissime, stimulatque perpenus mentem nostram præcordialis & affectuosa dilectio, qua personam tuam præcipua fauoris prærogatiua prosequimur, & a longis sumus temporibus prosecuti, vt ab ijs, quæ tuæ salutis augmentum impediunt, honori regio derogant, tuæque famæ obnubilant claritatem, curiosa reuocare solertia studeamus, vt quemadmodum in orbem terrarum dignitatis altitudine promines, sic & prorutes excellentia meritorum. Habet siquidem fide dignæ relationis assertio, quod pridem Remensis ecclesia per obitum bonæ memoriæ Petri Remensis archiepiscopi solatio destituta pastoris, temporalia bona, redditus, & proventus, ad Remensem archiepiscopum, qui est pro tempore, spectantia prætextu guardiæ, custodiæ, seu regalium capta, percepta, & detenta per officiales tuos nomine regio extiterunt: & licet ex parte dilecti filij Roberti de Cortiniaco, quem dilectus filius præpositus, decanus, & capitulum eiusdem ecclesie ad ipsius regimen vnanimiter & concorditer elegerunt, post huiusmodi electionem ipsius cum instantia supplicis fueris requisitus, vt regali amota custodia siue guardia, mandares & faceres huiusmodi temporalia reddi sibi, vt potest cui ecclesie prædictæ in spiritalibus & temporalibus administratio erat a iure concessa; tu tamen inductus, vt creditur, consilij aliquorum id efficere distulisti, non sine graui electi memorati, & ecclesie Remensis dispendio, iuris derogatione non modica, magnoque libertatis ecclesiasticæ detrimento.

Profecto non sunt hæc, quæ pro multis, & magnis per nos impensis tibi gratijs te putauimus

Gallicanis ecclesijs munera impensurum; non vtquam talia de regali credidimus gratuitate manare, quæ Deum proculdubio prouocant, & homines scandalizant. Non ex ijs, vel alijs ecclesiarum grauaminibus, & pressuris gloriosi sunt tui progenitores effecti; sed ex munificentijs, & gratiarum actionibus, quibus Deum in ecclesijs, & personis ecclesiasticis honorarunt. Non reprobant hæc nobis nuntij tui, pro tempore diebus nostris ad sedem Apostolicam destinati. Quis princeps regnans in orbe terrarum laudabile ministrabit exemplum, si tu, progenitorum tuorum gesta salubria deserens, reperiaris ecclesiasticæ libertatis infractor, quam totis deberes viribus præteriri? Quis diu sine tribulatione regnabit, qui se adeo ecclesijs exhibebit infestum, quod sanctorum patrocinijs efficiatur indignus? Ex ijs quippe, fili, dolemus: & tu sine dubitatione formides quod, nisi a talibus debita prouidentia respicias, nec te Dominus permittet impunem, neque nos ea poterimus æquanimiter tolerare.

24 Cum itaque, sicut regalibus sublimitas non ignorat, Apostolicæ sedis consueta benignitas, quæ veluti pia mater bona & iura quarumlibet; præsertim Remensis ecclesie supradictæ, quæ eidem sedi se obedientem exhibuit & deuotam; plenius fauoribus prosequi & tueri solite non desistit, huiusmodi negotium potissime cordi gerat; celsitudinem regiam rogamus & hortamur attente, tibi que paternis affectibus suademus, quatenus tanquam princeps catholicus & de domo Christianissima & deuotissima procreatus, quid tuæ salutis, tuoque honori expediat, sollicita consideratione discutias, et persuasionibus nostris, quæ de sinceri pectoris archiuo profiliunt, promptis affectibus acquiescas; & prudenter attendens, quod bonorum ecclesiasticorum custodia siue guardia, quocumque nomine nuncupetur, vacationum ecclesiasticarum tempore pro vtilitate ipsarum ecclesiarum extitit introducta & per ecclesiam tolerata, debetque cessare postquam vacans ecclesia habet personam legitimam, cui bonorum ecclesiasticorum administratio canonice est permissa; ita quod nec prætextu regalium, vel custodiæ, siue guardiæ persona laica, cuiuscumque foret eminentiæ siue status, administrare potest in illis, prouentusque percipere, seu temporalia bona tenere; de prouentibus seu fructibus, per officiales tuos perceptis a tempore, quo dictus electus in concordia petijt temporalia sibi reddi, tu hanc custodiam, seu guardiam amoueri vsque ad tempus, quo idem electus, in nostra præsentia constitutus, omne ius, si quod sibi fuerat ex huiusmodi electione quæsitum; pure ac libere in nostris manibus resignauit, plenam satisfactionem impendi facias electo prædicto, de quo post huiusmodi resignationem prouidimus Rhemensis ecclesie memorata, ipsumque illi præfecimus de fratrum nostrorum consilio in archiepiscopum & pastorem; illam in ijs efficaciam impensurum, vt apud æterni Regis clementiam, per quem terrenorum principum solia gubernantur, de bono semper in melius reddaris acceptior, tuæque deuotionis sinceritas plenius occurrat laudibus attollenda, & regie famæ præconium apud fideiolum populis gloriosis proficiet incrementis. *Dat. Laterani v. kal. maij anno v. ]*

Prætere Dolens episcopo a, & Guidoni comiti S. Pauli, qui apud Regem multum gratia & auctoritate poterant, scripsit, vt ipsius animam ad id inclinarent. Iniunxit b etiam præ-

Grauissimis verbis a Bonifacio corripitur.

Accepta in regiam clientelâ vacante ecclesia, bona electo restituenda.

e Ep. 152. b Ep. 65 c reg. post eand. ep.



preposito, decano, & canonicorum collegio, abbati monasterij S. Ioannis Senonen. priori S. Maurij Rhemen. vt Roberto Cortiniaco possessiones illius ecclesie restituenda curarent. Commendauit alijs literis a eidem Regi, atque episcopo Dolensi archiepiscopum Rhemensem, quē, licet suo in eam ecclesiam iure cessisset, ex sacri tamen senatus consilio ob egregias virtutes illi ecclesie apostolica auctoritate ait prefecisse: *Sicut regiam credimus non latere notitiam, vacante pridem Remensi ecclesia per obitum bonae memoriae Petri Remensis archiepiscopi, dilectus filius Robertus de Cortiniaco per dilectos filios praepositum, decanum, & capitulum ipsius ecclesiae unanimiter & concorditer ad eiusdem ecclesiae regimen fuit electus. Qui huius electioni consentiens, ad Apostolicam sedem, vt tenebatur, accessit pro confirmatione electionis huiusmodi obtinenda. Verum electus ipse, postquam se se nostro praesentauit aspectui, ductus saniori consilio, ex certis considerationibus omne ius, quod sibi fuerat ex huiusmodi electione quasitum, sponte ac libere in nostris manibus resignauit. Nosque huiusmodi resignatione recepta, demum grandibus suae meritis probitatis, ipsius nobilitate magnifica, & potissimum excimia deuotionis affectum, quo ad Romanam ecclesiam, matrem eius, & dominam, & ad domum regiam, de qua processit, seruere dignoscitur, in debitam consideratione in adductis; quamuis vt praemittitur, resignasset, de ipso memorata Rhemenensis ecclesiae, de fratrum nostrorum consilio prouidimus, eumque illi praefecimus in archiepiscopum & pastorem; regiam in hoc intendentes honorare personam, & rem regio gratam animo promouere. Addit preces vt benigne eum excipiat ac diem ipsi ad clementis sacramentum nuncupandum extrahat.* Dat. Laterani xv. kal. maij anno v.

25 Monuit quoque eundem Regem b, qui prarogatiuis a sede Apostolica concessis abutebatur, atque opes ecclesiasticas in rem suam auertebar, vt administratorum in clerum impune grassantium licentiam coerceret.

*Charissimo in Christo filio Philippa Regi Francorum illustri.*

Dudum celsitudini tuae, propter imminentis tunc tibi & regno tuo intrinsecae guerrae periculum pro salubri defensione intrinseci status eiusdem regni, quod sedes ipsa velut hortum conclusum, in quo diuinus cultus praeteritis temporibus viguit, inter singula regna mundi dilexit, & diligit; omnes fructus, redditus, & proventus, & obuentiones quaslibet primi anni omnium praepositorum, decanatum, archidiaconatum, & aliarum dignitatum ecclesiasticarum; archiepiscopalibus, episcopalibus, ac monasterijs seu abbatijs dumtaxat exceptis; & praebendarum & beneficiorum omnium, quae in regno, ipso dicta guerra durante, vacare cotingeret; in imminentium tibi expensarum subsidium duximus concedendos, prout in literis seu priuilegio, super hoc celsitudini tuae concessis, plenius continetur. Verum diuersas postmodum & luctuosas ecclesiae Gallicanae querelas accepimus, quod multa & grandia, quinimo intolerabilia grauamina praetextu concessionis huiusmodi ecclesijs & personis ecclesiasticis, tam regularibus quam secularibus, dicti regni per executores tibi datos a nobis, vel per subdelegatos ab eis, siue per seculares baliuos, officiales, & ministros regios huiusmodi priuilegij plus debito extendentes in diuersis casibus; & maxime quando per huiusmodi executores vel subdelegatos inuocatur super ijs auxilium brachij secularis; illata

dicuntur haecenus, & quotidie grauius irrogari, &c. Dat. Laterani v. kal. february Pontificatus nostri anno v.] Ad haec tollenda mala plura a Pontifice sancita sunt a; sed regij administri, qui opibus Crucifixi inhiabant, in spoliandis ecclesijs persistere; ad quos demum reprimendos, Bonifacium celebrare concilium meditatam visuri sumus. Nunc captam orationem prosequamur.

Tutus etiam est Pontifex Appamiensem ecclesiam; cumque Rogerium Fuxi comitem, qui urbem suae ditioni obnoxiam contendebat, praeteritorum scelerum poeniteret, censuris, quibus deninctus fuerat, liberari, atque interdictum solui iussit b, modo sacramento se obstringeret, ex episcopi conscientia ac iudicio iniurijs illatis satis esse facturum. Dictas etiam pro compendia controuersia ab arbitro leges confirmauit, quae in hanc sententiam sancita fuere: obtineret comes urbis arcem cum illius propugnaculis; episcopus vero turrim nouam, quae munitissima erat, teneret; praeterea die S. Antonini sacro, qui mense septembri recurrit, episcopus in arce vexillum ecclesie in supremi dominij signum collocaret ac praefidiario milite muniret, cui comes comiteus daret; clientis etiam officia exhiberet idem comes, amborumque nomine dirimendis causis praeficeretur iudex, & vtriusque nomine atque auctoritate leges promulgarentur; ita tamen, vt episcopus prior appellaretur, & obuentiones omnes ac proventus ex aequo diuideretur: ad qua compendanda comes possessionem, quae mille librarum Turonensium vestigal afferret, episcopo refundere teneretur: in quo paciscendo foedere si quod vitium subesset, illud apostolica auctoritate Pontifex suppleri iussit.

26 Dedit similem operam Bonifacius c, vt Azo & Franciscus Atestini marchiones munitum Argenta oppidum, ab ipsis Rauennati ecclesiae praereptum, restituerent: qui si detrectarent iussa apostolica, remota prouocationis mora Rogerio capellano Pontificio ipsorum ditionem interdicto percellere imperauit. Cum vero Atestini dolere decreta apostolica eludere molirentur, ijs minas intentauit, ni excurrente viginti dierum spatio oppidum restituerent; se Faentino prouinciam traditurum, vt subiectas ijs poenas incutiat: *Ad excommunicationis in personas, ac in terras vestras, seu vestrae vel eorum subiectas regimini interdicti; ac etiam omnium feudorum, priuilegiorum, indulgentiarum, & impunitatum, cunctorumque honorum & iurium, quae ab eadem Romana seu Rauennate, & alijs seruatis & habetis ecclesijs, priuationis sententias siue poenas auctoritate nostra, appellatione remota, procedat; & alias spiritualiter & temporaliter, prout iustitia suadebit.* Quo argumento Faentino episcopo d iisdem poene conceptas verbis, Reginensibus, Mutinensibus, ac Ferrariensibus literas misit.

27 His minis percussis in Pontificis obsequium supplices procubuere, arcemque dedituros, atque in omnibus parituros spondere: quare Bonifacius Patuino & Ferrariensi episcopis significauit f, quid de ea arce statuisset.

*Venerabilibus fratribus Paduano, Ferrariensi, & Reginensi episcopis.*

Contra nobiles viros Azonem & Franciscum fratres, marchiones Estenses, occasione seu praetextu castri Argenta Rauennatensis dioecesis, quod Rauennatis ecclesiae fore dignoscitur; & ad Rauennatensem archiepiscopum, qui est pro tempore, pleno iure spectare, tam nostra quam ve-

Ep. 149. Robertus electus ubi cessisset iure adeptus a Pontifice Rhem. sed iudici praeficitur. Commendatix ad illius gratiam literar.

Ed. h. Repetita ad Philipp. Bonifacij monita.

De commendis administratorum in ecclesijs grassationibus.

Ep. 149. Robertus electus ubi cessisset iure adeptus a Pontifice Rhem. sed iudici praeficitur. Commendatix ad illius gratiam literar. Ed. h. Repetita ad Philipp. Bonifacij monita. Objecta imperia (peruenibus etc. furz. Ep. 11. Ad p... licitas v... flexi. e. Reg... post ep... f. Ed. h. ep. cur...



nerabilis fratris nostri archiepiscopi Rauennaten-  
sis auctoritate, vt asseritur, diuersi habitus sunt pro-  
cessus, excommunicationis, & interdicti, priua-  
tionis iniuriam iurisdictionis & bonorum senten-  
tias contumaces & multas; ac etiam propter hoc  
ad Apostolicam sedem appellationes aliquæ inte-  
rictæ.

Verum quia marchiones ipsi saniori ducti  
consilio, prout nobis est oblatum \* sunt super  
negocio dicti castri Argentæ se nostris beneplaci-  
tis coaptare; nos super hoc taliter providere volen-  
tes, quod & dicta ecclesia Rauennas seruetur in-  
demnis, & marchiones prefati caterique fideles  
ecclesiæ illarum partium per castrum ipsum lædi  
nequeant vel offendi; fraternitati vestræ presen-  
tium tenore mandamus, quatenus vos, vel duo,  
aut vnus vestrum marchiones eisdem ex parte  
nostra moneatis & inducatis attente, ipsisque  
præcipiatis districte, vt roccam & fortellitias præ-  
fati castri Argentæ, ipsumque castrum cum suo  
territorio & districtu, ac homines & habitatores  
ipforum nomine nostro & Romanæ ecclesiæ pon-  
nant in manibus & posse dilectorum filiorum  
Ponsardi militis & Manneæ mercatoris de do-  
mo Pulicum de Florentia, per eos communiter,  
vel per alias personas idoneas & fideles, ad hoc  
deputandas, ab ipsis eodem nomine custodienda  
vsque ad sedis Apostolicæ beneplacitum &  
mandatum; præstito vobis, aut vestrum alicui, vel  
aliquibus, nostro & earundem ecclesiarum no-  
mine recipientibus ab eisdem Ponsardo & Man-  
neæ corporaliter iuramento, quod ipsi iuxta  
præmissum modum prædicta fideliter, & legaliter  
custodiant & teneant. Quod si alterum eorum-  
dem Ponsardi & Manneæ interim præmori forte  
contigerit, volumus vt superstes huiusmodi cu-  
stodia & retentionis officium totaliter exequatur.  
Quibus, vt præmittitur, adimpletis, eadem  
auctoritate nostra præmissas excommunicationis  
& interdicti, & quasuis alias spirituales &  
temporales sententias, pœnas, seu multas con-  
tra dictos marchiones, & quaslibet alias personas,  
& quæcumque ciuitates, castra, vel loca prolata  
occasione præmissa; sine difficultate qualibet  
relaxetis.

Nos autem homines & habitatores dicti ca-  
stri ex nunc absoluius auctoritate præsentium,  
a quibuscumque promissionibus, obligationibus,  
& fidelitatis iuramentis, & homagij quæcumque  
firmitate vallatis, marchionibus ipsis, aut eorum  
alteri, alij, vel alijs pro eisdem vel eorum altero  
præstitis siue factis. Ipsius quoque Ponsardo & Man-  
neæ damus per alias nostras literas in mandatis,  
vt roccam, & castrum, ac alia supradicta recipiant,  
teneant, & custodiant, vt est dictum, nec illa in  
manus vel posse præfati archiepiscopi, aut alicuius  
alterius ponant, seu poni faciant, vel permittant  
sine nostro & sedis eiusdem mandato & licentia  
speciali. Super ijs autem, quæ circa præmissa duxeritis  
exequenda, confici faciatis publicum seu publi-  
ca instrumenta, illud vel illa nobis, retentis penes  
vos simili vel similibus, per fidelem nuncium trans-  
missuri, ac rescripturi nihilominus per vestras li-  
teras, harum seriem continentes, quicquid in  
præmissis duxeritis faciendum. *Dat. Anagnia xv.  
kal. septembris anno v. J.*

28 Compositum a etiam Pontificis opera  
bellum est, quod diu ab Estensibus, Mutinensibus,  
alijsque federatis ciuitatibus cum Bononien-  
sibus gestum fuerat: qua flagrante discordia cum  
Bazanum & Saugnanum, Mutinensium quidem

ditionis, sed a Bononienibus occupata essent, nec  
ob proxima locorum intervalla Bononientes, qui  
hostilibus inde eruptionibus facile patuissent, ad  
ea restituenda adduci possent; electus contro-  
uersæ arbiter Bonifacius, ita rem diremit a: ea  
munita oppida cum omnibus ad ea spectantibus  
tenerent Bononientes; sed Mutinensibus im-  
perandam ab ipso pecuniam refunderent. Ad  
conficiendam illud fœdus, Florentinos, qui ami-  
cicia cum Mutinensibus & Bononienibus con-  
iuncti erant, studium nauasse scribit Villanus b:  
traditque eodem anno Genuenses & Venetos, qui  
adeo atrociter, vt antea vidimus, mutuis armis se  
attriuerant, ad pacem adductos c. Confecere  
quoque Genuenses cum Pisanis pacem, quæ diutur-  
no bello, quod annos septendecim tenuerat, ac  
Pisanorum res pene euerteterat, finis impositus.  
Inter cæteras porro leges scribit auctor d, Pisanos  
partem Sardinia & Corsica Genuensibus ces-  
sisse, & cum tremibus ad bellum adornatis nau-  
igare prohibitos fuisse. Confirmant literæ apo-  
stolicæ e Pisanos cum Genuensibus pacem inijsse:  
concessit enim illi reipub. præteritis bellis ex-  
haustæ, vt ecclesiastici illi pecuniarum subsidia largi-  
rentur.

*Venerabili fratri archiepiscopo Pisano, et dile-  
cto filio plebano de Subiliano Lucana diocesis.*

Dum intra nostræ mentis perscrutamur ar-  
cana, grandis deuotionis affectum, quo dilecti filij  
consilium & commune ciuitatis Pisana nobis pru-  
dentius adhæserunt, paterno desiderio ducimur,  
vt more pij patris eorum necessitatibus consulen-  
tes, honestate præuia, fauorabiliter ipsorum pe-  
titionibus annuamus, vt eo amplius ipsorum deu-  
otio erga nos & Romanam excrescat ecclesiam,  
quo ipsi plenius nostrum nouerint sibi adesse fa-  
uorem.

29 Sane pro parte eorumdem consilij, & com-  
munis nuper nobis extitit cum instantia suppli-  
catum, vt cum de grauibus guerrarum, & discor-  
diarum discriminibus ab olim inter ipsos ex parte  
vna, & dilectum filium commune ciuitatis Ge-  
nuensis ex altera, procurante inimico humani ge-  
neris pacis æmulo malorum satore, suscitatis, ex  
quibus personarum pericula, & damna rerum  
plurima prouenerunt, nuper ad treguarum fœde-  
ra, faciente Domino, sit deuentum; ac tam pro-  
pter huiusmodi discrimina, damna, & pericula,  
quam ob treguas prædictas graues ipsi consilium  
& commune Pisanum labores sustinuerint, sum-  
ptusque fecerint, & importabilem ferè subierint  
sarcinam debitorum; ac ad eius ferendum onus  
commune ipsum insufficiens quasi omnino reddat-  
ur, & impotens, nisi ei ad id cleri, ciuitatis, & dice-  
cesis Pisanorum charitativa subuentio suffragetur,  
licentiam ipsi clero super hoc concedere digna-  
remur.

Nos itaque, prædictis consilio & communi Pi-  
sano paterno super ijs compatientes affectu; &  
attendentes, quod in præmissis cleri eiusdem in-  
parte interesse versatur, vt dum in dicti commu-  
nis communicat prosperis, humanitate grata par-  
ticipet in aduersis, de discretione quoque vestra  
gerentes fiduciam in Domino pleniorum; conced-  
dendi licentiam liberam eidem clero tam religio-  
forum quam secularium, prælatis videlicet ac re-  
ctoribus vniuersis ecclesiarum, ac monasteriorum,  
aliorumque locorum ecclesiasticorum, exempto-  
rum & non exemptorum, & eorum conuentibus  
& capitalis prædictarum ciuitatis, & diocesis, ac  
districtus etiam ciuitatis eiusdem, quod possint,  
quod-

Electus  
controuer  
sæ arbiter  
Bonif.

a Ead. ep.  
Bononi-  
enses, reten-  
tis castris,  
alia pari  
pretio re-  
fundere  
iussi.  
b Io. Vill.  
l. 8. c. 28.

c Ib. c. 27.  
Sardinia  
& Cors.  
partem Ge-  
nuensibus.  
Pisani di-  
mittunt.

d Io. Vill.  
vbi sup.  
c. 30.

e Lib. 5.  
ep. 397.

Pontificis  
partibus  
adhæse-  
rant.

Flagitans  
a Bonifa-  
cio, vt nõ  
nulla a cle-  
ro subfi-  
dia exige-  
rent.

Permisse  
Pont. pu-  
blica rei  
studio.



quodque etiam vos possitis dare ac præstare ipsi communi Pisano hac vice pecuniarium moderatum subsidium; dummodo vos, & ipsi hoc feceritis voluntarij, non coacti, nec vllus pro parte dicti communis super hoc motus coactionis directe vel indirecte interueniat, vel seruetur; & eidem communi Pisano, quod subsidium ipsum per se vel officiales suos licite recipere valeat pro prædictis, constitutione nostra, quæ huiusmodi subsidiorum præstationem inhibet, seu qualibet alia contraria non obstante; vobis & cuilibet vestrum concedimus plenam & liberam auctoritate præsentium facultatem, præsentibus post triennium minime valituris. *Dat. Laterani non. decembris anno v. J*

Cæterum cum vacasset Pisana ecclesia, Theoderico, qui magna cum laude illi præfuerat, ad Cardinalitiam dignitatem excito, Bonifacius ad eam sedem Ioannem ordinis Prædicatorum hoc anno euexit, subiecto ad ipsum dato diplomate a.

*Bonifacius &c. Ioanni archiepiscopo Pisano.*

Pisana ecclesia per promotionem dilecti filij nostri Theoderici tituli S. Crucis in Ierusalem presbyteri Cardinalis ad apicem Cardinalatus assumpti, quem olim eidem ecclesiæ, tunc per obitum bonæ memoriæ R. Pisani archiepiscopi pastoris solatio destituta, præferamus in archiepiscopum & pastorem, vacante; nos de ipsius ecclesiæ Pisane ordinatione ceteri, ne diu viduitatis subiaceret incommodis, sollicitè cogitantes; ac cupientes, illum eidem ecclesiæ per nostræ prouidentia studium pontificem præsidere, de quo certam haberemus notitiam, & quod ipsum clara meritum suorum insignia redimirent, nec dubia esset ipsius charitas erga plebem suo regimini commendandam, & in cuius fide fida recumberet securitas subditorum; ad personam tuam, generis nobilitate conspicuam, literarum scientia, munditia vitæ, religionis obseruantiam, ac honestate morum, & alijs virtutibus decoratam direximus aciem nostræ mentis: teque, ordinis fratrum Prædicatorum professorem, de fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, eidem ecclesiæ Pisane præfecimus in archiepiscopum & pastorem; ipsius curam & administrationem plenariam tibi spiritualiter, & temporaliter committendo: tibi que subsequenter per venerabilem fratrem nostrum M. Portuensem episcopum munus consecrationis impendi, ac postmodum per dilectum filium nostrum Matthæum S. Mariæ in porticu diaconum Card. pallium de corpore B. Petri sumptum, plenitudinem videlicet officij pontificalis, a te cum ea, qua decuit, instantia postulatam, fecimus exhiberi, vt vtaris eo infra ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimentur in priuilegijs ei ab Apostolica sede concessis. *Dat. Laterani iv. idus*

*februarij anno v. J*

30 Confirmavit etiam electionem Leonardia, qui ad ecclesiæ Anagninae administrationem vocabatur: quam ecclesiam Bonifacius singulari semper amore obposita in ea vitæ ecclesiasticæ tyrocinia, suæque magnitudinis iacta fundamenta complexurum, his verbis testatus est: *Anagninam ecclesiam, in qua, dum in minoribus ageremus adhuc infra aetatem adolescentia constituti, canonicatum obtinuimus & præbendam, nostraque promotionis initia recolimus recepisse; ac eius populum, nobis & ecclesiæ Romanæ deuotum, vt de beneuolentia natalis soli omittamus, quadam nimirum affectionis prerogativa prosequimur. Ad cumulum amoris,*

ac paterni studij vrgebat Bonifacium gestæ olim a Petro episcopo olim Anagnino, patruo suo, illius ecclesiæ memoria, qui cum egregias leges ad canonicos probis excolendos moribus, atque ad pietatē & diuina officia frequentanda incitandos edidisset, eas Bonifacius, dato ad electum Anagninum diplomate, confirmavit a. Conceptoræ vero sunt eæ leges subiecta verborum forma:

*Nos Petrus miseratione diuina episcopus, & capitulū Anagninum cōmuniter statuimus, ac etiā irrevocabiliter ordinamus, quod omnes canonici & clerici stipendiarij honeste viuant cū tonsura & corona clericali condecens, ac indumentis clausis: & contemptores huiusmodi sanctionis vsque ad emendationē condignam quotidianis distributionibus careant. Item quod canonici ingrediantur eborum ad diuinum officium, & de die, vel de nocte calceati cum cappis clausis, vel cottis: quod si aliquis aliquo casu portauerit mantellum, moretur cum guarnacia clausa & talis vltimus in choro sedeat, & non cantet versum responsorij, nec legat etiam lectionem. Et infra: Item quod in matutinis intrent eborum vsque ad finem gloria primi psalmi maioris matutini, & inueniatur in choro ad benedicamus. Et infra.*

*Item quod diebus dominicis semper seruiatur in missis cum diacono & subdiacono & acolytho; ita quod diaconus stet cum cotta & stola, & subdiaconus & acolythus cum cotta. Item quod presbyter, qui cantauerit missam in hebdomada sua, sequentem septimanam perficiat pro benefactoribus & defunctis. Et quando episcopus celebrat, seruiatur ei per canonicos, & non per stipendiarios, si fieri potest. Item quod si quando fiant oblationes in missis in denarijs & in missis nubentium vsque ad summam duodecim denariorum, ministri altaris, qui tunc deseruiunt, diuidant inter se. Si vero fuerit summa maior, assignetur camerario communiter inter canonicos diuidenda, salua semper portione domini episcopi: & si pro vigilijs dentur denarij, diuidantur inter canonicos, qui intersunt vigilijs, facta stipendiarijs aliqua gratia per camerarium. Et infra.*

31 *Item quatuor acolythi seruiant episcopo quando celebrat, scilicet hebdomadarius cum tribus sequentibus. Item quando sacerdos celebrat in ecclesia S. Magni diebus dominicis, habeat vnum subdiaconum, vel acolythum, qui seruiat & in missis, & oblatio denariorum diuidatur communiter inter eos. Item quod canonicus possit quiescere bis in hebdomada de nocte & de die, & habeat duas horas in septimana.*

*Item constituimus & mandamus, quod quando ecclesia Anagnina inuitata est ad obsequia mortuorum, omnes canonici vadant, & specialiter ad obsequia illorum, qui sepeliuntur in ecclesia memorata; & stipendiarij omnes intersint ad obsequia prædictorum, siue elegerint sepulturam apud vos siue non, & qui defecerit de stipendiarijs, careat candelis. Item quod festiuitates, quando veniunt per annum, & fieri debent per episcopum, denuntietur ei per communem camerarium, qui pro tempore fuerit, per vnum diem ante; & consuetudines & iura capituli denuntietur per eundem camerarium, & episcopus teneatur ea adimplere.*

*Item quod excessus canonicorum puniantur per episcopum & capitulum. Item quod nullus canonicorum deinceps in ecclesia vel per ciuitatem arma deferat publice, vnde possit scandalum exoriri; & quod nullus canonicorum comedat vel bibat in taberna in ciuitate Anagnina, vel ludat ad aliquem ludum tabillarum in loco publico; & contemptor huiusmodi statuti careat distributionibus vnius hebdomada. In*

Theodericus Pisanus archiepiscopus ad Cardinalatum euectus.

Ioannes ord. Præd. illi subrogatus. Lib. 5. ep. 8.

Præficus ecclesiæ Pisane.

Ep. 269. Bonifacij in ecclesiâ Anagn. studium.

Dato to ab panno firmo

De hono ducis cetero

Celato domo uno cio

Percepto dicitur unius

De oblationibus

De equijs

Ne Canonici arma gestent

In populo non veniant



cuius rei testimonium præfens scriptum sigillorum  
nostrorum munimine fecimus roborari. Actum  
Anagnina sub anno Domini MCCCLXXVI. kal. augu-  
sti apostolica sede vacante per mortem felicitis recor-  
dationis domini Ioannis XXI. Papæ. Addit Boni-  
facius: Nulli ergo nostra confirmationis, & iniun-  
ctionis &c. Dat. Anagnina VIII. kal. septembris  
anno v.

32 Nec Romanæ ecclesiæ opera & studio de-  
fuit, qui suas in cæteras ecclesias curas diffuderat:  
atque in primis cum Lateranenſis ecclesiæ cano-  
nici regulares a primæuo pietatis flore descuiſ-  
ſent, atque etiam bona ecclesiæ misere dissipari  
paterentur, Bonifacius regulares submoueri, &  
seculares subrogari ex Cardinalium sententia ius-  
ſit.

Bonifacius &c. ad perpetuam rei memoriam.

33 Romana ecclesia, quæ super vniuersas  
ecclesias obtinet diuina institutione primatum,  
circa singulas maternæ diligentia cura sedulo vi-  
gilans, earum profectibus velut sollicita mater  
ardenter intendit, studens ea penitus submouere,  
per quæ ipsa ecclesia sustinere possent circa spiri-  
tualia, seu etiam temporalia nocumenta; & illa  
efficaciter agere, quorum suffragio eis in vtrisque  
augmentum, Deo propitio, valeat prouenire.  
Sane inter varias & innumeras sollicitudines, quæ  
nobis ex officio apostolatus incumbunt, ad pa-  
triarchalem Lateranensem ecclesiam, quam in-  
ter cæteras Vrbes, & orbis ecclesiæ velut caput ip-  
ſarum antiquitatis, dignitatis, ac nobilitatis præ-  
rogatiua fulgentem, utpote a claræ memoriæ Con-  
stantino Imperatore Romano eximia deuotione  
constructam, & a beato Siluestro Romano antisti-  
te antequam libet aliam eiusdem vrbis ecclesiam  
dedicaram, dilectionis & deuotionis affectu pro-  
sequimur speciali; præsertim ob reuerentiam Sal-  
uatoris domini nostri Iesu Christi, & beati Ioan-  
nis, quorum est ipsa ecclesia vocabulo insignita,  
nostræ mentis aciem conuertentes; ac attenden-  
tes, quod dicta ecclesia, in qua ordo S. Augustini  
ab antiquo fuerat institutus, ex eo maxime, quod  
canonici regulares eiusdem ecclesiæ viuebant  
enormiter, & impotentes erant ad iura ipsius ec-  
clesiæ defendenda, patiebatur non modicum in  
spiritualibus, ac in suis bonis & iuribus læsionem,  
nec per alios quam seculares clericos poterat ea-  
dem ecclesia salubriter reformari; cum propter re-  
ligionis nexum, cuius obseruantia recipiendos in  
dicta ecclesia se astringere oportebat, viri poten-  
tes, idonei, & literati ad defensionem ipsorum bo-  
norum, & iurium, qui in ecclesia ipsa vellent in-  
stitui, non poterant inueniri; firmiterque ac indu-  
bitanter credentes, quod si ex prouidentia nos-  
træ præsidio ad seculares clericos transferatur,  
exinde honor proueniet ipsi ecclesiæ ac profectus;  
horum consideratione ducti, post deliberationem  
super hoc cum fratribus nostris præhabitam dili-  
gentem, de ipsorum fratrum consilio prouidimus,  
& fore decreuimus dictam ecclesiam de huiusmo-  
di solummodo secularibus clericis perpetuo ordi-  
nandam: ac amotis exinde canonicis regularibus,  
in eadem ecclesia manentibus, quindecim electas  
& idoneas personas, per quarum probitatem, in-  
dustriam, & potentiam eadem ecclesia salubriter  
poterit in spiritualibus & temporalibus gubernari;  
& in prædictis bonis & iuribus manuteneri  
utiliter & defendi, auctoritate apostolica institui-  
mus in ipsa ecclesia in canonicos & in fratres.  
Nulli ergo nostra institutionis, &c. Datum Trebis  
VI. non. septembris anno v. ] Præterea pluribus

Annal. Eccl. Tom. XIV.

prærogatiuis eiusdem ecclesiæ clerum ornauit.

34 Nec minus beneuolentiam, & liberali-  
tatem in S. Petri basilicam, quam in Lateranen-  
sem explicuit: cuius bona auxit, eamque nouis  
sacerdotijs amplificauit, ut maiori sacra pompa  
ac religione diuinus cultus in ipsa celebraretur.  
Ad hunc enim annum hæc notat in suis schedis  
Card. Baronius b: Bonifacius VIII. inter alia  
eius insignia opera multa præstitit basilicæ Vaticanæ:  
nam ampliauit numerum canonicorum, ut qui antea  
erant xxii. essent triginta. & viginti addidit cle-  
ricos, quos clericos chori voluit nominari. Addidit  
&c. beneficiatos ad numerum xxx. ut essent xxxv.  
Prædij, castros. & alijs eandem basilicam ditauit,  
prout habetur in appendice ad martyrologium ipsius  
basilicæ sub die 111. id. octobris; deditq; eidem ecclesiæ  
indulgentiam anni centesimi iubilæi. Sed de iubilæo  
anno sequenti: nunc alia eius gesta prosequamur.

35 Ut Liouonia ecclesijs ac religioni consu-  
leret, Rigensem archiepiscopum, & episcopum  
Osiensem, alterumve ipsorum vna cum aliquot  
præcipuis equitibus Theutonicis ad se vocauit,  
Rigenſi archiepiscopo & Oſiensi episcopo  
De statu, & conditionibus, quibus vos  
cum cleris, & populis, & terra Liouonia ac tota  
Rigenſis prouincia subiaceretis; nec non de studijs,  
& operibus fratrum ordinis hospitalis B. Mariæ  
Theutonicorum relationibus fide dignis audito,  
proposiuimus super ijs conditionibus & operibus  
clarius informari, & circa ea facere quod fuerit,  
actore Domino, faciendum. Propter quod ma-  
gistrum ipsius ordinis, ac magistrum & tres com-  
mendatores Liouonia eiusdem ordinis, præmissis  
quibusdam mandatis, ad nostram præsentiam  
euocamus, prout in alijs literis nostris, eidem  
magistro super hoc directis, plenius continetur.

Quocirca fraternitatem vestram requirimus  
& rogamus, per apostolica vobis scripta manda-  
tes, quatenus vos vel alter vestrum infra sex men-  
ses, a die receptionis præsentium computandos,  
ad nostram præsentiam personaliter accedatis, &  
nihilominus per vos vel per alium, seu alios ex  
parte nostra reliquos suffraganeos tuos, frater ar-  
chiepiscopo; nec non clericos & populos ciuitatum  
& terrarum vestrarum diocæsum, ac totius prou-  
inciæ Rigenſis; de quibus expedire videritis; ci-  
tare curetis, ut infra terminum vobis superius as-  
ſignatum prædicti suffraganei sub excommunica-  
tionis per se, vel alios sufficienter; clerus vero &  
populi per procuratores idoneos sub interdici  
pœnis nostro se conspectui repræsentent, ut vo-  
bis & ipsis præsentibus, ac magistro & commen-  
datoribus supradictis utilior via nobis appareat  
super huiusmodi statu & conditionibus prou-  
idendi.

Voluimus insuper, ut tu frater archiepiscopo,  
si te ex causa legitima remanere contigerit, vnam  
de solemnioribus, & fidelioribus personis ciuita-  
tis vel diocæsis Rigenſis, de qua videris expedi-  
re, super quo tuam intendimus conscientiam  
onerare, loco tui ad præsentiam nostram in ter-  
mino, quem eidem præfiges, super prædictis bene  
& fideliter informatam, mittere non postponas;  
nobis, si non veneris per tuas literas harum se-  
riem continentes, & quicquid in præmissis feceris  
& quare personaliter non veneris, fideliter rescrip-  
turus. Dat. Laterani VII. id. ianuarij anno quar-  
to, hoc nimirum cum xvii. kal. februarij Bonifa-  
cius sacros Pontifex fuisset.

36 Eodē anno sustulit, edita cōstitutione, Bonifa-  
cius a barbarū morem, quo interdum defunctorū

a Ibid. ep.  
470. 471.  
472. 473-  
476.  
Basilica S.  
Petri sa-  
cerdotijs  
& vectiga-  
libus au-  
cta a Boni-  
f. Baron. in  
notis M.S.

c Lib. 4.  
ep. 430.

Rigenſens  
arch. ac  
nonnullos  
equites  
cruciferos  
promouē-  
da rei  
Christia-  
næ causa  
ad se euo-  
cat Bonif.

Tonn-  
tunc Post-  
concordia  
hæc in-  
ter Regē  
& Pontif.  
equites

d Lib. 5. ep.  
56. exo.  
etiam in  
extra. De  
testanda.  
De sepult.



De sepeliedis corporibus Bonifacii constitutio.  
Ealiam di. fœdus mos abrogatus.

corpora, in longinquas terras transferenda, aqua feruentissima decoqui, concidi, vel exuri consueuerant; cum id a pietate Christiana abhorreret: *Statuimus, inquit, & ordinamus, ut cum quis, cuiuscumque status, aut generis, seu dignitatis extiterit, in ciuitatibus, terris, seu locis, in quibus catholica fidei cultus viget, diem de cetero claudet extremum, circa corpora defunctorum huiusmodi abusus vel similes nullatenus obseruetur, nec fidelium manus tanta immanitate scidentur: sed ut defunctorum corpora sic impie ac crudeliter non tractentur, deferantur ad loca, in quibus viuentes elegerint sepeliri: aut in ciuitate, castra, vel loco, ubi decesserint, vel loco vicino ecclesiastica sepultura tradantur ad tempus; ita quod demum incineratis corporibus, aut alias ad loca, ubi sepultura elegerint, deportentur & sepeliantur in eis.* Dat. Anagnia v. kal. octobris anno v. Ex ascripta die conijcitur, hoc diploma sequenti anno renouatum, cum in causa typis legatur huiusmodi dies apposita. Dat. Laterani xii. kal. martij pontificatus nostri anno vi. Inualuisse illum vsum apud eos, qui, suscepta in orientem peregrinatione, in exteris oris moriebantur, atque S. Ludouici corpus a suis decoctum aqua fuisse vidimus, vt ossa carnibus segregarentur, ac sine putredinis horrore facile transferrentur.

AVido sup. ann. Chr. 1271. n. 2. Intestinis discordijs laborat. Cyprius.

37 Quod ad orientales res spectat; supererat adhuc Latinis Christianis Cyprus, vnde belli sacri in Syriam traducendi; atque anissi Hierosolymitani regni recuperandi spes aliqua affulgebat: sed dissensio Henricum Regem ac Templarios inuicem exasperarat. Ad quam sapientiam, tum ad illos coercendos, qui Alexandrinis mercis vetituras deferebant, Bonifacius subiectas leges condi-

b Lib. 5. no. 334.

Pronuntiat Pont. concordie leges inter Regē & prel. & equites.

*Bonifacius, &c. ad futuram rei memoriam.* Ordinamus, prouidemus, & volumus quod quædam taillia seu collecta, quæ vulgariter testagium nuncupatur, & nonnullis annis præteritis proxime fuerat in regno ipso [nempe Cypri] recepta per Regem, quantumcumque pro defensione regni posita diceretur, cuius etiam ipsum nomen aliquibus abominabile ac horrendum, cesset, nec amplius exigatur a personis non solum ecclesiasticis, religiosis, & secularibus, & nihilominus vel aduenis dicti regni; sed nec in posterum etiam personis ipsi Regi subiectis sine Apostolica sedis licentia imponatur: dispendium namque inde secutum non expedit, quod habeat reciduum. Et nihilominus ad amputandum omnis dubietatis scrupulum declaramus, quod taillia, exactiones, tributa indicta, quocumque nomine censeantur, imponenda per Regem, ad prælatos, magistros hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani & domus militiae templi, & religiosas & alias ecclesiasticas personas, cuiuscumque fuerint ordinis, conditionis, aut status; & eorum bona, seruos, sclauos, homines de corpore, seu angarios eorundem; nullatenus extendantur: sed prælatis & personis ipsis libertates & immunitates, priuilegia competentia eis de iure vel de consuetudine rationabili, & præscripta in regno eodem; & præsertim priuilegia sedis eiusdem ipsi seruētur illæsa. Quin potius volumus, quod dictus Rex, qui nunc regnat in Cypro, & alij, qui in eodem in posterum regnabunt, consideratis prælationum dignitatibus, & conditionibus personarum ecclesiasticarum regni eiusdem, ipsas prout regie dignitati congruit, honorare studeant, & benigne tractare: ex hoc enim

non solum a Deo primum & ab hominibus bonam famam conquirent, sed & regnum ipsum corroborabitur atque firmabitur contra fidei inimicos, in pacis dulcedine requiescet, & robustior exinde Terræ sanctæ poterit prouenire succursus, &c.] Rex & Templarij iurare iussi se inuicem non lauros. Dat. Anagnia III. id. ianuarij.

Vt vero ea sanctio religiosius seruaretur, præfectis Minoritarum Syriæ, Prædicatorum, & Eremitarum ordinis S. Augustini Nicosiensibus prouinciam hanc contulit a: *Mandamus, quatenus efficacibus monitis, inductionibus, & consilijs insistatis, sicut viri prouidi, apud partes, quod prouisionem & ordinationem eandem velint & studeant inuiolabiliter obseruare; & nihilominus, si opus fuerit, partes ipsas ad id, & contradictores quoslibet rebeiles auctoritate nostra, appellatione postposita, compellatis.* Alijs autem literis ad fideles datis promulgauit b, si quid in ea constitutione dubij exoriretur, sedem Apostolicam consulendam esse; *Cum in huiusmodi, inquit, prouisione & ordinatione inter cetera de priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus per nos & Apostolicam sedem concessis agatur; volumus & præsentium auctoritate præcipimus, ut super priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus ipsis, vel aliquibus eorundem aliquod dubium notabile oriri contingat, id ad nostram notitiam deducatur, declarationem, interpretationem, ac definitionem nostram subituram: cum ad nos pertinere noscatur, existimare modum, quem priuilegiiorum, libertatum, & immunitatum huiusmodi esse velimus.*

38 Cum porro antea lege vetitum esset Hospitalarijs & Templarijs, quorū potentiam, ne in regno nimis assurgeret, verebatur Rex, immobilia bona sine Regis & sedis Apostolicæ consensu adipisci, monuit Cyprium Regem Bonifacius, ne legem seuerè adeo interpretaretur, vt non aliquas ijs domos, quo habitarent commodius, extruere liceret: tum hortatus est, vt beneuolentiam erga eos explicaret, quorum in bello peritiam magno sibi emolumento esse cognosceret.

*Henrico Regi Cypri illustri.* Pro bono & pacifico statu regni tui, & pro maiori & efficaciori defensione ipsius, & impugnatione hostium, & depressione falsorum Christianorum, qui arma, ferrum, & alia prohibita deferunt Saracenis, nuper inter te & venerabiles fratres nostros archiepiscopum Nicosiensem & suffraganeos eius, & dilectos filios magistros, conuentus, & fratres domorum hospitalis S. Ioannis Ierosolymitani, & militiae templi in Regno ipso morantes, prouisionem & ordinationem quandam duximus faciendam. Quare serenitatem regiam rogamus & hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus pro diuina & Apostolicæ sedis ac nostra reuerentia, tuisque honore, decencia, & statu prospero nostris in hac parte beneplacitis acquiescens prouisionem & ordinationem eandem, velut tibi & regno prædicto, & per consequens Terræ sanctæ necessariam & perutilem equanimiter feras, & inuiolabiliter studeas obseruare.

Verum licet acquisitio bonorum stabilium regno prædicto sit per prouisionem huiusmodi eisdem magistris, conuentibus, & fratribus interdicta absque Apostolicæ sedis consensu vel tuo; non tamen sic stricte sumat regia liberalitatis circumspecta, quin gratiose & benigne permittat, quod eosdem magistros, conuentus, & fratres aliquas modicas, seu minutas acquisitiones & ædificia non

En...  
ro...  
for...  
ma...  
be...  
a...  
Ex...  
del...  
ser...  
con...  
ap...  
Si...  
du...  
nu...  
lic...  
effe...  
Hem...  
Reg...  
mon...  
nif...  
uer...  
niti...  
eos...  
re...  
ad



ad amulationem facere, vt possint in regno ipso morari commodius, prædicti magistri, conuentus, & fratres alias quoque ipsos, quorum mora in regno prædicto potest esse valde perutilis, sicut nosti; sic fauorabiliter & benigne, sic placabiliter, gratioso, ac mansuete pertractes, quod ipsi de huiusmodi eorum mora in affabilitate regia & regij vultus serenitate lætentur, & efficiantur nõ immerito promptiores in tuis & regni tui honoribus & profectibus prosequendis; nosque magnificentiam regiam amplioribus propterea in Domino laudibus attollamus. *Dat. Anagninæ iv. id. iunij anno v. ]*

39 Hoc anno misit Christi vicarius ad Tartaros aliasque gentes, nondum Euangelij luce collustratas, nonnullos ex S. Dominici instituto religiosos viros, qui fidem Christi late disseminarent, vt ex pontificijs ad eos datis literis a liquet, quibus inserta quædam priuilegia, vt maiori auctoritate tam præclarum munus obirent.

*Dilectis filijs fratribus Sanctio de Bolea, Guillelmo Bernardi, Bernardo Guille, &c. ordinis Prædicatorum ad terras Saracenorum, Paganorum, Grecorum, Bulgarorum, Cumanorum, Aethiopicum, Syrorum, Hiberorum, Alanorum, Gazavorum, Gotorum, Zichorum, Rubenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Nestorinorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moscolitarum, Tartarorum, aliarumque terrarum orientalium, & Aquilonarium nationum proficiscentibus nuntijs nostris salutem, &c.*

Immaculata lex Domini, verè lucis venientis in mūdum claris irradiata fulgoribus, subuersas causas ab erroribus & peccatis sabatharij magistro per semitas rectas dirigens, vt de errorum inuio ad viam possint redire iustitię, lumen eis ineffabilis veritatis ostendit. Hęc siquidem primitus a patriarchis & prophetis præcognita, & apostolicis postmodum eloquijs mirabiliter diuulgata, tanto magis est euangelizantium præconijs attollenda, quanto ex ipsius publicatione melliflua animarum fructibus gratiosius successione continua prodeunt facultates. Huiusmodi namque legis etsi præconia sint longe lateque diffusa, per nos tamen, qui vices in terris singulas eius partes, super quas humilitatem nostram, prout sibi placuit, prouidentia diuina constituit, intenta sollicitudine circuimus; occurrit sensibus nostris, non sine anxietatis multæ molestijs, quemadmodum quædam nationum gentes, diabolica fraude veri luminis claritate priuatæ, in inuium perdentium tenebrarum miserabiliter deruentes, Iesum Christum dominum non cognoscunt; quodque nonnulli subtractionis filij sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ inobedientes existunt. Propter quod mouetur pietatis paternæ compassio, animi nostri zelus accenditur, & anxio quodam affectu sitiunt sensus nostri, dum ad memoriam nostram reducimus beneficia omnium Conditoris, qui vt hominem redimeret perditum, dominus noster Iesus Christus homo nasci, pati voluit, & occidi, quod gētes ipsæ & subtractionis filij per illuminatīs prædicationem antidotum ad ipsum, qui est lux vera, & omnem hominem venientē in hunc mundum illuminat, conuertatur; ita quod ignorantiarū & errorum huiusmodi nebulis & fraudibus profligatis, ipsius æternæ felici commercio participes lucis fiant.

40 Quare nos, vt prædicitur, Christi vicarius, & beati Petri, disponente Domino licet immeriti, successores effecti, hęc in interna sapius, & debita meditatione pensantes, vt pro tantorum populorum procuranda salute seruitutis no-

stræ debitum exoluamus; ad vos, quos nouimus viros religiosos claritate fulgentes, morum honestate conspicuos, & diuersarum \* titulo diuinitus insignitos, ac literarum scientia præditos, propriam mentem conuertimus, & oculis fiducialiter aperimus; vt vobis, de quorum studiosis operibus fructus vtilis, Deo placidos, & nobis acceptos speramus & credimus prouenturos, super hoc onus nostræ sollicitudinis imponamus, vos ad gentes & filios subtractionis huiusmodi ac terras ipsorum pro huiusmodi prosecutione negocij de fratrum nostrorum consilio fiducialiter destinando. Quocirca discretionem vestram rogamus, monemus, & hortamur in domino Iesu Christo, in remissionem vobis peccaminum districtius iniungentes, quatenus accipientes deuotione, qua conuenit, officij salutaris onus vobis impositum, exurgatis accincti gladio verbi Dei liberè ab onere carnalium voluptatum strenui bellatores, contra dolositates subdoli sathanæ causam Domini vindicantes, pro qua mori est vitæ perennis initium, transitoria mortis finis, & retributionis æternæ inæstimabilis certitudo.

41 Vt autem ministeriū vestrum honoretur plenius, & honorabilius impleatur, præsentii vobis & cuilibet vestrum auctoritate concedimus, vt in terris, quæ adhuc sedis Apostolicæ magisterio non intendunt, proponere verbum Dei, & vt constitutus ibidem, non obstante si aliqua sint excommunicatione ligati, in verbis, officio, & cibo, ac in alijs sacris communicare; & ipsos seu etiam alios, conuerti ad vnitatem Christianæ fidei cupientes, recipere, baptizare, & aggregare ecclesiæ filijs valeatis; & presbyteri ex vobis ipsos aggregatos possint insignire caractere clericali, & eos ad acolythatus ordinem promouere. Liceat etiam cuilibet vestrum, ibidem redeuntibus ad obedientiam sedis Apost. qui sunt excommunicatione nodati, absolutionis beneficiū iuxta formam Ecclesiæ impertiri, & super eo dispensare cum ipsis, qui sacros forsitan ceperint ordines, & diuina celebrant officia sic ligati. Hoc ipsum vobis sit licitum circa illos de terris eisdem, qui temporibus indebitis, vel infra ætatem legitimam, aut qui omnes eadem die, vel superiores prætermis inferioribus, conferre seu recipere ordines præsumperunt; si tamen in hoc seruata talis forma extiterit, per quam ordines recepissent.

Vobis præterea dispensare liceat, vt illi ex nationibus vestræ prædicationi commissis, qui in casibus & gradibus a diuina minime lege prohibitis matrimonia contraxerunt, remaneant in eisdem; & ij, qui ad ecclesiæ catholicæ redierint vnitatem, vt inter suos habitent, eisque communitent; nec non quod clerici nationum ipsarum, publice ad obedientiam sedis Apostolicæ redeuntes, gaudeant priuilegio clericali. Sit etiam vobis licitū omnium fidelium in terris prædictis confessiones audire, ac ipsis iniungere pœnitentias salutares, & excommunicatos a canone vel alio modo iuxta formam Ecclesiæ absolueri, dummodo iniurias & damna passis satisfaciunt competenter. Cum irregularibus insuper partium illarum in casibus, in quibus solent legati sedis Apostolicæ dispensare, ac etiam cum clericis ipsarum partium patientibus defectum natalium, dummodo non sint de adulterio, vel iacestu, aut regularibus procreati, sit vobis dispensandi facultas: quam circa illos similiter habeatis, qui ab vnitatem Ecclesiæ catholicæ, seu religione, vel clericali ordine discesserunt, si humiliter redire voluerint & digne satisfacere de commissis; ita quod ipsi religiosi ad sua-

\* virtutū

Demanda-  
ta a Christi  
vicario  
euangelicis  
præconibus  
auctoritas.Soluendæ  
erit legis  
de cōsan-  
guinitatis  
grad inter  
neophyt.  
ad iungē-  
da matri-  
monia.



loca salua disciplina ordinis resumantur, ac illos, qui ex iam dictis ex communicationis vinculo sunt astricti, iuxta præmissam formam, & prædictæ satisfactionis modum absolueri valeatis, & cum irregularibus, sicut est expressum superius, dispensare.

Conden-  
darum ec-  
clesiarum,  
vel expia-  
darum a

42. Ad hæc sit vobis absoluendi facultas occisores clericorum & religiosarum personarum, in prædictis partibus constitutos, fundandi ibidem de nouo ecclesias, & reconciliandi ipsas, quæ sunt casu aliquo profanatae, ac de nouo fundatis rectores idoneos prouidendi, & illis, qui de gentibus vel schismaticis nouiter sunt conuersi, dandi licentiam, vt vxores suas, cum quibus in gradibus lege diuina non prohibitis contraxerunt, valeant retinere; de causis matrimonialibus, quas in partibus illis ad audientiam vestram deferri contigerit, legitime cognoscendi, & discordantes inter se ad inuicem, quod ad pacem & concordiam redeant; nec non quod inordinate viuentes de suis excessibus, sicut iustum fuerit, satisfactionem exhibeant compellendi per censuram ecclesiasticam; vobis libera sit facultas.

Insuper in locis, in quibus vos contigerit hospitari, vel in locis partium earumdem, in quibus residentiam facietis, missam & cætera diuina celebrare officia, & in eisdem partibus cæmeteria benedicere, ac dare indulgentias, commutare vota, vltimarum peregrinationis, continentia, & religionis exceptis, facultatem & licentiam habeatis. Cæterum vobis concedimus, quod a catholicis patriarchis, archiepiscopis, & episcopis possitis ordines & alia ecclesiastica sacramenta suscipere, & altaria portatilia more ipsorum a præfatis episcopis benedicta habere, & eis vti, si contingat vos aliquo casu vestra altariola non habere, ac vestes sacerdotales altaris, pallas & corporalia per eos, qui ex vobis sunt presbyteri, cum necesse vobis fuerit benedicere, vbi catholicorum episcoporum copia non habetur. Nulli ergo &c. *Dat. Laterani 14. id. aprilis anno v. J*



43. Amplificatam admodum inter Tartaros his temporibus Christianam religionem, atque Perfidis Regem Cassanum sine Cassianum, quem a Nicolao IV. Pontifice literis sollicitatum ad sacra baptismalia amplectenda, vidimus; quique ambitione ductus Baydonem Regayto successorem Christianum Regem vita & imperio orbarat; firmato folio, rei Christianæ fauisse, ac Mahometanos infectatum, testatur Aytonus: *Multa fecit in vita sua ad commodum Christianorum sicut in sequentibus audietis. Et primo destruxit quamplures magnates, qui suadebant ei vt Saracenorum fidei adhereret, & persequeretur vndique Christianos.* Subdit auctor, hoc anno exeunte, susceptam vna cum Armenia & Georgia Regibus Christianis, ad Terram sanctam Christi restituendam cultui, in Saracenos expeditionem. Ad quam ab Aytono Armenia Rege, qui S. Francisci sanctiorē disciplinā professus Ioannis nomen acceperat, incitatum, vt de Saracenis, qui Armeniā vastabant iustam vltionem sumeret, tradunt iisdem verbis Marinus Sanutus b, & Iordanus c: *mccxcix. Saraceni Armeniam discurrerunt, castra & loca fortissima occupantes. Rex autem frater Ioannes, se suosque in montibus saluans, in arcto positus Tartarorum implorat auxilium, eosque contra Saracenos instigat, ostendens plurimam habituros prædam: nec verendas eorum acies auro argentoque fulgentes, in quibus plus lucri quam periculi inuenirent.*

44. Solicitatus igitur ab Armeno Cassanus Sul-

tano Melecnafer bellum mouit. De cuius Cassani florentissimo equitatu e Perside educto refert Ioannes Villanus a, qui rem a Florentino horum oculato teste acceperat, illum ad ducenta equitum millia, coniunctis fœderatorum Regum Georgia nimirum & Armenia copijs, ascendisse. Quibus consentanea a S. Antonino historia commentata sunt: *Cassanus*, inquit b, *Imperator Tartarorum venit in Syriam contra Soldanum Babylonia secum copias ducentorum millium Tartarorum inter equites & pedites ex conductu Regis Armenia & Regis Georgia, qui erant inimici Saracenorum & ipsi Reges erant Christiani ad recuperandam Terram sanctam & auferendam a Saracenis. Hoc autem cum cognouisset Soldanus, ex Aegypto descendit in Syriam cum centum millibus equitum Saracenorum absque alia multitudine innumerabili de Syria eum adiuuante, & sibi inuicem occurrentes, pugnam horribilem inierunt inter se demum cessit victoria Cassano Imperatori Tartarorum ex inaustris & sagacitate pugnandi. Nam ipse cum non modica parte & fortiori suorum equitum descendentes de equis in pedibus steterunt quousque Saraceni emittendo continuo sagittas euacuauerunt pharetras suas, &c. Addit Cassanum alia militari arte vsu ne Saraceni telis quæ Tartari iaculati esset, retorquere in Tartaros possent telorumque cuspis in fanciatis corporibus hereret. Accuratissime vero hanc expeditionē in Mahometanae sectæ cultores susceptā a Cassano ac memoria dignissima princeps Curchi Aytonus qui illi interfuit, his verbis describit: *Præcepit omnibus Tartaris, qui in dominio suo erant, quod essent armis & omnibus necessarijs præmuniti, quoniā intendebat ingredi regnū Aegypti, & Soldanū destruere, si valeret: & hoc mandauit Regi Armenia, & Regi Georgia, & alijs Christianis partium orientis. Verum, vero tempore adueniente, Casanus suum exercitum congregauit, & direxit gressus suos per viam de Baldach cum exercitu copioso. Quando vero Casanus peruenit ad terras Aegypti, congregauit in simul gentem suam. Soldanus, qui vocabatur Melecnafer, iam dudum de aduentu Tartarorum rumoribus intellexit, congregauit posse suum, & venit ante ciuitatem Mames cum maximo apparatu, quæ ciuitas est sita in medio regni Syria, vt refertur. Cumque Casanus intellexisset, quod Soldanus contra ipsum intenderet præliari, ad obsidionem ciuitatis vel castri noluit perdere tempus suum: sed recto tramite celeriter venit ad locum, vbi erat Soldanus, & se posuit ex aduersa parte per vnā dietam in quibusdam pratis, in quibus erat abundantia pabulorum: vnde præcepit Casanus omnibus suis, quod in illo campo essent, quousque equi requiescerent a labore, quem passi fuerant in via, celeriter veniendo. In societate vero Casani erat quidam Saracenus nomine Calphaek, qui fuerat seruus Soldani, & fugerat ad Casanum propter metum Soldani, qui propter excessus intendebat illum carceribus mancipare.**

Iste Calphaek a Casano receperat gratias, & honores, & Casanus de eo plurimum confidebat. Sed tamquam proditor maledictus per literas notificauit Soldano & Saracenis consilium & intentionem Casani, & misit qualiter Casanus intendebat morari in pratis illis, vt daretur requies equis suis, qui erant mirabiliter fatigati; & consuluit Soldano, quod properaret ad pugnam quamdiu aduersariorum equi erant fessi, quia facile posset de Tartaris victoriam reportare. Soldanus Aegypti, qui apud ciuitatem Hames Tartaros proposuerat expectare, acquieuit tamen consilio proditoris, & cum electa multitudine suorum equitauit festinanter, vt ex improviso insul-

a V. Vestm.  
Flor. hist.  
hoc ann.

Casanus  
firmato  
folio Ma-  
hometano  
infectatur.

b Sanus l.  
3. p. 13. c. 2  
c. iord. M.  
5. V. sig. p.  
n. 1460.

c dym  
hist. m.  
cap. 11

ven

\*al. Cap  
chick



Commis-  
sum atro-  
x inter Sara-  
cenos &  
Tartaros  
prelium.

\* cetera

rum faceret in Casanum. Speculatores quidem exerci-  
tui Casani notum fecerunt aduentum Soldani. Cas-  
anus vero fecit edictum, ut omnes sui equitarent  
per acies ordinati, & viriliter reciperent inimicos.  
Casanus ergo, leone audacior, cum illis, quos circa se  
inuenit, equitauit obuiam Saracenis, qui iam tan-  
tum appropinquauerant, quod prelium non poterat  
euitari, & \* qui per campum erant dilatati, ut re-  
quiem darent equis, non poterant ad ipsum accedere,  
festinanter: unde Casanus precepit militibus, qui  
secum erant, de equis descendere, & de illis in circui-  
tum facere velut murum, & cum arcibus & sagit-  
tis impeterent inimicos, qui laxatis habenis ad pre-  
lium properabant. Tartari vero descenderunt, &  
in circuiitu ipsorum posuerunt equos suos, & acceptis  
in manibus arcibus & sagittis, expectauerunt quous-  
que sagitta possent ad inimicos commode peruenire:  
& sic omnes simul Tartari sagittantes, qui in arte  
sagittandi sunt mirabiliter periti, equos inimicorum  
præcedentes taliter percusserunt, quod ante alios ce-  
ciderunt: unde illi qui sequebantur, qui cursu velo-  
cissimo properabant, inuenientes præcedentes prostra-  
tos, precipitabantur super illos: unde de multis Sa-  
racenis euaserunt pauci, qui non erant prostrati, aut  
sagittis Tartarorum lethaliter vulnerati. Soldanus  
Aegypti, qui in acie illa erat, quam ocyus potuit retro-  
cessit.

Casanus, hoc videns, statim precepit equos af-  
cendere gentem suam, & inuadere viriliter inimicos,  
& ipse fuit primus, qui Soldani aciem est ingressus,  
& tandem Soldanus cum modica societate suorum  
bellum sustinuit prostrando, & occidendo strenue ini-  
micos, quod Tartari muniti, & per acies ordinati ve-  
nerunt ad pugnam. Tunc inceperunt omnes acies  
vndique præhari, & durauit altercatio inter eos ab  
ortu solis usque ad nonam. Finaliter vero Solda-  
nus non potuit resistere audacia Casani, qui manu  
sua mirabilia fecit: & sic vertitur in fugam Solda-  
nus cum omnibus Saracenis. Casanus itaque cum  
gente sua persecutus fuit usque ad noctis caliginem  
inimicos, diuersimode occidendo: unde tanta fuit  
ibi Saracenorum strages, quod tota terra dispersa  
extitit corporibus mortuorum. Post confictum no-  
cte illa requieuit Casanus in quodam loco, qui voca-  
tur Cametum, gaudens & exultans ineffabiliter de  
triumpho, quem contra Saracenos obtinuerat nutu  
Dei. Actum hoc anno Domini \* MCCC. X. die mer-  
curij ante festum natiuitatis Domini. Irrepsit in an-  
norum numerum error exscriptorum incuria,  
quem nonnulli improvide sunt secuti: ex eodem  
vero Aytono hunc numerum MCCC. loco alterius  
deprauati reponendum intelligit facile, qui seriem  
illius historiæ & distinctionem temporum perpen-  
derit in sequentibus: atque ita se cum & Marino Sa-  
nuto a, Matthæo Vvestmonasteriensi b, Ioanne  
Villano c, S. Antonino d, Bosio e, ac denique  
pontificijs literis sequenti anno datis f; ex qui-  
bus colligitur, partarum hoc exeunte, incunteque  
proximo anno victoriarum in Syria famam in-  
occidente sequenti iam adulto percrebuisse; con-  
fiet. His circa chronologiam constitutis, quæ  
a Cassano & Christianis orientalibus gesta sint  
extremis huius anni diebus, ex Aytono afferra-  
mus.

45 His itaque, inquit g, sic peractis, nimirum  
reportato, die mercurij ante natalicia Domini  
de Melecnafer Soldano triumpho, Casanus præce-  
pit Regi Armenia & cuidam duci Tartarorum, qui  
vocabatur Molay, quod cum quadraginta millibus  
equitum Tartarorum persquerentur Soldanum  
usque ad desertum Aegypti, quod distabat a campo

belli per duodecim dietas & ultra; & præcepit, quod  
apud ciuitatem Gazara ipsum expectarent, aut eius  
mandatum. Rex igitur Armenia & Molay prædi-  
ctus cum quadraginta millibus Tartarorum ante so-  
lis ortum recedentes, Soldanum fuerunt celeriter  
persecuti. Post triduum vero Casanus misit ad  
Regem Armenia, quod rediret, & quod intendebat  
obsidere ciuitatem Damasci, & præcepit quod Molay  
procederet, sicut habuerat in mandatis, Saracenas  
omnes quos capere poterat perimendo. Soldanus vero  
quoque fugit velociter diu noctuque, dromedarios  
equitando, & in societate quorundam Beduina-  
rum, qui eum conducebant, Babyloniam mirabi-  
liter est ingressus. Alij vero Saraceni diuersimode  
fugerunt, sicut quilibet opinabatur, se posse melius re-  
ceptare, quorum magna quantitas perrexit per  
viam \* Tripolis, qui per Christianos habitantes in  
monte Libani fuerunt interfecti crudeliter. Redeun-  
te ergo Rege Armenia ad Casanum, inuenit quod  
ciuitas \* Casana reddiderat se Casano: & totum era-  
rium Soldani, & exercitus sui, quod ibi erat, fuit  
ante Casani præsentiam deportatum, cuius multi-  
tudo extitit infinita. Mirati fuerunt omnes super  
eo, quod Soldanus tantas diuitias secum tulerat dum  
intenderet præliari. Casanus ergo, congregatis omni-  
bus illis diuitijs, & omnibus spolijs, quas lucrati fue-  
rant Tartari post triumphum, diuisit omnia libera-  
liter inter suos, ex quibus omnes locupletes sunt ef-  
fecti.

Ego vero frater Aytonus, qui hanc historiã  
compilaui, interfui omnibus negotijs & prælijs, quæ  
Tartari habuerunt cum Soldano a tempore Haoloni;  
sed numquam vidi vel audiui dici de aliquo domino  
Tartarorum, qui plura faceret in duobus diebus,  
quam fecit Casanus: nam prima die belli cum parua  
societate suorum contra Soldanum & magnam co-  
piam inimicorum prælium sustinuit, & de persona  
sua taliter se probauit, quod inter omnes alios bella-  
tores famam & laudem merito est adeptus, & de  
sua probitate inter Tartaros narrabitur in secula se-  
culorum. Secunda vero die tanta erat libertas &  
liberalitas cordis sui, quod de omnibus diuitijs & in-  
finitis thesauris, quos acquisuerat, sic inter suos de-  
scribitur & diuisit, quod in sua sorte non retinuit nisi  
ensem vnum & quoddam marsupium, in quo erant  
scriptura terra Aegypti, & numerus exercitus Sol-  
dani, & similia: & omnia alia distribuit liberaliter,  
ut est dictum. Et hoc præcipue erat admirandum,  
qualiter in tantillo corpusculo tanta virtutum co-  
pia inueniri poterat: nam inter viginti mille equi-  
tes vix potuisset statura minoris aliquis reperiri, ne-  
que turpioris aspectus; omnes tamen alios in probi-  
tate & virtutibus excedebat. Et quia iste Casanus  
tempore nostro fuit, dignum est, quod de suis gestibus  
plenius enarremus, & ille Soldanus, qui per Casanum  
extitit debellatus, adhuc viuit. Præterea illi, qui ad  
Saracenorum intendunt præcipitum, & grauamen  
inferre volunt, multa poterunt sumere documenta,  
his historijs plenius intellectis.

46 Postquam vero Casanus per quinque dierum  
spatium requieuit, & inter suos diuisit spolia innu-  
merabilia, ut superius est expressum, per dietas suas  
iter suum direxit recta ad ciuitatem Damasci. Cum-  
que ciues Damasci cognouerunt aduentum, timue-  
runt valde, ne si Casanus eos caperet violenter, af-  
flicto misericordia perderentur. Vnde de consilio sa-  
pientum, & concordii omnium voluntate suos ad Ca-  
sanum nuntios transmiserunt, qui dederunt sibi  
multa dona, & ei clauis ciuitatis etiam obtulerunt,  
ab eo misericordiam implorantes. Receptis ergo xer-  
xys & clauibus ciuitatis Damasci, præcepit Casanus

Melecna-  
fer fuga  
equadit.

\* Tripolis

\* forte Ga-  
zara

Aytonus  
historicus  
prælo in-  
terfuit.

Damasci  
ad deditio-  
nem com-  
pulsam.

Viti Sa-  
raceni.

MCCC

Sancti.

3413. c. 9

10.

Westm.

Blar. hist.

117. l. 1.

8. c. 35.

65. Anton

37. c. 20.

6. S. S.

6. S. S. p.

1. l. 1. l. 1.

1.

1. l. 1. 6

1. l. 1. 6

1. l. 1. 6

1. l. 1. 6

1. l. 1. 6

1. l. 1. 6

1. l. 1. 6



nuncijs, quod redirent, & victualia sufficientia exer- citui prepararent, & nullatenus dubitarent, quia volebat destruerere civitatem, sed eam intendebat pro camera sua referuare. Recedentibus itaque nuncijs cum exultatione ingenti, Casanus post modicum equitavit ad flumen Damasci, in cuius littore tentoria sua fixit, & inbibuit ne inferrentur damna aliqua civitati. Ciues vero Damasci miserunt plurima dona Casano, & de victualibus dederunt exercitui affluenter, mansitque ibi Casanus per quadraginta quinque dies cum omnibus suis, prater quadraginta milia Tartarorum, quos miserat cum Molay, qui apud civitatem Gazara morabantur, Casani expectantes aduentum vel mandatum. Hac postrema centesimo inchoato gesta, constat. Ut vero Casanus reflectere signa in Persidem coactus sit, & Christiani Syriam recuperare sine praelio ingenti suo damno & dedecore omiserint, adeo ut iterum in Saracenorum reciderit potestatem, sequenti anno dicemus: nunc claudemus hunc annum insigni prodigio, quod in Germania editum narrat Siffri- dus. a

a Siffri- dus. epis. l. 2. Iudæus Eucharisti- am su- ratur.

47 MCCXCIX. Iudæi, inquit, perfidissimi corpus Christi sacrum in nocte sancti Paschatis emptum a custode ecclesie in civitate Franconia, qua Roetingen dicitur, per diuersas civitates & castella alijs Iudæis distribuerunt. Quædam religiosa mulieres quæ sacras vigilias ad tumulum Crucifixi obseruabant (sicut moris est in Theutonia) cum hora matutinarum, de ecclesia prodeant, irent ad excitandum ecclesie presbyterum, ut Crucifixum de monumento ante matutinas secundum consuetudinem subleuaret, viderunt super domum Iudæi, qui sacramentum emerat, duo rutilare luminaria: cumque attoniti starent, & secum quererent, superueniens presbyter interrogat, quid conferant: vidensque cum ipsis luminaria, compertoque, quod Iudæus cum custode in ecclesia fuisset, & iuxta altare, caute vocat iudicem civitatis, & quosdam de ciuibus. Qui, irruentes in domum Iudæi, ipsum & custodem ecclesie ceperunt: qui statim coacti facinus perpetratum confessi sunt.

Illius ædi- bus cele- stes faces imminere- vult.

E rusa Eu- charistia sanguis effluit.

Iudæi ne- cati.

Virgo Iu- dra, ba- ptisimum postulans, illeça e tur- ri cadit.

Eberhard. apud Ca- nis. anst. q. l. 6. c. 1. p. 335.

Iam vero, ut dictum est, idem corpus Christi per diuersas Iudæorum dispersum fuerat mansiones: qui sapeditum corpus Christi sacratissimum acubus & subulis pungentes, & in mortariolis tundentes, & per illas puncturas & tunsiones sanguinem elici conspicientes, tandem in diuersis locis sub terra suffoderunt. Sed Deus omnipotens Sacramentum salutis, multis miraculis prodeantibus, suis fidelibus propala- vit. Quapropter Christiani, insurgentes contra Iudæos, eos per diuersas civitates & loca turmatim occiderunt. Contigit ut multi Iudæi ad quoddam castrum confugerent, ut se ibidem defenserent: cumque Christiani ad expugnandum dictum castrum forti manu conuenissent, & illud iam vallassent, quædam virgo Iudæa de eodem castro importunis clamoribus rogabat Christianos, ut ipsam inde eriperent & baptizarent. Iudæi ipsam deorsum trahentibus & inreparantibus, illa de manibus eorum elapsa, de altitudine castri se precipitem dedit. Sed ecce mirum in modum ipsa, quasi manibus angelicis portaretur, illa descendit: & mox ad fidem Christi & baptis- ma confugit. Meminit etiam Eberhardus de hac Iudæorum strage, cum percrebuisse fama, ip- sos Christi corpus contudisse, atque ex eo diuini- tus cruorem fluxisse: quam rem superiori anno consignat.

IESV CHRISTI

Annus 1300.

BONIF. VIII. PP. annus 6.

ALBERTI ROM. REG. 2. ANDRONICI IMP. ORIEN. 17.

ANus Christi millesimus trecentessimus in- dictione tertiadecima Iubilæi, id est, con- donationis criminum, quæ post detectos rite sa- cerdoti conscientie sinus Apostolorum basilicas adituris proponitur, maiestate illustris affulsit, de quo Iacobus diaconus Cardinalis S. Georgij ad velum aureum ita cecinit. a

Aurea centeno consurgunt secula phæbo. Et radiat caeleste iubar, miseratus ab alto Filius æterni Patris de Virgine carnem Indutus, redimitque suo de sanguine culpas. Grande datum miseris Romanis, qui limina Petri, Cui reserare polos datur, & concludere cælum, Deproperant, Paulique ducis pia templa\* reuifit. Et infra:

Annus Iubilæi bratus Bonifacii uia postea & misse- ficentia.

a Lath- Carolo de Iubila

\* testim.

Nam gemini roseis Urbem sacrare triumphis Luce pari. Et infra. Hinc cumulant templis sua munera diui, Quæ sedes Romana sequens, suffultaque tantis Auxilijs iubilans, centeno solis in ortu Diluit omne nefas pleno. Quin plenius omne Diluit, & veniam culpis vberissima confert Gratia, si æternam passim fœdare figuram, Haud timidi culpas compuncti corda recludent; Diuorumque patrum Petri Paulique subintrent Limina, vicenis vicibus Romanus, & ex ter Quindenis rutilans orbem quoad exeat axis. Quisnam igitur latitet, quanam recordia, quanam Segnitie compestcit iter, quin frigeat æstus, Et caleat glacies, liquidusque exborreat humor? Certe magna quies paruus labor, &c.

2 Conscriptit idem auctor soluta ora- tione illius Iubilæi historiam, cuius autographum exemplar in bibliotheca S. Petri Romæ asser- uatur; eiusque meminit inter alios Cardinalis Baronius c: quamvis textum admodum de- prauatum inquinatumque dicat: cuius etiam duo exempla M. S. in bibliotheca nostra ex- tant. Sacri porro illius instituti ritus modum, & causas ex memorato Iacobo Card. qui ponti- ficiorum consiliorum erat particeps, reique spe- ctator, afferre operæ pretium duximus, cum is maxime sine fuco historię veritatem exponat his verbis d: Anceps & pene citra opinionis fidem de proximo nunc futuro centesimo, cum millesimum trecentessimum præ foribus occursum monebamur, ad Romanum Pontificem delatus rumor adue- nerat, qui tantam eius fore anni vim, ut quo Ro- mani ad principis Apostolorum Petri basilicam per- gentes omnium plenissimam peccatorum dilutionem sortirentur, polliceretur. Hinc vetustorum reuolui librorum monumenta, pius pater edixit: quibus eius nec ad plenum, quod querebatur in lucem vento forsitan ex patrum, si liceat tetigisse famam, desidia; seu ex sobisimatum vel bellorum, quo Romani sapius turbine vastati, lugere potius quam mirari vacet, li- bris deperditis; seu quia nec tantum veritatis, ut opinionis suberat, in Lateranensi patriarchio, eodem residente præfule, centesimus oritur mira res. To- tam pene prima ianuarij die nouella mysterium re- missionis occuluit: procliuu vero in vesperam sole, quo ad media fere noctis intempesta silentium par- uumque eo Romanis patefacto, frequentes ipsi ad sa- grana

Illius hi- storia in Iacobus Card. de Scrip- tis Summa hist. No- uæ & Bona- Scheid- l.

d Iubila- Carolo de Iubila cap. 1.

Verus et lebrant centesim mos.



eram B. Petri basilicam properant: oppressi altaria stipant, alternatimque se, ut vix accedere fas esset, impediunt, tanquam ea breui finienda die expirare gratiam vel maiorem autumarent. Accesserint ne moti, cum aliqualis matutinus de centesimo seu iubileo in basilica factus ciceret sermo; sponte sua iam, quod credulitati magis proximum est, caelesti tracti nutu, qui centesimi transacta memoraret, vel aduentura disponderet, haud nihil ambigentes affirmamus. Iis inityis in dies ciuium externorumque fides & peregrinatio augetur, quibusdam prima centesimi die omnium culparum sordes deleri asserentibus, ceteris annorum centum indulgentiam fore: sicque fere vsq; ad bimestre tempus, & similiter die, qua toti orbi venerabilis reuelatur effigies, vulgo Sudarii seu Veronica dicta, longe plus solito compactis turbis conuenirent, utrinque dubij sperantes erant.

3 Verum a promotor noster dominus Bonifacius VIII. summus S. R. E. Pontifex ut erat ingenio vigilans, refertusq; solertia, conseruabat hac omnia confrens in corde suo, suoque more presentia, dum haud prohibebat, frequentiam acceptam esse conijciebat, venturumque firmabat votum. Nec viuis prateritorum defuit testis, qui peregrinationis suae centum & septem asseuerans annos, multis etiam eodem praesule coram ob id ipsum adscitis, adstrueret meminisse, patrem alio centesimo Roma, quousque, quem secum detulit agricola, suffecit victus ob\* intelligentiam moratum, seque admonuisse, ut si quod non putaret aduenisset futuro centesimo Roma nequaquam puer adesse pigritaret: nobisque idem seiscitantibus, intulit quin quaque eiusdem anni die illic centum annorum indulgentiam lucriferi posse, ob quam peregrinaturus accesserat. Ast Roma plenissime dilui culpas apud Gallos\* vulgate: tanti cui duos adhuc dicecesis Beluacensis, pluresq; alios Italici soli superesse, qui meminissent nobis assertum: quorundam vero ad ipsam Principis Apostolorum basilicam dierum trium peregrinationem opportunam recensebat autumatio centesimi\* vetusta miseratione perituris: sed, ut iam\* nobis praeactum, in ijs multiplex fama vacillabat.

Igitur b de\* centesimi noua iam ad plenam digesta materia, sacrum patrum consultasse cœtum, nolentem extingueri spiritum Praesulem, fauorabiliterque ob Apostolorum merita responsum consultanti, memoramus: Quamobrem, quo limpidius scripto genende rei claresceret veritas, exarari literis concedendum, discutendumq; priuilegiū\* iustum, ipsius sapiensculae forma interlecta, ac ex hoc politiore facta, post colloquutionis ad concilia praevias eam patres manere, in giru consulti, sua se: definiensq; de creuit Praesul, cuius ea mens est basilica Principis Apostolorum Dei non tantum: fama crebrescente, tamen incertum centesimum indultum illibatam subsistere; quinimo quibuscumq; venerabiles Apostolorum Petri et Pauli basilicas externis quindecim, Romanis diebus triginta visitatibus, quoquo centesimo vberriam omnium peccaminum abolitionem impertiri fructiferam\*: si quidem si poenitentes & confessi vel infra id temporis forent. Nonnullisque interiectis: Publicandi aderat tempus cathedra B. Petri celebritas, offerendum Principi in suo quam alibi honestius templo, donec publicatur sericis aureisque ambo circumfulcitur, quo Romanus Praesul patresque conscenderunt: orationeque facta ad turbam, grande latissimum munus litera serico appensis bullis distulerunt, quae etsi Lateraniprius data\* contineretur; illuc tamen datas apud S. Petrum suis iussit Praesul literis adscribi, altarique impostum donum. Non impari forma Doctoris gentium basilica missum. Conceptum est subiectis verbis id diploma, quod

auctor in calce operis repetit, ac tum in huius anni regesto pontificio, tum inter extrauagantes extat. b

Bonifacius, &c. ad certitudinem presentiam & memoriam futurorum.

4 Antiquorum habet fida relatio, quod accedentibus ad honorabilem basilicam Principis Apostolorum de Vrbe concessa sunt remissiones magna, & indulgentia peccatorum. Nos igitur, qui iuxta officij nostri debitum salutem appetimus & procuramus libentius singulorum, huiusmodi remissiones & indulgentias omnes & singulas ratas & gratas habentes, ipsas auctoritate apostolica confirmamus & approbamus, ac etiam innouamus, & praesentis scripti patrocinio comunimus. Ut tamen beatissimi Petrus & Paulus Apostoli eo amplius honorentur, quo ipsorum basilica de Vrbe deuotius fuerint a fidelibus frequentata, & fideles ipsi specialium largitione munerum ex huiusmodi frequentatione magis tenerent se resectos; nos de omnipotentis Dei misericordia, & eorumdem Apostolorum eius, meritis & auctoritate confisi, de fratrum nostrorum consilio & apostolica plenitudine potestatis omnibus in praesenti anno millesimo trecentesimo a festo natauitatis Domini nostri Iesu Christi praeterito proxime inchoato, & in quolibet anno centesimo secuturo, ad basilicas ipsas accedentibus reuerenter, vere poenitentibus & confessis; vel qui vere poenitebunt & confitebuntur, in huiusmodi praesenti, & quolibet centesimo secuturo annis, non solum plenam & largiorem, immo plenissimam omnium suorum concedimus veniam peccatorum: statuentes, ut qui voluerint huiusmodi indulgentia a nobis concessa fore participes, si fuerint Romani ad minus triginta diebus continuis vel interpolatis, & saltem semel in die. Si vero peregrini fuerint aut forenses, modo simili diebus quindecim ad basilicas easdem accedant. Vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui basilicas ipsas amplius & deuotius frequentabit. Nulli ergo, &c. Dat. Roma apud S. Petrum VIIII. kal. martij pontificatus nostri anno VI. ]

5 Exceptum est secunda gratulatione id diploma, inspectaq; iubili luce, populi, ut ait Iacobus Cardinalis c, iubilate ceperunt. Quo vero pietatis ardore Romani Apostolorum basilicas lustrarent, describit auctor d: Nec mora: totius orbis caput Roma, ciuitatis populus, nullo sexus vel aetatis, dum pubertatis annos exegisset, discrimine, ad suorum patronorum basilicas, quoad dierum interuallum finem accepisset, curstabat. Et infra de se ita loquitur: \* Nobis vero magis quod ipsi egimus, votum non ut magnum, sed ut motuum posteris pandamus. Concessa quidem indulgentia, cum transyberim iuxta ecclesiam Dei Genitricis, unde in Saluatoris nostri natiuitate largo riuo olei fons vsque Tyberim scaturisse perhibetur, iam dudum tabernam meritoriam dictam, undeque nobis natiuae atque paternae originis ortus, moram traheremus, diebus triginta continuis Principum vtramque basilicam peregrinationis causa ingressi sumus; nec minus sapius prius eadem die Lateranum ad confessorum matutina luce properantes.

6 Incredibilem porro hominum multitudinem non modo ex Italia, Sicilia, Sardinia, Corsica; sed Gallijs, Hispania, Anglia, Germania, Vngaria concurrisse; nec solum iuuenes ac vegeta aetatis, sed etiam septuagenarios & infirmos, quilectis deferebantur, confluisse addit auctore. Inter quos preclaro spectaculo fuit Sabaudus quidam senex, non humili genere ortus, a filijs allatus, qui centenarium annum transierat, quique praeteriti centesi-

a Lib. 6.  
ep. cur. 9.  
b Extrauag.  
Antiquor.  
De poenit.  
& remis.  
Ea de re diploma.

Constitutus dierum numerus ad lustrandas ecclesias.

c Iacob. Card. lib. de iubili. cap. 4.  
d Ead. cap. te Romanae sacras aedes lustrarint.  
\* Nos

Incredibilis peregrinorum multitudo ad Vrbe confluit.

e lib. 6.



tesimi memor erāt a, utpote qui olim cēlebritati interfuisse. Tradit his consentanea Ioannes Villanus b, qui tunc Romam profectus, veterum historicorum exemplo, qui Romanas res scripsere, historia Florentina cōscribendę, cum tunc ipsius patria ad maiorem potentiam effloresceret, consilium cepisse ait: additque tantam fidelium multitudinem Romam conuenisse, ut prater Romanos ducenta peregrinorum millia in Vrbe viderit, quibus omnia necessaria abunde suppeditabantur. A quo Iordanus c, vitę Bonifacii d scriptor, Ptolemęus Lucensis e, Bernardus f, Martinus Polonus g non discrepant. Annalium verō Colmariensium scriptor hęc digna memoratu historia mandauit h: *Bonifacius Papa ratione iubilęi omnibus venientibus Romam tanta absolutio- nis beneficia contulit, quod tantus factus fuit concursus Romam, ut sapius vna die sint egressi triginta millia hominum, pariterque ingressi, ut communiter pauperes retulerant.*

7 Tribuit verō miraculo Card. Baronius i tantam, quę confluxit, multitudinem omnium rerum copia abundasse: *Innumerabilis, inquit, Christiani populi multitudo ad obtinendam omnium peccatorum remissionem plenissimam Apostolorum lumina- vitarunt: & quia sicut arena maris Christianus populus cōstuebat ad Urbem, nullo modo credi potuit, quod tantus populus fatiari potuisset: sed Dei cooperante gratia, tanta fuit abundantia vidualium, quod quanto magis populus multiplicabatur, tanto alimoniarum copia redundabat, & vilis alimenta venalia vendebantur. Insuper anno prædicto in Apostolorum basilicis diuersis languoribus sunt curati quamplures. Exhibant autem demonia a multis clamantia & dicentia, quod non solum Apostoli Petrus et Paulus eos eiciebant de corporibus qua inuaserant, sed multitudinem animarum populi Christiani, qui eorum facientibus peccatis, laqueis diabolicę fraudis se tradiderant, impetrauerant a Iesu Christo, ab eorum faucibus liberari: & plusquam publice clamabant, quod ditorum Apostolorum meritis omnes anime in purgatorio non solum a penis liberatę fuerint, sed etiam gloriam eternam meruerint obtinere.* Hęc Baronius ex codice Bibliothecę Vaticanę.

Consentit obiectum cęleste clerico ecclesię B. Georgij, cui præerat Iacobus Cardinalis l, qui illud historia mandauit, ostensum. Cum enim, Virginem Filium gestantem supplex, ut sibi videbatur adoraret, hęc verba excepit: *Omnibus miserans indulsit Deus. Ad quam ille: Num mihi? Subiicit Mater, durusque post morulam inquit: Omnibus miserans indulsit Deus viuus & mortuus, ita nimirum ut par est, ad diuinam gratiam comparatis: Substratus iterum: Num mihi? Cui nec iam responso dato, ne forsā aliqua peccati labefædaretur trepidanti, subiunxit: Indulsit omnibus mortuis & viuus miserans Deus, tibi que.*

8 Nec prætereunda videntur, quę scribit idem auctor m, creuisse opibus ex peregrinorum muneribus Apostolorum Petri & Pauli altaria, atque quinquaginta, & eo amplius auri florenorum millia retulisse, eaque non ex magnis auri vel argenti donis, sed ex tenuiori ære oblato constata, subditque: *Deuote oblata deuote dispensantur: castris, casalibus, prædijs ex ea pecunia, ipso summo Pontifice iubente, ad ius & proprietatem basilicarum comparandis, ac deinde ex ipsorum redditibus, diuinis Apostolorumque augendis cultibus, officijs que.*

9 Effluente porro iubilęi anno, cum plures partim iter ingressi e vita discessissent, partim die-

rum numerum, ad lustranda templa præscriptum, implere non potuissent, ex apostolica clementia, iidem indulgentiarum præmijs sanxit potituros. Qua de re ad calcem operis Iacobi Card. hęc leguntur a

*Summa gratia non bullata, quam dominus Bonifacius Papa VIII. concessit peregrinis in die natalis Domini, sine videlicet centesimi, qui fuit millesimus trecentessimus.*

Ad Dei, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli\* . . . *Attendens dominus noster dominus Bonifacius Papa VIII. deuotionem, quam vidit in populo Christiano, feruorem fidei, viarum tedia, personarum labores, & onera expensarum, vult idem dominus noster, quod omnes forenses, qui bodie sunt in Vrbe, licet non compleuerint indulgentiam, ut liti reuertantur ad propria, plenam indulgentiam consequantur. Item placet ipsi domino nostro summo Pontifici, & vult, quod omnes illi, qui venerunt & indulgentiam concessam per eum, & mortui sunt in via vel in Vrbe, numero dierum taxato in ipsa indulgentia nondum decurso, plenam indulgentiam consequantur. Item vult idem dominus noster summus Pontifex, quod omnes illi, qui arripuerunt iter ad istam indulgentiam animo complendi eam, & iusto impedimento impediti vel non peruenerunt, vel peruenientes non compleuerunt eandem, plenam indulgentiam consequantur.*

Item quia annus iste iubilęus finitur bodie, volens idem dominus noster velut pius pater prouidere salutem animarum, omnibus illis, qui sunt vere confessi secundum formam indulgentię suę, & non satisfecerunt de alieno infra annum, nec possunt commode satisfacere propter temporis breuitatem, prorogat terminum, ad satisfaciendum dumtaxat, vsque ad festum resurrectionis Dominica proxime venturum. Declarat insuper idem dominus noster summus Pontifex quod annus iste iubilęus trecentessimus bodie sit finitus, nec extendatur ad annum incarnationis secundum quosdam, sed ad annos Domini secundum ritum Romana ecclesię.

10 Exclufi porro a comparandis hisce indulgentiarum præmijs fuere ij omnes, qui Saracenis vetitas merces inferrent, vel Friderici tyranni Siculi partibus irretiti, eiusque signa secuturi, vel ecclesię hostibus se coniuncturi, recepturiue Columnenses essent: quam rem Pontifex ipsis calendis martijs Apostolico diplomate promulgauit b. Et quidem ad frangendam Siculorum pertinaciam grauissimas Friderico partiumque ipsius studiosis censuras incussit c, atque inter ceteros Genuensibus, qui armorum cum eo societatem inierant, inflixit; quę vero apud ipsos præcipuę dignitate familię erant Auria ac Spinola ardentius studium Friderico impenderant, ecclesiasticis ideo penis defixę sunt d.

*Bonifacius &c. ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum.*

Cum ad apostolatus nostri notitiam peruenisset, quod nonnulli præfatę ciuitatis Ianuenses ciues, præsertim de Auria & Spinola domibus, Friderico Siculique prædictis contra nos, & ecclesię, ac Regem Sicilia prælibatos auxilium, consilium, & fauorem multimode prestiterant, & præstabant; propter quod non est dubium, ipsos latam contra tales excommunicationis sententiam incurrisse; nos in hoc animarum periculis obuiare salubriter cupientes, & attendentes quod præfatam ciuitatem Ianuensem, eiusque ciues & incolas ab olim fuisse constabat ecclesię prædictę deuotos, eique contra hostes ipsius fideliter suis



temporibus assistisse, sumpta de huiusmodi eorum antiqua deuotione fiducia, prædictum commune Ianuæ, quod antiquorum suorum erga eandem ecclesiam matrem suam velle prosequi gesta laudabilia sperabamus, non solum per diuersos vilesque tractatus, quos magni labores, & sollicitudines validæ prodixerunt, studuimus vnire ac confederari, cum Rege Sicilia supradicto, verum etiam cõmune ipsum, & præfatas Auriæ ac Spinulæ domos ad id grandium beneficiorum, honorum, & gratiarum nonnullis earumdem domorum facta per nos exhibitione personis, curauimus præuenire: sed nec sic quod super hoc quærebamus affuit, quod petebamus aduenit. Obtinere insuper apud prædictum cõmune solers instantia nostra nequiuit, quod prout potuit & debuit huiusmodi prædictorum suorum ciuium insolentiam coarctaret: quod quam sit eidem iniuriosum & dispendiosum ecclesie, ipsa facti euidentia manifestat. Habet quidem communis opinionis iudicium, quod vel iam plena victoria de ipsis Friderico & Siculis haberetur, si Ianuensium suffragio caruissent; aut ab huiusmodi eorum obstinatione desisterent, si de ipsorum Ianuensium subsidio non sperarent.

Quia igitur dignum est, & consonum rationi, vt quos Dei timor a malo non reuocat, seueritatis disciplina castiget; nos, præsentem hac fidelium multitudinem copiosa, omnes & singulos de memorata ciuitate Ianuensi, eiusque territorio & districtu, & præsertim de præfatis domibus Auriæ ac Spinulæ, qui contra prohibitionem sedis eiusdem præstiterunt ipsis Friderico vel Siculis, aut eorum complicibus, sequacibus, vel fautoribus, maxime nostri apostolatus tempore, auxilium, consilium, vel fauorem, publicum vel occultum, nec dum super ijs ad mandata ecclesie redeundo debitæ abolitionis beneficium obtinere meruerunt; & nominatim Vbertum de Auria, & Conradum de Spinula, & Conradum ipsius Vberti natum, qui est contra nos & ecclesiam, ac Regem Sicilia memoratos prædicti Friderici publicus admiratus; denuntiamus lata in tales per eandem sedem excommunicationis sententia innodatos, districtè præcipientes eisdem, vt infra dominicam proximo futuram, festum Ascensionis dominicæ præcedentem, quam eis pro preemptorio assignamus termino, ad nostra & ecclesie prælibatæ mandata super præmissis omnibus redire procurent, recepturi pro meritis, nostrisque mandatis ac beneplacitis absolute ac libere parituri: alioquin ex tunc ipsos & eorum quemlibet, ac ipsorum, & cuiuslibet eorum natos omnibus beneficijs ecclesiasticis, cæterisque gratijs, & indulgentijs, eis ab eadem sede concessis; nec non baronijs, bonis & iuribus quibuscumque, quæ ab eadem Romana vel quibusvis tenent vel habent ecclesijs, aut in regnis, prouincijs, terris, seu locis eisdem Romanæ seu alijs ecclesijs mediate vel immediate subiectis, decernimus esse priuatos; & nihilominus reddimus eos inhabiles & indignos ad illa vel alia in posterum obtinenda: & nihilominus omnes, & singulos de prædictis ciuitate, territorio vel districtu fautores, valitores, & adiutores Friderici, & Siculorum rebellium eorumdem contra nos, & dictam ecclesiam & Regem prædictum exponimus captioni fidelium, præter mortis, & mutilationis periculum, & tanquam hæreticos & Christianæ fidei inimicos, ac nostros & ecclesie prælibatæ hostes publicos, & persecutores etiam manifestos, ac velut fautores, & adiutores hæreticorum de-

cernimus puniendos, exponentes ipsorum bonabilia fidelibus sic libere occupanda, vt occupantium ipsa fiant, &c.] adiecta alia grauiora imperia, & pœnæ intentatæ. *Actum Laterani in die cœna Domini pontificatus nostri anno vi.*

II Commouit pœnarum terror Spinulas, aliosque Siculorum rebellium fœderatos: cumque oratores ad sedem Apostolicam, de contrahendo fœdere cum Caroli Regis oratoribus agitatuos, misissent a, ijque ornarent discessum, iterum Bonifacius, datis ad Genuenses literis, proposuit b, quantum decus ex inita cum ecclesia concordia colligerent; quibusve malis, prouocata in se tum Numinis diuini tum sedis Apostolicæ ira, si adhærerent Friderico insulæ Sicilia tyranno, rempublicam objicerent: *Vniuersitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attente, quatenus super dictis tractatibus sic vos ad concordiam promptos & beneuolos præbeatis, sicque vos coarctetis ad deuotionem & obsequia ecclesie memoratæ, ac ad firmam, & solidam beneuolentiam & amicitiam dicti Regis, quod ecclesia eadem vos sibi deuotos & gratos filios speciales agnoscat, ac vos & ciuitatem vestram gratijs & gratiosis munificentijs digne prosequi valeat; & præfatus Rex, puram securamque fiduciam in vestra prudentia & dilectione consolidans, prompto & puro vobiscum consurgat animo, & effectua pleno in mutua sinceritate conueniat, & ad ea, quæ vestros & prædictæ ciuitatis honores profectusque respiciant, se ac posse regium præparet merito & exponat.*

*Decet quidem vos prudenter aduertere, quod si, quod absit, ob culpas vestras contingeret vos ab ipsius ecclesie gremio & gratia, fauendo Friderico Siculisque rebellibus damnabiliter deuiare, maxima & irremediabilis fere inde vobis & ciuitati vestre prædictæ infamia cresceret, ac diuina ultionis iudicium, & Apostolica sedis prouocationem & iram, & per consequens confusionis vestre dispendium, possetis non immerito formidare. Sed si, tangente Domino corda vestra, vos ad ipsorum sedis & Regis gratanter duxeritis beneplacitis exponendos, non est sub ambiguitate tenendum; quod diuina retributionis premium, humana laudis præconium, ac præfate sedis benedictionem & gratiam abundanter & plene inde vestra deuotio consequetur. Dat. Anagninæ non. maij anno iij.* Iniunxit c vero prouinciam Porchetto Spinulæ, viro pietate doctrinaque insigni, vt concordie capita Genuensium summo magistratui & consilio offerret, industriamque, vt ea susciperent, nauaret. Quod sequenti anno perfectum tradit Genuensis d historia. Vltus præterea est ad diuellendos a Friderici amicitia Genuenses Galliarum Regis opera, quem sollicitauit literis e, vt illos a contracto cum Siculis fœdere abstinere moneret; quam rem si detrectarent, denuntiaret se ipsos commercio cum Gallis prohibitorum, atque alia remedia, quæ regia prudentia suaderet, adhibitorum.

12 Dum ita ad confirmandas Caroli II. res incumberet Bonifacius, labefactas Philippi Tarētini principis temeritate fuisse accepit: is enim facta contra pontificia imperia in Siciliam exscensione, exeunte anno superiori prima fdecembris die, dū arcis Drepani obsidionis insisteret, a Friderico, qui ex montis illi imminentis cacumine male composita instructaque ipsius castra aduerterat, ad pugnam lacesitus, fufus captusque est. Ad redintegrandas tamen vires, captumque opus promouendum intentus summus Pontifex, Sabinensem episcopum in Sicilia legatum monuit b, vt apud

a Eod. l. 6.  
ep. cur. 15.  
b Ep. cur. 16.

Sollicitati iterum vt partes Friderici dānent.

c Ep. cur. 17.

d Folio. Ianuen. hist. lib. 6. Biz. arr. l. 3. e Ep. cur. 18.

Caroli Regis res ob Philippi filij cladē depressæ, f M. s. vob de rebus Sic. pag. 29 lo. VII. l. 8 c. 34. Suris annal. l. 5. c. 41. & ind. l. 2. g Ep. cur. 19.



Bonifacii  
maiora ad  
eas erigē-  
das com-  
parat au-  
xilia.

Reg. post  
eand. ep.

Jacobum Aragonum Regem instaret, vti triremes lectissimis militibus egregie instructas submitteret: pariterque daret operam, vt Genuenses in pōtificias partes traderet, ac magna ex ijs auxilia eliceret. Quo etiam argumento ad Robertum Calabriae ducem, Caroli maiorem natu filium, ac Gerardum Card. literas dedit a.

Gerardo Episcopo Sabinensi Apostolica sedis legato.

Sinistri casus euentu dilecti filij nobilis viri Philippi principis Tarentini tam ex tua, quam aliorum insinuatione cum mentis amaricatione percepto, licet de ipsius temeritate progressus, & inordinato processu causa nobis turbationis adesset, ac nostri manum auxilij digne sibi subtrahere quodammodo valeremus; ex eo specialiter, quod contra expressa nostrae prohibitionis edictum princeps ipse in Sicilia transfretauit, & rem, quae prope felicem esse videbatur effectum, coniecitur ex sua fatuitatis impulsu in timore periculi posuisse; nolentes tamen ex ceteris considerationibus negotium deserere inadiutum, excogitatis vijs, & modis, de quibus cum deliberatione charissimi in Christo filij nostri Caroli Siciliae Regis illustris, & dilecti filij nobilis viri Rogerij de Lauria in Regno Siciliae admirati, qui ad nostram praesentiam propterea personaliter accesserunt, nos ad ipsius promotionem, sustentationem, & expeditionem negotij prosperam, dante Domino, & felicem, prout ad praesens diuina gratia ministravit, duximus benigne ac fauorabiliter exhibendos; ita quod idem Rex, & admiratus expediti ad votum a nobis cum benedictionis nostrae gratia recesserunt: post quorum recessum a nobis cursor tuus nobis apparuit, qui nobis seriosas tuas literas praesentavit.

Vt autem tuis votis circa huius utilitatem negotij plenius satisfiat, tuam volumus non latere notitiam, quod inter caetera, quae ad ipsius negotij fulcimentum, & ad tuam, ac dilecti filij nobilis viri Roberti ducis Calabriae, ac aliorum, qui vobiscum ibidem negotium prosequuntur, & illorum etiam Siculorum, qui iam ad mandata ecclesiae redierunt, consolationem & subsidium sunt prouisa, speciales ad charissimum in Christo filium nostrum Jacobum Aragonum Regem illustrem sunt nuntij destinati, vt de terris suis bonus militum & galearum, de personis fidelibus munitarum, numerus habeatur.

13 Nec propter hoc omisimus, quin tam cum communi, quam cum specialibus ciuibus intrinsicis & extrinsecis Ianuensibus nos iuuenus. Per charissimum etiam in Christo filium nostrum Philippum Regem Francorum illustrem procuramus commune Ianuae modis congruentibus exhortari, ne Friderico & Siculis rebellibus per commune ipsum, aut per speciales conciuues eorum, fauor vel auxilium praebatur; sed quod illi ex eis, qui se iam in Siciliam in rebellium auxilium transfulerunt, ad propria reuocentur: alioquin ciuibus ipsis mora, & omne commercium regni Franciae interdicitur omnino: & simile in diuersis regnis, & diuersarum comitum, baronum, & ciuitatum terris fieri procuramus. De qua etiam Ianuae ciuitate, ipsiusque districtu bonum expectamus armatorum de personis fidelibus numerum galearum, in tuum & praefati ducis, ac deuotorum illuc succursum & praesidium mittendarum.

Interim autem per charissimum in Christo filium nostrum Carolum Regem Siciliae illustrem, per admirati praedicti & aliorum ministerium

ordinauimus victualia, & alia opportuna deferri, Magistrum quoque hospitalis S. Ioannis & magni praepitorem domus Militiae templi Ierosolymitanorum in partibus cismarinis personaliter duximus ad nostram praesentiam euocandos, cum quibus disponimus prouidere, vt magna & honorabilis de fratribus & personis suorum ordinum in Siciliam quantitas transmittatur, magnis donis & muneribus gratiarum per nos eis in castris, terris, atque prouentibus impendendis: qui etiam inibi stabilem habeant futuris temporibus mansionem.

14 Italiae insuper ciuitates, quae in deuotione ecclesiae perseuerant, vt munitae persistant de equis & equitibus ac personis ad arma diligentius permouemus, & alias magni strenuorum militum, & aliorum equitum numerum in nostrum vestrumque subsidium praestolamur, vt & aliae partes Italiae extra regnum in statu ponantur & maneant pacifico & tranquillo; ac vt, si opus fuerit, inde vobis auxilium prouenire valeat ac succursus. Nonnulla vero alia pro subsidio negotij acies considerationis nostrae circumspicit, quae praesentibus nonduximus inferenda.

De circumspectione autem tua, quam sicut prudens & diligens in commissis obseruas, grata rememoratione contenti; tuis quoque sollicitudinibus, anxietatibus, & laboribus pleno compatiens affectu, prouidentiam tuam exinde multiplicem in domino commendamus, & ea tibi ad multiplicationem laudabilium adscribimus meritorum; fraternitatem tuam rogantes & hortantes attente, quatenus de ineffabili Dei potentia indubitate confidens, ac tuam & aliorum fidelium, tibi assistentium, mentes diligenter & incessanter constantiae virtute corroborans, actus & studia tam tua, quam eorum per continuationem circumspectionis & operis cures de virtutibus dirigi magnanimitate in virtutes; ita quod tui, eorumque labores optatos fructus, auxiliante Domino, repraesentent. *Dat. Laterani kal. february anno vi.]*

15 Interea Fridericus ad confirmandas res, cum Philippum Caroli Regis filium in vinculis teneret, de pace ineunda Carolum interpellauit: qui cum ipsius oratores excepisset, nec tamen Bonifacium de ijs certiores fecisset, nec leues inde Pontifex iras concepit: & Carolo, intentatis grauissimis poenis, edixit, ne inconsulta sede Apostolica cum hoste tractaret: ni pareret, se cum Friderico ineundi foederis vias quaesiturum.

Carolo Regi Siciliae illustri.

Actus tuos praeteritos recensentes, & recollectentes tractatus, quos in tuis agendis interdum haecenus tenuisti, de ijs, quos tenes, vel tenebis in antea, merito formidamus. Nec sine ratione timemus: non enim excidit a nostra memoria qualiter, dum essemus in minori officio constitutus, & venerabilis frater noster Gerardus episcopus Sabinensis in adiutorium tuum missi, quando tempore felicis recordationis Nicolai Papae IV. praedecessoris nostri obsidebatur Gaeta, tibi que vicinis, nobis irrequisitis & inscijs, tractasti cum charissimo in Christo filio nostro Iacobo, nunc Rege Aragonum, & perfecisti tractatum; contemptis in hoc non solum nobis & dicto episcopo, sed & Romana ecclesia matre tua.

Non sumus oblitii quam prouidos, quam discretos & vtilis habuisti & firmasti tractatus cum praefato Iacobo, tunc hoste praedictae ecclesiae atque tuo, pro tua & tuorum liberatione natorum.

Date ad  
legatum  
sedis Ap.  
eo argu-  
mento lit.

Queritur  
Bonif. Phi-  
lippum  
traicisse  
in Sicil.

Significat  
Carolus  
Regem &  
Rogerium  
Lauriam  
accessisse  
ad sedem  
Ap.

Mitti ora-  
tores ad  
Iacobum  
Regem  
Arag. pro  
confirmanda  
classe.

Genuen-  
ses Philip-  
pi Regis  
Francorum  
opera ad  
partes ec-  
clesiae re-  
uocati iri.

Ab ijs tri-  
remiū &  
militum  
apparatu  
expectari.

Ten-  
ras  
Epis-  
plura  
gnar-  
adde-  
Sicilia  
uocari

Fab-  
ras  
vri-  
ferre-  
auxil-  
ciuiti.

Hi etiam  
maiora  
fel. Hen-  
disgrati

Horum  
legati  
rem-  
dan.

Frideri-  
Carolus  
Regem  
de pte  
ineunda  
interpel-  
lat.

a Lib.  
ep. con-  
Excep-  
lius om-  
res Car-  
lus, ne  
Pontifex  
de re-  
torem b-cit.

Evafpeta  
tus ex  
Bonifacii  
Carolus  
arguit.  
Objec-  
tempo-  
uas ab  
induc-  
mici.

Exhibe-  
tractat-  
cum ead-  
Iacobo  
gitaro.



Ex quibus, & alijs quæ memoriter retinemus, experientia longa didicimus, quod te proprio sensui in arduis innitente, tibi male successit, & hoc processus habiti circa missionem dilecti filij Philippi Tarentini principis nati tui, in Siciliam nuper missi, manifeste declarant. Et utinam ex erroribus habitis in præmissis tu solus detrimenta sentires, & nos & ecclesia supradicta, & Christianitas non sentiremus ex talibus nocumenta. Quæ prudentia, fili, fuit; quam reuerentiam ad nos, & dictam ecclesiam habuisti, si, prout accepimus, nuper in quodam galione Frederici nostri hostis ac tui nuntios recepisti, ipsosque remiseris, quid petierint quidue responderis ad nostram notitiam non perducto?

Volentes igitur futuris ex tua præcipitatione & subitatione periculis obuiare, celsitudinem tuam monemus & hortamur attente, per apostolica scripta tibi sub debito fidelitatis, quo nobis & ecclesie Romanæ teneris, & excommunicationis pœna, quam, si secus feceris, te incurrere volumus ipso facto, districte præcipiendo mandantes, quatenus cum Frederico prædicto, veleius nuntijs nullum tractatum habitum, vel habendum firmare, aut executioni mandare præsumas absque nostro speciali consensu, per nostras bullatas literas apparente. Nos enim quicquid secus feceris ex nunc omnino cassamus, & cassum & irritum decernimus & inane.

16 Cæterum pro certo tenere te volumus, quod si te aliter, quam hætenus feceris, nostris beneplacitis non coaptas; & si salubria mandata nostra contempnas, quantumcunque pro tuis releuandis oneribus, & periculis euitandis innumerales quasi effuderimus pecuniæ quantitates, exquiremus vias & modos, per quos, quamuis cum damno tuo pax nobis cum præfato hoste, proueniat, ne diutius Terra sancta in manibus hostium fidei teneatur. *Dat. Laterani v. id. ianuarij anno v.* Repetitis paulo post literis, incusso anathematis, atque aliarum pœnarum terrore, imperia eadem dedit, ne cum Siculis tractatus ullos iniret: vel enim beneuolentia tandem emollitum iri, vel diuinis & humanis viribus frangendos contundendosque, nec vnquam Carolo opera & consilio defuturum.

17 Ornauit operibus verba Bonifacius, Regemque Aragonum grauissimis literis sollicitauit, vt instructam egregie auxiliarem classem ad restituendam socero Sicilia insulam submitteret: vtque ad id flecteret, ingentia beneficia, quibus ab ecclesia affectus esset, proposuit. Tum graues adiecit querelas, ipsum in Aragoniam, parta antea victoria, se recepisse: cum vniuersa insula, illius potentie terrore fracta, ad obsequium reditura fuisset. Vrsit denique, vt clientes suos, qui sub Frederico stipendia facerent, reuocaret ab illius obsequio, atque oratores insulanorum, qui ad Caroli imperium reuersi erant, benigne exciperet, ac maritimis auxilijs instrueret.

*Charissimo in Christo filio Iacobo Aragonum Regi illustri.*

Adhibe, fili, quæsumus, allocutionibus paternis & monitis filialis promptitudinis intellectum, vt in te semina sparsa fructificent, mollescant dura, quæ scribimus, & amara dulcescant. Si enim affectum nostrum intenta mente perspexeris, & effectum ex nostra prouenturum affectione pensaueris, fructum colliges spiritualis & temporalis commodi ex eisdem, noxia proculdubio vitaturus. Nosti quidem, non vt impropere

rando loquamur, quod te dudum, ambulantem in tenebris vmbrae mortis, ad lucis semitam non absque immensitate sollicitudinum & laborum, vijs ac modis, vtique salutiferis & vtilibus, exquisitis prouide curauimus reuocare, ac magnis ex munificentia sedis Apostolicæ tibi collatis honoribus, & muneribus gratiarum, vexillum ecclesie matris tuæ tibi duximus proprijs manibus conferendum, vt illo velut athleta Christi & pugil in trepidus vtereris fideliter, constanter, & vtiliter contra hostes. Sed qualem fiducia nostra super vlnas tuas super hoc obtinuerit sessionem, quantum inde nobis & eidem ecclesie, ac tibi etiam quietis vel inquietis, opprobrij vel honoris obuenerit, consideremus tuæ diffinitioni committere, si velles fidei seruare decorem, vt eorum memoria nostri, vel tui torqueret animam delinquentis.

Nunquid potest detestabilis error haberi, dum in Sicilia partibus magna tibi desuper collata victoria contra hostes, illa obtinæ, vel tuorum, aut vtrorumque culpam vti regali constantia neglexisti, dum post hostium mentes territis, & animos consternatos effectum victricis gloriæ, ac gaudij triumphalis prosequi & sumere non curasti? Nunquid incautus habebitur, vel læsa cōscijs voluntatis, qui de procellarum fluctibus ad litora vectus incolumis, illas subito repetit inconsultus? Qui consistens in victoriosa prosecutione, certaminis, illam deserit, & a consternati recedit facie inimici? Prudentum quidem tenet opinio, & vulgaris habet assertio, quod si contra Fredericum & Siculos fuisses tuos victoriosos processus constanter & viriliter prosecutus, ipsi ad mandata sedis Apostolicæ coacti vel voluntarij absque longi tractu temporis rediissent. Sed non absque ruboris & mentis amaricatione referimus, quod super hoc in te culpa obuenerit, tua est apud bonos & graues denigrata serenitas, vel vacillat. Decuisset insuper vt finalem tuam nobis præsignificasses abscessum, & in eo saltem benedictionis nostræ gratiam petijisses.

18 Veruntamen nos, laudabilis & beneuoli nostri propositi memoriam retinentes, quia in bono malum nequaquam præsumimus, nec odium in dilectione notamus; ac in tua & tuorum amplius innocentia delectamur, quam lætemur in culpa; celsitudinē regiam paterno monemus, rogamus & hortamur affectu, quatenus sic in antea circa ea, per quæ nobis & dictæ sedi complaceas, & maxime in huiusmodi negotio, a cuius euentu in maxima parte dependet Terræ sanctæ commoditas, disponas regie mentis intuitum, actus exponas, conuertas studia, & opem impendas & operam, quod tenebrosam caliginem, quæ in opinione vulgari tuam tuorumque famam operuit, prudenter abstergas, & te ac illos luce clarere facias puriori, futuris supplens operibus defectus, si quos tu vel tui potius hætenus commisit: & vt talem te opera repræsentent, qualem nostra communita comprehendunt, oriundos de regno & terris tibi subiectis, qui præfatis Frederico & Siculis erronee ac imprudenter adhærent, vt ab eorum errore se reuocent, & a prædictorum Frederici & Siculorum discedant obsequijs, efficaciter studeas compulsionis opportuna remedio coarctare; districtius prohibens sub expedientibus pœnis, vt nullus ex tibi subiectis ad ipsos Fredericum & Siculos accedat, vel mittat, aut eis impendat, publice vel occulte, auxilium, consilium, vel fauorem. Illos vero ex tuis subditis, qui cum venerabili fratre nostro Gerardo episcopo Sabinensi

Exponit effusum in illum Apost. tuum.

Vt signiferum crearetur ecclesie.

Euerfas spes, quas in eo collocarat.

Parta de Sicilia victoria, rem cōficere detrectasse.

Si ad cœpta incubinisset, Siculos ad obsequiū ecclesie omnino fuisse redituros.

Preces ad dit, vt intermissa repetat.

Præteritā labem datergat.

Aragonos & Siculorum castris reuocet.

Alios, qui sub Carolo stipendia faciunt, ad fidem adhortetur.

Nisi enim... Tarentinū principem... Inconful... Verat Ca... Nigam... Repetita... Dat. eo...



Apostolicae sedis legato, & dilectis filiis nobilibus viris Roberto duce Calabriae cognato tuo, ac Rogerio de Lauria, qui tuus fidelis existit, in nostrum ac praefatae sedis seruitium in ipsa Sicilia moram trahunt, diligentius exhorteris, & efficaciter iungas eisdem, ut ipsis legato, duci, & Rogerio feruenter assistant, & fideliter obsequantur, ita quod ipsi tuam & eorum inibi fidem, prudentiam, & constantiam vtiliter representent.

19 Caeterum in fidelium ecclesiae fulcimentum morantium in Sicilia memorata, & ad obtinendam victoriam contra hostes ex consula deliberatione processit tibi, ut firmiter creditur, placitura, ut certus militum & galearum numerus egregie munitorum de terris tibi subiectis celeriter habeatur, & ad hoc solemnes & speciales nuncios destinentur: quibus, sicut gratiam nostram diligis, & honorem tuum illaerum desideras conseruare, opportunum ad id exhibeas & exhiberi facias auxilium, consilium, & fauorem; ita quod, tuo sulti suffragio, faciant & obtineant commode, celeriter, & vtiliter id, [ad quod extiterint destinati. Considera itaque fili charissime, quanta te affectione prosequimur, & conformans ad obsequia Iesu Christi & sanctae matris ecclesiae mentem tuam, sic te Deo, nobis, & ipsi ecclesiae gratum, obsequiosum exhibeas, & fidelem, quod perennis vitae praemium, nostram & memoratae sedis benedictionem & gratiam, ac humanae laudis praerogium, quibuslibet exclusis obstaculis, tamquam benedictionis filius vberius consequi merearis. Datum Laterani XVIII. kal. february anno v.]

Eidē Regi Pontifex, [magno aere alieno obsumptus in bellicum apparatus contra Fridericum] effusus obstricto, duorum annorum decimas impertit a. Gessisse vero illum more apostolicis precibus, refert Surita b, ac regio edicto Aragonios & Catalanos, intentata bonorum multa ex insula Sicilia reuocasse: tum etiam classem ad redigendam in foceri potestatem Siciliae insulam instruxisse, cui Rogerius Luria praefectus ad Pontiae insulae oram Siculos magno praelio delevit c. Sed contra terrestri certamine insulani superiores fuere d, ac Regis Caroli copias duce Blasco Alagone fudere, Gualteriumque Brenensem comitem cepere.

20 Suspensa itaque dubijs successibus victoria, Bonifacius non ingentia modo ex Genuensibus & Aragonia, verum ex Gallijs quoque subsidia comparare nisus est: Robertum enim Atrebatensem comitem ad vindicandas ecclesiae Rom. iniurias, decimis illi in nonnullis ipsius ditionis diocesis concessis e, sollicitauit. Alijs etiam literis f permisit, ut easdem decimas ad triennium colligeret: tum etiam malis artibus, vsuris nimirum & rapinis, quaestitas opes, quarum domini iusti non reperirentur, in eiusdem apparatus bellici sumptus deriuaret g. Praeterea Carolum Valesium Galliarum Regis fratrem, comitem Andegauensem (illo enim comitatu, ut Aragoniae iuribus cederet, a Neapolitano Rege donatus fuerat) virum acerrimi ingenij ac magna in rebus bellicis industriae exciuit, tum ut eius opera aduersus Siculos, tum ad comprimendas exorientes in Italia factiones vteretur: quem etiam ut alliceret obtinendi Imperij spem iniecidisse ferunt h, utque gerendo bello necessaria adornaret, decimas Galliarum nonnullarumque Imperij prouinciarum attribuit: cleroque Gallicano ut aequiori animo imposita onera ferret causas exposuit, quae ipsum ad Carolum in Italiam

accerendum impulissent; ac nonnulla praefatus de suo leuandi ab iniustis oneribus cleri desiderio, ac Regum & principum dissensione, quae instaurandis haecenus Terrae sanctae rebus obfuisse, subiicit: *Ecce quidem fratres & filij, non latet in abditis, sed per diuersos orbis angulos innotescit, qualiter iam fere viginti annorum spatio quondam Petrus olim Rex Aragonum, subdolos nequitiae perceptor; & subsequenter diuersis temporibus natus eius, sibi succedentes in vitio, contra nos & eandem ecclesiam, & charissimum in Christo filium nostrum Carolum Sicilia Regem illustrem insulam Sicilia occuparunt ac tenuerunt, & adhuc etiam pro maiori parte detinent nequiter occupatam. Quarum occupationis & detentionis occasione & causa contigit olim perditio Terrae sanctae; sed nec ei potuit opportunum ministrari subsidium de partibus cismarinis. Et quamuis inopinatis auxilijs, ac insperatis operibus, illucescente illi gratia Saluatoris, sit ipsi Terrae sanctae via recuperationis, reparationis, inhabitationis, & munitionis ciuitatum & locorum, dudum ibidem deperditorum, aperta; tamen ob induratam antiquata iam rebellionis nequitiam praedictorum Siculorum & Frederici nati praedicti quondam Petri olim Regis Aragonum, sub cuius deuo in tenebris & umbra mortis obdormiunt, & propter alia scandala quae insurgunt, praefata mater ecclesia in adhibendis opportunis eidem terrae subsidijs impeditur. Status insuper Tuscia impetitur admodum fluctibus scandalorum: ciuitates, loca, & incolae ipsi matri ecclesiae subiecta rebellant, nequitia venena fundentia & laborantia ingratitude vitio contraeam: & nificorum insolentia comescantur, inualescent plurimum rebelliones ipsorum, & periculosae succrescent.*

21 Et ideo non solum de prope, sed etiam de longe sub spe diuina potentia ad obuandum tot fluctibus totque malis, & periculis resistendum, & ad rebellantium superbiam edomandam auxilium, iuuamen, & fortitudinem inuocare compulsi, dilectum filium nobilem virum Carolum comitem Andegauensem, clara memoria Philippi Regis Francorum natu, virum utique nobilitatis & generis excellentia praefulgentem, potentia praeditum, exercitatum in armis, & ecclesiae praefatae deuotum, per quem speramus & credimus, honores & commoda ipsius ecclesiae in hac parte posse viriliter, potenter, & feliciter promoueri & satisfieri vtiliter votis nostris; aduocare prouidimus in opportunum auxilium & iuuamen ipsius ecclesiae matris suae, ordinato iam, ut decuit, cum eodem, ut usque ad festum purificationis B. Virginis proximo futurum iter arripiat cum magna & honorabili armatorum, militum & equitum comitatu venturus continuatis dietis, & intraturus personaliter in Italiam, ac mansurus in ipsius Italiae prouincijs siue locis, de quibus Apostolica sedes duxerit ordinandum: ut ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum aduentus & mora eius Domino auxiliante persistant; & tranquillata statu Sicilia, alijsque Italiae rebellibus subiugatis, ac ad nostra, & dictae sedis mandata redactis, de opportuno ipsius Terrae sanctae succursu possit vtilius & efficacius prouideri, & vniuersalis occidentalis ecclesiae sabbatum procuretur, &c. Dat. Laterani II. kal. decembris anno VI. Scriptis vero ad comitem, cuius promptissimo auxilio egebat, literis significauit, sui esse consilij, ut nisi intra purificationis Virginis festum diem cum egregijs copijs se in Italiam conferret, datis decimis non potiretur. Ne porro Italia eius aduentu commoueretur, promulgauit apostolico diplomate Bonifacius b, se illum principem ad edomandos ec-

Sere nuas aliquot copias in Caroli auxilium submittat.

Pfificijs voluntati bus se accomodat Iacobus. Ep. 134. b Surit. an. nal. 15. c. 42.

c lb. c. 46. d M.S. de reb. Sic. pag. 86. e Id. ib. Comparata a Bonif. vndique ingentia auxilia. Roberto comiti Atrebat. in Siculos se accingentia tributa decimar. e Lib. 6. ep. cur. 21. f Ep. 23. g Ep. 22. Excitus aduersus Siculos Carolus Valesius. Et factio nes Italiae cas. b Io. Vill. h. g. c. 42. Iniecidit illi Imperij spes.

Abol. te. fland. exco. detin. Vr. Sicut rum u. bellio. ria ex. attin. Ad. Ym. tra. quij. non. er. perat. dicitur. viter. allat. De. En. rize. dno. fionim. Glesia. eccle. dicit. Ad. dno. da. hie. mala. Co. roium. mitem. cecit. Confite. ta. Caro. dies. 19. Italiae. iter. p. prum. e. ler. a. 18. ep. cur. 19. b. Ep. 134.



eleſſæ perduelles, ac maxime pro Sicilia regno recuperando exciuiſſe. Quamuis vero Tarentinus princeps exeunte anno ſuperiori fuſus & captus fuiſſet, Robertus tamen dux Calabriae Catanenſes, Radonianos, Ragufianos, & Nothianos ad ſuas & eccleſiæ partes pellexerat: qua de re certior factus Pontifex, Catanenſibus eſt gratulatus a: ſed ij demum ex initi poſtea fœderis cum hoſte legibus ad Friderici obſequium redierunt.

22 Emerſere eodem tempore in Umbria interſina bella: Gibellina enim factionis Eugubini, excitis in auxilium Aretinis, & earumdem partium Picentibus, coniurationem in Guelphos Eugubinos conſarunt, ac parte eorum ferro caſa, alios bonis exutos in exilium pepulerunt, vt tradit Ioannes Villanus b: quod facinus etiam deplorat Bonifacius c atque ad infringendam & edomandam perduellium Eccleſiæ audaciam, Neapolionem S. Adriani diaconum Cardinalem, quem Piceni & ducatus Spoletani præſidem dixit d, legati etiam apoſtolici auctoritate inſtructum, in prouinciam miſit. De qua ei impoſita prouincia diploma e apoſtolicum ad ipſum eſt datum, in quo de extinguedarum ſeditionum ſtudio hæc affert.

Cum in aliquibus ipſarum prouinciarum terris & locis hoſtis humani generis, pacis æmulus & zizania ſeminator turbationes & ſcandala ſuſcitarit, ſatagens inibi nedum terreſtres, ſed & cœleſtes dulces amaricare delitias; ac non ſolum earumdem, ſed & vicinarum partium de nouo incaperint viri ſanguinum, viri peſſilentes, hoſtes Dei & eiusdem eccleſiæ, ſuorumque fidelium auſibus ſerpentinis inſurgere; qui nequitia virus, quod modernis temporibus ſub melle geſtabant, nequiter effundentes, in totius regionis ſubuerſionem & ſcandalum iniquo molimine pro viribus operantur, vt ſpecialiter patet apertius in Eugubina ciuitatis anguſtijs, excidijs, & ruina, quam hoſtes ijdem varijs diſcriminibus nuperrime ſubiecerunt; fideles ciues eiusdem furore bellico lacerando, nonnullis ex fidelibus ipſis immaniter caede caſis, reliquis in exilium traditis ſub doloris aculeis, & miſeria paupertatis, ac eadem ciuitate totaliter occupata; nos ex ijs graues & amaras ſentientes in corde non ſine magni doloris acerbitate puncturas, & præcauere volentes, ne in ipſis prouincijs talium perſecutionum & nequitiarum olla durioribus flammis ebulliat, ne ſuccenſus ignis vniuerſaliter prouincias ipſas exurat, conſurgere prouidimus ſub ſpe diuina potentie ad nequam hoſtium molimina refrananda, ad huiusmodi perſecutionum & ſcandalorum faces per opportunum adiectionis aquæ remedium extinguedas, ad conſolationis bonum affluetis fidelibus properandum, vt fidelium mentes condigna prouiſio in debita ſtabilitate corroboret pacis & concordia, diſſidentibus viam pandat ſalutis, quietis, fertilitatis, & proſperitatis deuotis incrementa conquirat, ad Dei laudem, & exaltationem eccleſiæ memorata. Datum Anagnia VI. kal. iunij anno VI.

23 Exceperunt debito honore legatum Spoletani, ſequere illius iuſſis ad oppugnandos Eugubij inuaſores, reſtituendosque exules Guelphos paratiſſimos exhibere: quo facto ita apoſtolicam gratiam promeruerunt, vt Bonifacius in nonnullis locis, in quibus clauſa fuerant templa, aperiri iuſſerit, ac fidelium communioni eos, qui anathemate deuincti erant, reſtitui imperarit f. Non ita Peruſini ad vindicandas eccleſiæ iniurias ardere debito in eam ſtudio præ ſe tulere, qui venienti legato denuntiarunt, vereri ſe, ipſum in urbem admittere, ne eius aduentus ad ſeditionem nonnullos concitaret. Quo accepto, Bonifacius rem to-

tam non formidini, ſed vitio minorique obſeruantia in ſedem Apoſtolicam tribuit, ac Neapolionem proficiſci Peruſium, atque intrepide minus ſibi demandatum exequi iuſſit a: *Proſecto*, inquit, *grauè fuit hoc induotionis indicium, & ad Romanam eccleſiam matrem ſuam minus ſana, quinimo ſtulta circa id eorum conſilia proceſſerunt, ac malum & deſtabile alijs eccleſiæ præſata filijs & deuotis inde miſiſſerunt exemplum. Nonne alia ciuitates Lombardiae, Tufciæ, ac aliarum Italiae partium; nec non aliarum nationum fidelium Reges, & principes legatos præſata ſedis reuerenter admiferant hætenus, & admittunt, quamuis temporalis reſloria, et iuriſdictio legatis ipſis non committitur in eis? Quis eccleſiam reueretur præſibatam, ſeius fideles, et ſubditi eam, poſtpoſito deuotionis et fideiſtatis debito, vilipendant?*

Certe deſtabiliter egit ac nimis errauit eorundem Peruſinorum prudentia, te legatum, vtique magnum et nobile membrum eiusdem eccleſiæ, et de domo tam deuota, fidei, potenti, ac nobili procreatum, dubitando reuerenter admittere, ſeu potius contemnendo. Cum igitur non ſint in eis præmiſſa conuenientibus oculis tranſeunda, prudentiam tuam monemus et hortamur attente, per apoſtolica tibi ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus præmiſſis nequaquam obſtantibus, ad dictam ciuitatem Peruſinam te perſonaliter conſerens, vt legatum, commiſſum tibi legationis officium in eiſdem ciuitate, diœceſi, territorio, et diſtrictu, prout honori Dei, noſtro, et dictæ ſedis, ac tuo congruerit, et expediens fuerit, exequaris; ac eorundem Peruſinorum formidatio, quin potius indeuotio non tranſeat alijs in exemplum. Datum Laterani XIII. kal. nouembris anno VI. Quæ fuerint inde conſecuta, indicat Ioannes Villanus b, dum tradit, Eugubinos exules Guelphos, Peruſinorum viribus ſultos, Eugubium recuperari, ac Gibellinos magna clade & ſtrage depulſiſſe.

24 Nec minus ſeditionibus infeſta eodem anno Etruria fuit: erupſiſſe enim Piſtorij primum aduerſas duas factiones, quarum alterius ſequaces nigri, alij dicebantur, ſcribit idem auctor, quibus Florentia breui infeſta fuerit, malumque poſtea in varias Italiae partes emanarit. Inter hæc cum Gibellinae factionis viri ſenſum in reipublicæ magiſtratus irrepererent; ac periculum impenderet, ne urbem in Gibellinas partes magno publicæ quietis damno traducerent; Bonifacius a Guelpharum partium oratoribus excitatus c, vt malis occurreret, Matthæum Aquaspartanum Portuenſem, & S. Rufinae epiſcopum Card. quem Ioannes Villanus d, eumque ſecutus S. Antoninus e Oſtienſem vocant, legatum in Etruriam, atque alias Italiae prouincias, quas ſubiectum diploma pontificium enumerat f, cum ampliſſima poteſtate miſit, ac præſulibus, & regionum locorumque præſidibus, cæteriſque proceribus ſuam illi operam commendare iuſſit. g

Bonifacius & c. *Matthæo Portuenſi & S. Rufinae epiſcopo Apoſtolicæ ſedis legato.*

Conſiderantes attentius, & infra clauſtra pectoris meditatione ſolicita reuoluentes, quod nefanda hoſtis antiqui nequitia, qui ſemper quærit vt noceat, ſemper in circuitu ambulat vt offendat, in pleriſque locis Lombardiae, Tufciæ, & Romandiolæ prouinciarum; Aquileienſis, & Gradenſis patriarchatum, Rauennatis, Mediolanenſis, Ianuenſis, & Piſani archiepiſcopatum, Marchiæ Teruiſinæ, Venetiarum, Bononienſis, & Ferrarienſis ciuitatum, earumque diœceſum &

a Ibid. ep. cur. 38. Corrupti a Bonifacio.

Legatus ad eos proficiſci iuſſus.

b 20. Vill. l. 8. c. 43. Peruſinorum opere rebelles Eugubini perdomiti. Alba & nigra factio exorta Piſtorij.

c Io. Vill. l. 8. c. 38. Marthæus Aquasparta Card. legatus in Etruriam miſſus. d Eod. lib. cap. 39. e S. Anton. tit. 20. c. 8. f Lib. 6. ep. cur. 26. g Reg. poſt eand. ep.

Porrecta ad alias etiam prouincias illius legati.



territoriorum, locisque vicinis eisdem, discordiarum zizaniam feruit, ingessit lites, commouit scandala, odia suscitauit; grandi utique desiderio ducimur, curisque multimodis excitamur, ut malis huiusmodi, molestis quamplurimum votis nostris, efficacibus & opportunis remedijs obuietur; & ecclesiasticis, religiosis, secularibusque personis, in partibus locisque degentibus memoratis, Apostolicæ sedis benigna visitatione præuentis, deformata inibi prouidam reformationem recipiant, praua & noxia procul penitus profigentur.

Attendentes igitur quod gratiarum dator Altissimus personam tuam scientiæ magnitudine, prouidentia dono, discretionis virtute, industriæ munere, circumspeditionis gratia, & aliarum virtutum titulis decorauit, humeros tuos fortitudinis robore muniendo, ut onera grandia facilius supportares; plenam quoque, immo plenissimam de tuis laudabilibus meritis fiduciam obtinentes, licet apud sedem Apostolicam ex tui maturitate, consilij tua non modicum opportuna præsentia dignoscatur, nosque illa careamus inuiti; te tamen ob honorem & exaltationem Ecclesiæ, ac reformationem, & directionem necessarias, ac desideratam quietem partium prædictarum, de fratrum nostrorum consilio illuc tanquam pacis angelum duximus destinandum; fraternitati tuæ in prouincijs, patriarchatibus, archiepiscopatibus nec non ciuitatibus memoratis, earumque diocesis, districtibus, ac territorijs, & locis, ac partibus supradictis plenæ legationis officium committentes, ut euellas & destruas, dissipes & disperdas, ædifices & plantes, ac facias auctoritate nostra quæcumque ad honorem Dei, prosperum statum partium earumdem, ac reformationem pacis fidei videris expedire, &c. *Dat. Anagninæ x kal. iunij anno v. i.* Scribit Ioannes Villanus, Matthæum Cardinalem Florentiam mense iunio huius anni accessisse, magnisque honoribus exceptum: cumque temperando vrbs statui studium applicare cæpisset, exortis nouis odijs, aduersas voluntates conciliare non potuisse: quod Dinus Compagnus oculatus testis confirmat. b

25 Concitatos quoque in Germania hoc tempore maximos bellicos tumultus, scribit Siffrius, ac tres electores principes archiepiscopos Gerardum Maguntinum, Treuirensis Adolphi occisi Regis fratrem, & Coloniensem aduersus Albertum conspirasse. Quibus addit Henricus Rebdorfensis hos principes, conflata in Albertum coniuratione, Rodolphum ducem, eundemque comitem Palatinum exciuisse, contendisseque ad Palatinum comitem ex suscepta inueterata, consuetudine spectare, ut in controuersijs, quæ in Romanorum Regem mouentur, tanquam iudex sententiam ferat: intentasse vero Alberto capitale crimen ob Adolphum Regem interfectum, atque ideo a gubernaculis Imperij submouendum: at Albertum, comparato mox florentissimo exercitu, electores armorum vi ad sua imperia coegisse.

26 Effluentibus interea iudicis a Bonifacio, electo controuersiæ arbitro, inducijs inter Gallorum & Anglorum Reges, ne in arma confurgerent, eas prorogandas censuit. c

*Ad futuram rei memoriam.*

Dudum inter charissimos in Christo filios nostros Philippum Franciæ ex parte vna, & Eduardum Angliæ ex altera Reges illustres super diuersis articulis materia dissensionis exorta, iisdem Re-

ges & speciales ipsorum procuratores, & nuntij ad nos propterea destinati, & ab eis super ijs specialem potestatem habentes, in nos tanquam in priuatam personam, & dominum Benedictum Gaetanum tanquam in arbitrum, arbitratorem, sententiatorem, & amicabilem compositorem, præceptorem, ordinatorem, dispositorem, & pronunciatorem super reformanda pace & concordia inter ipsos Reges; & super ijs, quæ ad pacem pertinent, ac super omnibus, & singulis discordijs, guerris, litibus, controuersijs, causis, quæstionibus, damnis, & iniurijs, petitionibus, & actionibus, realibus & personalibus atque mixtis, quæ fuerant, erant, vel esse poterant inter eosdem Reges occasione quacumque, alte ac basse, absolute ac libere sub certa forma compromittere curauerunt; volentes, promittentes, & expresse consentientes tamdiu compromissa huiusmodi perdurare, quamdiu treugarum voluntarie initarum antea inter dictos Reges tempus, & terminus perduraret; & quod nos interim, si placeret nobis ac videremus expediens, possemus in antea huiusmodi compromissorum ac ferendi arbitrij, seu arbitragij, & aliorum in compromissis huiusmodi contentorum; nec non & prædictarum treugarum tempus, & terminum simul, & non aliter, semel & pluries ad nostrum beneplacitum prorogare.

Nos veto, prædictis compromissis receptis, quandam ordinationem super huiusmodi negotio, prout tunc conditio temporis, & negotij status & qualitas suadebant, duximus faciendam; nonnullis in eodem negotio sub ordinatione futura remanentibus hæctenus in suspenso, prout in pronunciatione prædictæ ordinationis plenius continetur. Postmodum autem attendentes, quod faciente pacis actore, a quo cuncta bona procedunt, ea quæ ordinanda duximus, prospera successione viuebant; & desiderantes admodum, ut in dicto negotio ex nostris studijs, diuina suffragatione fulcitis, felix & desideratus proueniret effectus, ac propterea præcauere volentes, ne tempus ipsius perficiendi negotij laberetur; præfatas treugas, prout fuerunt initæ vel indictæ, ac inter omnes, easdemque personas, inter quas, & quoad quas extiterant indictæ vel initæ; ac prædicta compromissa, & in posterum ferendum arbitrium seu arbitragium, totumque negotium, prout ex futura nostra ordinatione ac decisione pendeabant, duximus vsque ad festum Epiphaniæ futurum proxime proroganda, prout in nostris bullatis inde confectis literis plenius continetur.

Nunc insuper, quia desiderijs nostris valde votiuum occurrit, ut super huiusmodi negotio desideratus finis adueniat; ac nolentes ob id, ut eiusdem tempus præcomplendi negotij patiatur excursus; prædictas treugas, sicut fuerunt initæ & indictæ inter omnes easdemque personas, inter quas, & quoad quas earum prouenit iudicium & præfata compromissa, & in posterum ferendum arbitrium seu arbitragium totumque negotium, prout ex futura nostra ordinatione ac decisione dependent; a prædicto nunc proximo futuro Epiphaniæ festo vsque ad aliud ex nunc secundo venturum Epiphaniæ festum ex huiusmodi potestate arbitraria nobis tradita, prorogamus. Quam quidem prorogationem, & omnem eius effectum præcipimus sub pœnis in compromissis ipsis adiectis, & alijs iuxta nostrum arbitrium inferendis, inuolubiliter a partibus obseruari; ordinatis, arbitratis, præceptis, diffinitis, laudatis, & pronun-

Legatielo  
gia.

Demāda-  
ta ipsi au-  
ctoritas.

a 10. Vill.  
l. 8. c. 39.  
Legati ad  
Florenti-  
nos conci-  
liandos  
studia.

b Din.  
Comp. M.  
S. chr. l. 1.  
c Siffrius.  
ep. l. 2. c.  
alij.

Principes  
electores  
ecclesiasti-  
ci in Al-  
bertum  
coniurāt.  
d Henr.  
Rebdorf.  
in annal.  
Cæs. Adol-  
phi iudi-  
ciji illi in-  
tendunt.

Armorū  
vi ad Al-  
berti obse-  
quium re-  
uocati.  
Prorogate  
inter An-  
glos &  
Gallos in-  
ducit.  
e Lib. 6.  
ep. 82.

De  
proci-  
in Pa-  
ficta  
to.

Noni-  
eōrum  
fa non  
ditur.

Desig-  
tum ad  
concilio  
da tēpō-



ciatis per nos hactenus in memorato negotio in sua nihilominus remanentibus firmitate. Nulli ergo &c. *Dat. Laterani xxi. kal. novembris anno vi.]*

27 Addenda hic videntur quæ Bonifacius cum ijs Regibus egerit. Ac primum grauiores querelas apud Galliarum Regem ob inuasa nonnullarum ecclesiarum iura effudit. Almericus enim Narbonæ vicecomes contra maiorum consuetudinem, qui se archiepiscopi fiduciariorum sacramento apud aras professi erant, non illius, sed Galliarum Regis tantum stipendiarium esse contendebat. Regij etiam administri Melgoriensem comitatum, ab sede Apostolica Magalonenſi episcopo iure fiducia-rio traditum, inuaserant: quem ex Romanæ ecclesie dominio pendere subiectis literis probauit Bonifacius, atque a ad asserenda iura ecclesiastica Narbonensi archiepiscopo Almericum ad sedis Apostolicæ iudicium acceſſiuit.

*Regi Francia illustri.*

Recordare, Rex inclyte, progenitorum tuorum actus strenuos, meritaque præclara intueri, ac respice quod Deus regnantium honor & gloria beatum Ludouicum auum tuum Regibus dedit in speculum, & populis in exemplum, quæ ipſius nepos, quasi charissimus filius imiteris; prudenter attendens, quod tantam habebat conscientie puritatem, quod non solum scienter, sed nec ignoranter dispendium alijs volebat inferre, causam quam ignorabat adinstar sancti Iob diligenter inuestigans. Vnde cum super comitatu Mergolij Magalonenſis diocesis nonnulla auribus instillarentur ipſius, intantum vt ad quem pertineret comitatus huiusmodi hæſitaret; nolens ex abrupto procedere, vel incerto, felix recordationis Clementis Papæ IV. prædecessoris nostri, quem super hoc putabat habere notitiam, requisitum consilium, tam humiliter quam prudenter, sicut ex tenore literarum prædecessoris eiusdem, quem præsentibus tibi mittimus interclusum, colligere poteris euidenter. Post cuius prædecessoris Clementis responsum Magalonenſis ecclesia a regalium exactionibus conqueiuit, quæ ab olim tenuit & tenet in feudum ab Apostolica sede comitatum eundem, prout constat ex vetustissimis documentis, & ex ijs, quæ in eiusdem sedis conseruantur archiuio, ac ex prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum literis, quæ de dicto comitatu faciunt mentionem. Quapropter dolemus non immerito, & turbamur, si reſcribimus facta respondeant, quod sicut accepimus, officialis tui venerabilem fratrem nostrum Gerardum episcopum, & dilectum filium capitulum Magalonenſe super comitatu prædicto, & hominibus comitatus, immo nos & Apostolicam sedem grauant, impetunt, & moleſtant.

Cum igitur Deus per suam misericordiam, non sine multimodis nostris & sedis eiusdem præſidijs, adeo dilatauerit funiculos & limites regni tui iuriumque tuorum, vt nec tibi expediat ad occupanda bona aliorum & iura; præſertim nostra & prædictæ sedis, ac Magalonenſis ecclesie memoratæ, super comitatu præſato, qui tenetur a nobis & sede prædicta, manus occupatrices extendere; circumſpectionem regiam tenore præſentiam hortamur & rogamus attente, tibi que paternis affectibus salubriter suademus, vt senſualis, officialibus, & baliuis tuis diſtrictè præcipias, quod de cætero a dictorum episcopi & capituli ac vaſſallorum super dicto comitatu moleſtatione deſiſtant: exhortationes & preces nostras

huiusmodi sic efficaciter impleturus, quod a Deo præmium conſequaris, nobisque & sanctæ Romanæ ecclesie matri tuæ, te præcipuum filium reſpreſentes, quicquid ſuper hoc faciendum duxeris nobis tuis literis reſponſurus.

28 Ad hæc præmiſſis adiicitur grandis iniuria, & amara querela, qua ad nostrum peruenit auditum, quod nobilis vir Amalricus vicecomes Narbonæ, antiquorum progenitorum suorum, qui ecclesiam Narbonensem & alias eidem subiectas, quantum & quamdiu potuerunt, multipliciter impugnarunt, vestigijs inhærens pestiferis; iurisdictionem & omnia, quæ dicta Narbonensis ecclesia teneat vel habeat in ciuitate ac burgo Narbonæ & pertinentijs eorundem, & quæ indubitanter tenebat, ac tenere debebat in feudum ab eadem ecclesia Narbonensi; quæue parentes sui a centum fere annis citra continue archiepiscopis, qui pro tempore ipſi ecclesie præſuerunt, & pater istius vicecomitis eodem præſente, sciente, & intelligente Narbonensi archiepiscopo, qui nunc præſt, cum sacramento fidelitatis & homagio, præſente quoque multitudine hominum, clericorum & laicorum, nobilium & ignobilium copioſa, ante maius altare in ipſa ecclesia Narbonensi, vt moris erat prædeceſſorum eorundem, publice recognouerant a dictis archiepiscopo & ecclesia Narbonensi, se tenere in feudum, vt indubitatis conſtat Regum Francia prædeceſſorum tuorum priuilegijs, vicecomitum Narbonensium literis eorundem vicecomitum sigillis signatis, & alijs etiam luce clarioribus documentis, & hæc ipſe idem vicecomes procuratorio nomine patris sui, dum vivebat, in tua curia fuit manifeſte conſeſſus; a paucis citra temporibus maligno ductus ſpiritu, in magnum contemptum, præiudicium & iniuriam non solum præſatæ Narbonensis ecclesie, verum etiam aliarum ecclesiarum totius prouinciæ Narbonensis, a te recognouit in feudum: & in damnationis suæ cumulum, & euidentius ſapedictæ Narbonensis ecclesie nocumentum, non solum ea a te, vt prædicatur, recognouit; sed vt Gallicano vtamur vocabulo, aduocauit, immo etiam ea a dicto archiepiscopo, & ecclesia Narbonensi deauocauit expreſſe. Fili charissime, taliam mentem nostram amaricant, & perturbant, & vt ad apponenda remedia conuertamur, excitant & instigant: nec possumus, nec debemus tam grandia detrimenta ac exheredationem quandam Narbonensis ecclesie supradictæ sub diſſimulatione tranſire: nec talia pati debuerat dignitatis Regiæ reſtitudo, & prudentia circumspecta. Ab olim ecclesia, Regum lætata mamillis, excreuit in potestatem, dignitatem, libertatem, celsitudinem, & gloriam ſeculorum: nunc, pro dolor! a Regibus eorumque officialibus premitur, ancillatur, ſpernitur, & multipliciter expugnatur.

29 Hæc, fili, tolerando in ecclesijs regni tui habes merito formidare, quod vlciscetur hæc Deus iudicij dominus, & Rex regum, cuiusque vicarius finaliter non tacebit, ne forſitan audiat: Canis mutus latrare non valens; qui etſi patienter ad tempus expectet, vt locus misericordie non claudatur, tandem exurget ad vindictam, malefactorum, laudem verò bonorum. Vtinam ſaperes & intelligeres, & nouissima prouideres, ac plene diſcuteres immiſſiones, quæ quasi per malos angelos tibi fiunt & ſuſurronibus, ac prauis conſiliarijs facilem non præberes auditum; & ſolenter cognosceres, quod quasi mali propheta, loquentes placencia, vident tibi falſa & ſtulta,

De Amalrico Narbonensi vicecomite iura archiepiscopi infringente queritur.

Exponit antiqui moris fuisse, vt vicecomites solemniter fidem archiepiscopo deuinciret.

Nouatū ab Amalrico in ecclesie dānum.

Deplorat Bonifacium olim ecclesias adeo auctas a Regibus tum a successibus extingui.

Almericus Narbonensis vicecomes...

De his...

S. Ludouicus...

Comitare...

ad vi...

ad resti...



assumptiones falsas & eiectiones; nec attendunt, quod inter naturam & gloriam est media gratia, sine qua a prima ad tertiam non transitur. Cautas igitur diligenter, ne ad stultum finem consilia talium, qui adulatione decipiunt re, deducant.

Nos nihilominus, ne tantum dispendium memoratae Narbonensis ecclesiae transeat impunium, neue alijs praebeatur exemplum tam nefanda similia attentandi; contra Almaricum ipsum & alios, quos negotium istud contingit, ex officio nostro & de apostolica plenitudine potestatis deliberauimus procedere summarie, de plano sine strepitu & figura iudicij, prout iustitia exigit, & videbimus expedire; ipsumque Almaricum mandamus sub certa forma ad nostram praesentiam euocari. Ceterum excellentiam regiam volumus non latere, quod ex quo stimulamur in tantum, nec blandimenta proficiunt, nec corriguntur errata; literas nostras, quas super talibus & similibus tibi dirigimus, iam ordinauimus regestrari ad perpetuam rei memoriam. Quis autem ex eis & alijs, necnon ex illis, quae nuperrime per solemnes nuntios tibi significanda decreuimus, subsequeretur effectus, nouit ille, qui secretorum est cognitor, & praecius futurorum. *Dat. Anagnina xv. kal. augusti anno vi.* ] Creuit haec temporis progressu discordia, dum Bonifacius superstes fuit: qui etiam archiepiscopo Narbonensi intentato grauiorum poenarum terrore prohibuit a, ne vllam, sede Apostolica inconsulta, concordiam iniret. E viuis autem erepto Bonifacio, cum Benedictus XI. ad pacandas discordias incumberet, Almericus professus est b, Narbonensis ecclesiae beneficio se principatu potiri: archiepiscopus vero Gallo Regi solita sacramenti forma fidem addixit.

Quod ad Magalonensem ecclesiam spectat, cuius iura Philippus Rex inuadebat; Bonifacius ad ea asserenda superioribus literis adiecit aliarum Clemens IV. literarum exemplum, olim ad S. Ludouicum Regem, qui Pontificem de iuribus illius comitatus consuluerat, missarum, quibus sanctissimo Regi iurium sedis Apostolicae rationes patefecit.

*Clemens episcopus seruus seruorum Dei, charissimum in Christo filio Ludouico Regi Francorum illustri salutem, &c.*

30 Quia quidam ex ignorantia, quidam ex malitia veritatem interdum sepehant, interdum quibusdam coloribus adulterinis obducunt, ideo, fili charissime, recte agis, si quoties tibi dubia offeruntur, quorum tibi expedit plenam habere notitiam, causam quam nescis diligentius inuestigas, quia sicut iudicio cognita, sic incognita casu. Sane tua nuper a nobis serenitas requisit quid de comitatu Melgorij, quem venerabilis frater noster Magalonenfis episcopus possidet, sentiremus; cum tuae celsitudini sit suggestum, quod vel tibi, vel dilecto filio P. Peleti domino Alesti vassallo tuo fiat iniuria. Ad quod tibi breuiter respondemus, prout constat ex vetustissimis Apostolicae sedis documentis. Comitatus praedictus est feudum Romanae ecclesiae censuale, quod iuste tenuit, vt communiter dicitur, aliquo tempore bonae memoriae Bertrandus comes abauus dicti P. sed & comites Tolosani iuste, vt ipsi dicebant, iniuste, vt plurimi sentiebant, illud diuersis temporibus tenuerunt. Verum cum comes Tolosanus pater quondam comitis Tolosani, proximo iam defuncti, ex causis ad iudicium apostolicum ratione fidei pertinentibus, per felicis recordationis Innocentium Papam praedecessorem

nostrum terris suis & honore priuatus, suis meritis congruentem sententiam excepisset; bonae memoriae P. de Beneuento subdiaconus & notarius praedecessoris eiusdem, tunc in illis partibus Apostolicae sedis legatus, comitatum praedictum, quem idem comes eodem tempore possidebat, ad ius Romanae ecclesiae, sicut debuit, reuocauit. Quod tempore procedente R. Peleti proauus dicti P. restitui sibi petijt a legato praedicto: qui nolens, sicut nec debuit, eidem negare iustitiam, auditore sibi concessio, Guillelmum tunc Magalonensem episcopum constituit ad ius Romanae ecclesiae defendendum, fuitque in eodem negotio eovsque processum, quod lite contestata fuit ex parte procuratoris exceptum, quod idem comitatus libram debebat annuum Romanae ecclesiae censualem, & erat ipsius dominio \* . . . non soluerat multo tempore retroacto. Quod idem actor fuit de plano confessus, & nihilominus ad probandum ius suum, quod fuerat a procuratore vexatum, testes produxit plurimos. Sed, quicquid in causa fuerit, remansit negotium indecisum: sed tempore consequenti cum videret Romana ecclesia dictum R. intentionem suam in iudicio non fundasse, quod etiam si fecisset, sibi prodesse non poterat propter cessationem diutinam annui canonis non soluti, remque litigiosam non esse perpendens, quam sine speciali mandato legati memoratus non potuit deducere in iudicio, dicto praedecessori nostro placuit sepe dictum comitatum Magalonenfi episcopo & suis successoribus sub censu annuo in feudum concedere: sicque ipse & eius praedecessores ex tunc pacifice possederunt; hoc saluo, quod defunctus vltimo comes Tolosanus Melgorium & quaedam castra alia episcopo abstulit supra dicto: sed postmodum ad cor rediens & reddidit liberaliter, & libenter. Et haec, quae de dicto legato praemisimus, facta noueris antequam recordationis inclytae pater tuus, Franciae Rex effectus, negotium assumeret Albiense, immo & antequam pater, viuifica crucis suscepto character, ciuitatem adiens Tolosanam, potenter ac viriliter eam obsidione vallasset. Nos autem qui dictum P. & praedecessores suos sincere dileximus ab antiquo, haec omnia semper reuoluimus, & fideliter laborauimus in statu alio constituti, vt Magalonenfis ecclesia aliquid eis daret, sed non potuimus obtinere.

31 Nuper vero ex quo, licet immeriti, sedem conscendimus altiore, ad eiusdem P. deuotam instantiam venerabili fratri nostro episcopo Magalonenfi dedimus potestatem aliquos ei redditus assignandi. Ad quod nos induxit eiusdem P. domusque suae dilectio iam praescripta: sed & honor eiusdem episcopi & utilitas, cui credebamus expediens; & vt possemus scrupulum conscientiae, si quis erat, redimere, vulgi clamoribus satisfacere, omni iuris necessitate cessante, & dictam domum satis sibi vicinam in sua gratia retinere. Quocirca, fili charissime, nemo tibi suadeat praedictum in ijs omnibus, vel eorum aliquo tibi factum: nisi forsan ad id se velint conuertere, qui de sede Apostolica male sentiant, vt inquirant quomodo Romana ecclesia in Regno Franciae feuda habere potuerit, sicut aliquos audiimus susurrantes. Quibus dicimus, quod licet vtiq; habeat haec & alia, nec est aliquid quod impediatur, cum nec regnum cum Regibus natum fuerit, nec a solis Regibus acquisitum. Etsi veteres legant historias de Narbonensis acquisitione prouinciae, personales labores inuenient Romanorum Pontificum & sudores,

Significat in Amalricum legibus ecclesiasticis aucturum.

Bened. X. l. 1. ep. 613.

Had. ep.

Clemens ad S. Lud. de Melgorij comitatu.

Ex vetustissimis monumentis Apost. v. c. sigalae esse.

Raymundo comite Tolosano nato de haeresi comitatu ad ecclesiam Rom. reuocatum.



qui nō tam Regum fuerunt socij in victorijs, quam Reges nunc sequaces, nunc socios habuerunt tāquam negotij Narbonensis domini principales. Tuis ergo contentus finibus, & regni latitudine, quod virtute mirifica nostris temporibus Dominus ampliavit, dictum episcopum, & in ipso Romanam ecclesiam non perturbes nec susurrōnum somnijs irritatus, qui quandoque loquentes placentia credulis auribus fel mellitum instillāt, quod in te, fili, posse non credimus, tuā dudum constantiam circumspeditionis experti. Cæterum de moneta miliarensi, quam idem episcopus cudi facit, vt dicitur, in feudo ecclesiæ, ei scribimus, quod etiam iuri contrarium arbitramur, & Christianæ inconueniens honestati. *Dat. xvi. kal. octobris anno 11. J*

32 Non continuerat etiam puras manus ab inuadendis ecclesiarum bonis Eduardus Anglorum Rex, quem Bonifacius hortatus est, vt erepta Eboracensi ecclesiæ restitueret Thomæ archiepiscopo, quem ea dignitate ornarat Pontifex, Regique & clero, ac suffraganeis commendarat: a *Temporalia*, inquit, *seu regalia eiusdem Eboracensis ecclesiæ, quæ per te vacationis eiusdem tempore teneri dicuntur, sine qualibet difficultate restituens, te sibi reddas in regio fauore munificum, & cunctis opportunitatibus gratiosum; ita quod idem archiepiscopus tuæ celsitudinis fultus auxilio, in commissa sibi cura pastoralis officij possit Deo propitio prosperari, & tibi exinde a Deo perennis vita præmium, & a nobis condigna proueniat actio gratiarum.* *Dat. Laterani vii. id. martij anno vi.*

33 Hoc anno, cum orientalium Christianorum Regum reportatæ de Saracenis victoriæ fama in occidente increbuisse, adornandæ in Terram sanctam expeditionis consilium Bonifacius suscepit (quamuis postea illud euauerit) eaq; occasione ad cogendas ex toto orbe Christiano decimas incubuit, quo argumento plures in eius regesto extant literæ a. Cæterum parum Pontificijs desiderijs principum zelus respondit; Ioannes tamen Britannæ dux, pietate incensus, sacro bello se deuouit, quem Pontifex literis suis magnis laudibus extulit. b

#### Ioanni duci Britannia.

Gaudemus & lætamur in Domino, quod tu grandis deuotionis ad Deum, Romanam ecclesiā, & Terram sanctam claritate præfulgidus, ipsius terræ necessarijs cōmoditates aduertens, suis profectibus desideranter intendis, ac intento prosequeris animo, quæ sibi percipis profutura. Nuper enim nobis per tuos nuncios & literas intimasti, quod tu zelo feruenti ad ipsius Terræ sanctæ negotiam reuerenter aspirans, viuificæ Crucis assumpto signaculo, ad terram eandem, ad quam iamdiu habuisti propositum transfretandi, & ad quam alias transfretasti, proponis & properas, aut in instanti, vel saltem infra festum natiuitatis B. Ioannis Baptistæ proximo futuram in eiusdem terræ subsidium cum maiori & meliori, qua poteris, comitiua nobilium personaliter iter arripere transfretandi. Quare nobis humiliter supplicasti, vt ad hoc pium præbentes assensum, tibi & omnibus tecum transfretaturis transfretandi licentiam & consuetam indulgentiam concedere dignemur.

Nos igitur, attendentes quod ad ipsum dirigis studiosis operibus mentem tuam, vt pro sui gloria nominis in terris corpore militans, & labores amplectens, cœleste præmium consequaris; nobilitatis tuæ prudentiam exinde multipliciter in

Annal. Eccl. Tom. XIV.

Domino commendamus, ac laudes & gratias Altissimo inde referimus, qui hoc tibi conspicitur inspirasse. Ideoque tibi super huiusmodi tuo salubri proposito fauorabiliter annuentes, tibi & omnibus, quos tecum transfretaturos elegeris, quique tecum duxerint transfretandum, peritam transfretandi licentiam, illamque indulgentiam, quæ transfretantibus in ipsius terræ subsidium concessa fuit in generali concilio Lugdunensi, auctoritate præsentium impertimur. Tu itaque, fili, mentem tuam prudenter & deuote ad prosecutionem operis tam laudandi corroborans, votum tuum in hac parte sic solcite, sic laudabiliter exequaris, quod ex hoc repromissum præmium gerentibus bellum Dei consequaris ab ipso, in Apostolica sedis gratia pleniori concresecas, & humanæ laudis præconium merearis. *Dat. Anagninæ iv. kal. octobris anno vi. J*

34 Duxisse in Syriam cruce signatum exercitum Britannia ducem non reperio, ac facile ab arduo consilio deterritum arbitror, cum nouas Syriæ conuersiones intellexisset. Hoc enim anno Cassanus, cum mense ac dimidio euolutis apud Damascus bello vires recreasset, audita Baydonis Regis Tartari in Persidem irruptione, eo signa dirigere coactus est: ex cuius discessu Capchick proditoris consilia agitauit, atque ætate adulta, cum nulli ex occidente ad inuendam Syriæ possessionem, quam restitui Christianis Cassanus ipse iusserat, aduentarent exercitus, traductæque essent in Persidem vires Tartarorum, Syriam in pristinum Saracenorum dominatum rededit, vt hisce verbis narrat Aytonus a: *Cumque Casanus taliter moraretur, & daret se solatio & quieti, & ecce rumores venerunt de quodam suo consanguineo nomine Baydo, qui ingressus fuerat regnum Persarum, damna Casano plurima inferendo: & quia dubitabatur ne deterius faceret, consultum fuit Casano, quod ad propria remearet. His itaque rumoribus intellectis, Casanus præcepit maiori duci sui exercitus, qui vocabatur Cotulossa, quod cum parte exercitus ad custodiam regni Syriæ remaneret, & Molay ac alijs Tartaris, qui erant in terra Gazara, mandauit, quod obedirent Cotulossæ, quem dimiserat loco suo. Post hæc ordinauit Casanus baiulos & retores super qualibet ciuitate, & tradidit ciuitatem Damasci\* Capchick proditori superius nominato, nōdum enim Casanus cognouerat uelle suum. Postea vocari fecit ad se Regem Armenia, & suum sibi reseruari recessum, dicens: Libenter tradidissimus terras, quas acquisimus, custodiendas Christianis, si venissent, & si venerint, Cotulossæ dabimus in mandatis, quod eis restituat omnes terras, quas hæctenus tenuerunt, & ad reparationem castrorum det eis subsidium opportunum.*

His omnibus sic completis, Casanus arripuit iter suum, tendens versus Mesopotamiam: cumque ad flumen Euphraten peruenisset, mandauit Cotulossæ, vt dimissis Molay viginti milibus Tartaris, ad eum cum residuo exercitu accedere festinaret. Cotulossa quidem fecit, sicut receperat in mandatis: vnde Molay stetit in custodia regni Syriæ pro Casano: & suadente Capchick proditore, Molay se transfudit versus partes Hierosolymitanas in quodam loco nominato Gaur, vt ibi pabula pro equis & alia necessaria inueniret. Aestiuo vero tempore adueniente, Capchick prædictus, qui erga Casanum iam dudum conceperat falsitatem, occulte misit ad Soldanum, quod redderet sibi Damascum, & alias terras, quas Casanus & Tartari occupauerunt in regno Syriæ. Et Soldanus promisit Capchick, quod

B b b b  
fisa,

Syriæ conuersiones.

a Ayth. in hist. orien. c. 43. Baydonis irruptio in Persidem.

Reuocat\* ab expeditione Syriæ Casanus.

\* al Calphack Dat imperia, vt Christianis restituantur Palestina.

Molay Hierosolymas tendit:

Damasci defectio.



fl ea, quæ promiserat, adimpleret, sibi daret perpetuo dominium ciuitatis Damasci, & de thesauro suo etiam magnam partem, & sororem suam sibi traderet in uxorem. Et ita post modicum temporis sparium Capthick, rebellis effectus, fecit omnia castra Tartaris rebellare: spes enim illorum erat astus astui temporis, in quo Tartari non poterant equitare, neque suis subsidium impertire. Quando Molay vidit, quod omnes terra rebellos facta fuerunt, non fecit ausus stare cum tam modica gentium quantitate: unde per viam breuiorem se transfudit ad regnum Mesopotamia, & notificauit Casano omnia, quæ in regno Syria euenerant seriatim. Casanus vero tunc non potuit aliud facere per astum temporis: sed veniente tempore hyemali super litora fluminis Euphratis suum fecit maximum apparatus. Quæ dein sint secuta, sequenti anno dicitur: nunc reliquas orientis res coniungimus.

35 Recrudescabant tunc in Cypro graues seditiones, quæ cum regnum illud euersura essent, ni remedium afferretur, Bonifacius apud Regem quaesitum est, ab ipso sancitam legem, dum regni status melius temperari posset, non seruari, monuitque ne ex eo grauissima mala emergerent, periculum impendere.

Henrico Regi Cypri illustri.

Circa illa te conuenit, fili charissime, opem & operam exhibere sollicitam, quæ diuinæ maiestati complacent, tuæ salutis incrementa procurent, tuque regni statum respiciant prosperum & tranquillum. Sane fide digna relatione comperimus, quod ordinationem piam & prouidam, quam pro tua & ipsius regni quiete pridem inter te, ac prelatos, & religiosos eiusdem regni auctoritate apostolica duximus faciendam, pro tua voluntate non seruas, nec facis ab alijs obseruari: propter quod verisimilis dubitationis causa suggeritur, ne occasione huiusmodi grauis in regno praedicto turbationis materia suscitetur. Cum igitur ad tuam diuineque regni pacem, & quietem continuam more pij patris, quem non praterirent filiorum incommoda, sollicitis studijs intendamus, excellentiam regiam rogandam attente duximus & hortandam, quatenus pro diuina & Apostolicæ sedis reuerentia, tuque honoris augmento, praedictam ordinationem indefinenter obserues, & inconcussa facias obseruari; illam super hoc efficaciam impensurus, ut exinde præter laudis humanæ præconium a Domino præmium consequaris, nosque regis deuotionis promptitudinem non immerito commendemus. Datum Laterani xiv. kal. ianuarij anno vi. ]

36 Erupisse per hæc tempora funesta Turcarum Imperij intra Laonici Chalcondylas b Atheniensis & Card. Baronius c obseruati. Cum vero iam ante Soldanos Turquie interdum a Romanis Pontificibus sollicitatos ad fidem Christi amplectendam uiderimus, iamque in immensum eorum potentia excreuerit, Turquiam, ex qua hoc tempore erupere, quam iam multis ante seculis subegerant, ex Aythono d eorum finitimo & coetaneo describere opera pretium esse ducimus: Regnum, inquit, Turquie est valde magnum, & diuitijs opulentum. Et infra: Confines habet ex parte orientis cum Armenia maiori, & partim cum regno Georgia. Ex parte occidentis dilatatur usque ad ciuitatem Satalia, quæ supra mare Græcia situm habet. Ex parte septentrionis nullos habet cum aliqua terra confines; sed de longo in longum extenditur supra littora maris maioris. Ex parte meridiei partim habet confines cum secunda Armenia, &

partim cum Cilicia, & partim usque ad mare Græcia dilatatur, & respicit insulam Cypri. Illud regnum a diuersis nationibus partium orientis Græcia appellatur, quia antiquitus Imperator Græcorum terram istam Turquia, quasi pro suo proprio seruabat, & per duces atque officiales Imperatoris tunc temporis regebatur. Postquam vero Turci occupauerunt terram illam, & habitauerunt ibidem, elegerunt dominum super eos, & illum uocauerunt Soldan, quod idem est quod Rex in idiomate Latinorum: & ex tunc terra illa fuit uocata Turquia, præcipue a Latinis. Pluribusque interiectis de illius prouincijs præcipuisque urbibus, subdit de gentium in Turquia morantium ritu: In regno Turquie habitant quatuor gentium nationes, uidelicet Græci, Armeni, & Iacobini (isti Christiani sunt, & uiuunt de mercationibus & laboribus terra) & Turci, qui sunt Saraceni, & illius terra dominium de Græcorum manibus abstulerunt, et aliqui sunt, qui uiuunt de mercationibus & laboribus terra, et habitant in ciuitatibus, et in uillis; alij uero semper petunt nemora, et stant in uampis hyeme et estate, qui ouium sunt pastores, et sunt sagittarij valde boni. Id regnum iam ante subactum a Tartaris, oblatumque b Luoni Regi Armenia uisum: sed ab ipso repudiatum honeste, cum ad amplissimas prouincias in officio continendas ab occidentalibus Christianis non inuaretur. Antequam uero eas regiones Turci Græcorum eriperent Imperio, eorum obscura adeo extitit origo, ut ex quibus regionibus emerferint, certent scriptores; in eam uero opinionem uergit Chalconylas c, ex Scythis genus duxisse, atque agrostem maxime & inconditum uiuendi morem tenuisse, quod ipsam Turci uocem significare ait. Post uero Sultanum Azatiani pulsum a Tartaris Turci Græcis, a quibus in aduersis excepti cultique fuerant d, improbam gratiam retulerunt, grauesque intulerunt clades, quas ita describit Nicephorus Gregoras.

37 Sub hoc tempus in oriente maxime calamitatum, et turbulentissima tempestates extiterunt nam cum nulli ibi Romanorum exercitus essent, Turcorum Satrapæ, conuocatis uiribus, incursauerunt omnia usque ad mare quodlibet, et ad ipsas Aegæas commigrarunt; maximam partem uirorum simul et mulierum, item infantes, iumenta, opes Turci recens occuparunt: qui uero clam euaserunt, in proximas urbes confugerunt: nonnulli etiam nudi et inopes fretum traiecerunt. At Turci, iam inita concordia, omnes in Asia Romanorum prouincias sorte distribuerunt, Carmano Alifurio pleraque mediterranea Phrygia obuenerunt usque ad Philadelphia, et prouinciam Antiochiam, ad Meandrum fluiuium sitam. Quidquid inde est Smyrnæ usque, et ad interiorem Ionie oram Sarchani cuidam obuinit. Nam Magnesium, Prienen, et Epbesum alius nomine Sasan interceptat. A Lydia & Aetholia usque ad Mysiam, ad Hellespontum sitam, Calames & filius eius Gerasus obtinebant. Quæ circa Olympum sunt et Bithyniam omnem Atman a flumine Sangario ad Paphlagoniam usque Amurij filij inter se partiti sunt. Hæc Gregoras, qui Atman uocat, quem Chalcondylas e Ottomanem appellat: in cuius successibus reliquorum principatus postea coaluere, atque ita Turcarum primus Rex collocatur, qui Prusiam Mysiæ urbem fame subegit, atque in ea regiam constituit: tum ad stabiliendum regnum ueris studijs, prætorianos milites lectissimos sibi comparauit, quos ianuas sive portas appellauit: sui que terrorem adeo omnibus incussit, ut ad exequenda ipsius imperia mox impigre prouolarent.

Tartarorum e Syria fuga.

Cyprus intestinis discordijs agitur. a Lib. 6. 49. 153.

Hortatur Henricum Reg. Bonifacius, ut a se sancita ad regnum componendum obseruet.

Hist. Turc. l. 1. c. Baronius notis M. S.

d Aythone hist. orient. c. 13. Descriptio Turciæ.

Illud uocatur uariè, a d. h. 107. n. 6. b. d. 107. n. 21.

c. Chalcondylas.

d. Nicephorus Gregoras l. 7.

Gregoras Imperii Ianuarum a Turco.

L. 1. Prusiam Ottomanem appellat: in cuius successibus reliquorum principatus postea coaluere, atque ita Turcarum primus Rex collocatur, qui Prusiam Mysiæ urbem fame subegit, atque in ea regiam constituit: tum ad stabiliendum regnum ueris studijs, prætorianos milites lectissimos sibi comparauit, quos ianuas sive portas appellauit: sui que terrorem adeo omnibus incussit, ut ad exequenda ipsius imperia mox impigre prouolarent.



rent. Auxere prosperos barbarorum successus Græcorum discordiæ, cum Andronicus Michaelis filius senioris Andronici nepos, pellectis in de-  
fectionem pluribus, auro suo per vim & nefas sce-  
ptrum eripere meditaretur: ita enim Turcæ resi-  
stente nemine, Asiaticos Græcos oppræssere, at-  
que in tantam hodie potentiam ex imbellibus ini-  
tijs Christianorum lugubri ignavia asirrexere, ut  
oppressa Christiani orbis parte iam reliquam per-  
didissent, ni impios illorum conatus Deus re-  
primeret.

## IESV CHRISTI

annus 1301.

BONIF. VIII. PP. ALBERTI ROM. REGIS 3.  
annus 7. ANDRONICI IMP. ORIEN. 18.

**E**Xoritur cum nouo seculo Seruatoris annus  
millesimus trecentessimus primus, quartade-  
cima indictione, quo Bonifacius illius diuini oracu-  
li: *Ecce a constitui te super gentes, et super regna,  
ut euellas et destruas, & ædifices et plantes;* non im-  
memor, Albertum Germanici Imperij, ac Boe-  
num regni Vngarici inuasores in iudicium accer-  
sinit: & Maguntino, Colonienfi, ac Treuirensi ar-  
chiepiscopis prouinciam Alberto denutiandi tradi-  
dit b, ut oratores suos ad sedem Apostolicam  
mitteret ad impositum sibi læsæ maiestatis crimen,  
quo caso Adolpho Romanorum Rege se deuin-  
xerat, purgandum; ac si pontificia imperia respue-  
ret, illius subditos sacramenti religione liberatum  
iri, Romanumq; Pontificem diuinarum humanarum-  
que legum pœnas ipsi incussurum: eodemque  
argumento ad cæteros principes electores literas  
dedit c.

*Venerabilibus fratribus Maguntino, Co-  
lonienfi, et Treuirensi archiepiscopis.*

**R**omano Pontifici, successori Petri & vica-  
rio Iesu Christi, cui in cælo & in terra omnis est  
data potestas, super solium excelsum & eleuatum  
sedenti, congruit dissipare suo intuitu omne ma-  
lum; illud præsertim, quod accusatione non indi-  
get & euidentia facti, & opus publicum consiten-  
tur, nec tergiuersatione aliqua tegi potest, & pe-  
ne totus orbis, ad Apostolicam sedem vndique  
confluens, detulit clamore sonoro. Hoc utique  
tam horrendum, & piacularè flagitium, sic per  
mundi climata diuersa diffusum, multorum corda  
perturbat, mentes fauciat, incitat ad perditionis  
exempla; maxime si non habeat tanta culpa sup-  
plicium, & remaneret delictum tam notorium im-  
punitum, magna iustitiæ virtute petente vindi-  
ctam effusi sanguinis innocentis. Cur igitur præ-  
missa dixerimus explicamus.

In publicam enim deuenit notitiam, quod  
claræ memoriæ Adolpho in Romanorum Regem  
electo, & apud Aquisgranum more solito corona-  
to, a principibus & alijs magnatibus Germaniæ  
iuramentis præstitis fidelitatis eidem; feudis, ac  
terris ab ipso recognitis, & in feudum receptis ab  
eo, nobilis vir Albertus natus claræ memoriæ  
Rodulphi Romanorum Regis, dux Austriæ vassal-  
lagium, & ligum homagium vt Romanorum Re-  
gi fecit eidem, nonnullis magnis & grandibus  
feudis ab ipso receptis; & tandem quasi ad vom-  
itum rediens, contra ipsam superbe rebellans, ip-  
so Rege Adolfo viuente, de facto, cum de iure non  
posset, se in Romanorum Regem eligi procurauit;  
& cum ipso Rege domino suo hostiliter in campo

confligens, de Rege triumphauit eodem, ipso occi-  
so in prælio memorato: ac postmodum, se eligi  
iterato procurans, in Romanorum regnum se non  
expauit intrudi, in exempli mali perniciem, &  
scandalum plurimorum, a præfata sede, nec ap-  
probatione, nec regia nominatione obtentis: &  
nihilominus de facto vt Romanorum Rex, maxi-  
me in Germaniæ partibus, administrare præsum-  
psit. Contra quem, licet propter diuersas con-  
siderationes & causas, in libram prouidæ con-  
siderationis adductas, adhuc non duxerimus, prout  
exigebat negotij qualitas, procedendum; ne ta-  
men propter dissimulationem temporis longioris  
vel tractum indebitus sibi approbationis color,  
vel fauoris accrescat, nos ad quos ius & auctori-  
tas examinandi personam in Regem Romanorum  
electam pro tempore, eiusq; inunctio, consecratio,  
coronatio, manus impositio, nec non denuntiatio,  
seu reputatio idoneitatis personæ vel formæ, & no-  
minatio regia, seu ratione indignitatis personæ vel  
formæ reprobatio pertinere noscuntur; fraternitati  
vestræ de fratrum nostrorum consilio per aposto-  
lica scripta districtè præcipiendo mandamus, qua-  
tenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel  
alium, seu alios publice & expresse auctoritate,  
nostra denunciare curetis in ciuitatibus, terris,  
seu locis, de quibus expedire videritis, & sit verifi-  
mile denuntiationem huiusmodi ad prædicti Al-  
berti notitiam peruenturam, quod nisi præfatus  
Albertus, qui pro Romanorum Rege se gerit, per  
suos solemnnes nuntios, & procuratores idoneos  
sufficienter instructos cum omnibus iuribus, actis,  
& munimentis suis infra sex mensium spatium, a  
tempore denuntiationis huiusmodi computan-  
dum, compareat coram nobis ostensurus, si velit  
& possit & sua crediderit interesse, suam innocen-  
tiam; & propositurus rationabiles excusationes,  
si quas habet, super suis in pedimentis notorijs,  
crimine videlicet læsæ maiestatis commisso, vt  
præmittitur, contra Regem Adolphum præfatum,  
nec non excommunicatione publica, periurijs man-  
ifestis, & diuulgata persecutione, quam eius af-  
fines seu consanguinei, quorum acquiescit cõsilijs,  
& ipse præsumperunt contra dictam sedem, &  
alias ecclesias exercere, & impedimentis alijs; &  
expositurus ius, si quod sibi competit, vel dicat  
competere in præmissis, vel aliquo præmissorum,  
& ad faciendum super præmissis omnibus & sin-  
gulis, ipsaque contingentibus, quæ iustitia suade-  
bit, & expedire videbimus sibi que duxerimus  
iniungenda, ac nostris beneplacitis pariturs; nos  
principibus electoribus, ecclesiasticis & seculari-  
bus, ac vniuersis & singulis sub Imperio Romano  
degentibus, de quibus expedire videbitur, distri-  
ctius iniungemus, vt nullus sibi vt Romanorum  
Regi obediatur, vel intendatur; quin potius omnes re-  
cedant ab eo, ac omnes, & singulos ab homagijs  
factis ipsi Alberto vt Romanorum Regi, & fide-  
litate præstitis iuramentis absoluemus, seu absolu-  
i faciemus, vel denuntiabimus vel denuntiarum facie-  
mus potius absolutos; & alias tam contra ipsum  
Albertum, quam contra fautores, & adiutores ip-  
sius, etiam huiusmodi dilatione, denuntiatione,  
seu termini assignatione pendentibus, quæ magis  
ex gratia seu misericordia, quam ex iuris necessi-  
tate procedunt; tam ex præteritis ipsorum culpis,  
excessibus, & offensis, quam ex futuris, si quas eos  
committere forte continget, procedemus spiri-  
tualiter, & temporaliter, prout, quoties, & quan-  
do viderimus expedire. De ijs autem, quæ su-  
per præmissis & circa præmissa feceritis, confici fa-

Victum  
acie neca-  
rit.  
Illo subla-  
to, vt ipse  
eligeretur  
perfecerit

Iustas ob-  
causas di-  
latam ha-  
ctenus v-  
tionem.

Data pro-  
uincia ar-  
chiepisco-  
pis electo-  
ribus, vt  
diem Al-  
berto ad  
dicendam  
apud sedē  
Ap. causā  
constituat

Quæ Al-  
berto obie-  
cta.

Crimen  
læsæ ma-  
iest.

Contra-  
ctum ana-  
thema.

Peruriū.

Ecclesia-  
rum per-  
secutio.

Germani  
principes  
ab Alber-  
ti obse-  
quio disse-  
dere iussi.



ciatis publica instrumenta, illaque nobis per fidelem nuncium transmittatis; significaturi nihilominus per vestras literas, harum seriem continentes, qualiter processeritis in præmissis. *Dat. Laterani id. aprilis pontificatus nostri anno VII. J*

3 Paruisse imperijs apostolicis principes electores ecclesiasticos, ex Henrico Rebdorfio colligitur; is enim tradit a, ipsos vocato Rodulpho Palatino intentasse Alberto iudicium: *Circa festum B. Michaelis dux Rodulphus & comes Palatinus præfatus ab electoribus Imperij Moguntinensi, Coloniensi, & Treuirensi archiepiscopis vocatus fuit ad Rbenum contra præfatum Regem Albertum: unde ydem principes contra ipsum Albertum conspirauerant, eligentes ipsum Rodulphum pro iudice, & asserentes ad comitem Palatinum pertinere, quod sit officium palatine dignitatis ex quadam consuetudine de causis cognoscere, quæ ipsi Regi mouebantur. Quare contra Regem proposuerunt, quod dominum suum proprium, scilicet Regem Adolphum occidisset, ideo Rex esse non posset, & ad depositionem ipsius cogitabant. Quod ad palatinam dignitatem spectat, ad quam vocandi in ius Regis Romanorum auctoritatem spectasse narrat ex principum assertionem auctor; prætereundum non est, ita id intelligendum, vt licet primo apud Palatinum subsellialis in Regem Romanorum moueatur ex veteri more; ea tamen demum a Romano Pontifice, vt supremo iudice, definienda sit, quæ ex Urbano IV. vetera Imperij instituta ex Richardi Regis Romanorum oratoribus referente, antea insinuauimus b.*

Ad perducenda porro suscepta consilia Bonifacius Angelum episcopum Nepefinum, legati apostolici auctoritate instructum, in Germaniam misit, quem ad munus strenue obeundum hortatus est c. Insectatus etiam est Alberti studiosos, vt ex literis d ad Constantiensem & Basileensem episcopos missis constat, quibus ipsi demandata cura est, vt Ioannem e Turego protonotarium Alberti omnibus priuilegijs, quibus ab sede Apostolica ornatus fuerat, exutum promulgarent, deque ea re publica acta conficerent. Caterum Albertum, cum se in iudicium vocari cerneret, fugique Regis sui sanguinis a se vindictam expeti, impetus in archiepiscopos electores conuertisse; ipsique victis, demisse se ad permulcendum Bonifacium gessisse, tandemque ad clementiam flexisse, visuri sumus, adeo vt ipsius electionem post biennium confirmaret, quo eius opera aduersum Gallicarum Regem vteretur. Nunc ad Vngaricas res sermonem traducimus.

4 Cum Vngarij, alij Carolum Caroli II. Sicilia Regis ex Carolo Martello primogenito defuncto nepotem, ab archiepiscopo Strigoniensi regia inunctione delibutum, Regem salutarent; alij Regis Boemiarum filium elegissent, illumque e a Colocensi archiepiscopo corona redimiri curassent, atque ita intestino bello Vngaria laboraret & barbarorum insidijs ac periculis cingeretur; Bonifacius Ostiensem episcopum, legati a latere dignitate auctum, in Pannoniam misit f: munusque illud etiam in Polonia, Dalmatia, Croatia, Rascia, Seruia, Lodomeria, Galatia, & Cumania, ita gerere iussit, vt tamen in Vngaria tantum insignibus, quibus in transmarina expeditione Cardinales legati ornari solent, vteretur.

*Nicolao Ostiensi, & Velletrensi episcopo A.S.L.*

Quamuis vniuersis & singulis regionibus, Deo & Apostolica sedi deuotis, fauorem apostolicum, quotiens necessitas ingruit, impendere debeamus, & ad eas nostræ mentis diffundamus in-

stitutum, leuando in circuitu vigilis more pastoris tam corporeos quam mentales oculos; visuri quid gregi commisso nobis expediat, & quid operis impendi debeat circa ipsum, vt illius sulti præsidio, cui cogitationes hominum præparantur, quique fortium arcus superat, & infirmos robore potenter accingit ministerij nostri sollicitudinem; ad ea præsertim, quæ fidelibus populis necessario expedire viderimus, & nouerimus profutura salubriter, & vtiliter exponamus; in præsentiarum tamen Vngariæ regni nobilis necessitates præcordialiter intuemur, profundis meditationibus laboriosisque vigilijs insudando, vt eidem in huiusmodi necessitatum articulis opportunum adhibeatur, Domino auxiliante, consilium, salubreque remedium impendatur. Vnde cum hostis humani generis pacis æmulus, & zizanias seminator, ab olim in eodem regno turbationes & scandala suscitaret; ex quibus regale solium, ipsiusque regni regimen multipliciter sunt depressa, vastatis fidelium bonis, ecclesiarum & locorum ecclesiasticorum direptis iuribus, conculcata damnabiliter ecclesiastica libertate, ac subsecutis exinde animarum periculis, deplorandis personarum nefandis excidijs, & alijs fere innumeris detrimentis; nos exinde graues & amaras gessimus & portamus in mente nostra puncturas, dum miserabilis illius regni conditio, & commissorum inibi enormitates excessuum infra nostra præcordia reuoluuntur. Et vtinam desuper datum esset, vt cum honore Dei, & Ecclesiæ ac aliorum salubri statu fidelium posset commode circa tantum negocium exhiberi nostra præsentia corporalis, vt vbi mente vigilantanter intendimus, ibi præsentialiter nostrum desiderium panderemus. Sed quia id conditio nostra non patitur, & innumera negociorum vndiq; concurrentium varietate distrahimur, illos in partem apostolicæ sollicitudinis de latere nostro non nunquam assumimus, quibus fore percipimus cælesti dono prouisum, vt in altis & arduis negotijs sciât & possint consulere prouide, ac vtili consilio prouidere.

Attendentes itaque, quod personam tuam altissimum gratiarum Dominus scientiarum magnitudine, prouidentia munere, circumspeditionis gratia, industriæ claritate, multisque virtutibus insigniuit, humeris tuis fortitudinis robur adiciens, vt ad laudem sui nominis frequenter onera grandia supportares; plenissimam quoque de tuis meritis fiduciam obtinentes, licet apud sedem Apostolicam ex eminentia tui consilij valde necessarius habearis, nosque inuiti, quodammodo tanti viri præsentia careamus; tamen propter urgentem, & inuitabilem necessitatem dicti regni, cui speramus in prædictis per tuam industriam circumspectam, illo tibi auxiliante, qui potest salubriter consuli, & vtiliter subueniri; te ad præfatum regnum, commisso tibi plenæ legationis officio in eodem regno, & in Polonia, Dalmatiæ, Croatia, Ramæ, Seruiæ, Lodomeriæ, Galatiæ, & Cumania partibus illi conterminis, vt in eis euellas & destruas, dissipas & disperdas, ædifices plantas, & statuas in nomine Domini, sicut videris expedire, de fratrum nostrorum consilio tanquam pacis angelum destinamus: iniuncto tibi nihilominus, vt in regno ipso inter eiusdem regni personas, nec non tam ibidem quam in prouincijs memoratis inter ecclesiasticos & mundanos viros, & vniuersos alios, cuiuscumque conditionis, præminentia, siue status, agas & tractes quæ ad cultum Dei & prædictæ sedis honorem, obseruantiam ecclesiasticæ sanctionis, redintegrationem

Obsequium pontificis Imperij Henr. Rebdorf. in annal.

Intendit Alberto iudicium.

b An. Chv 1263. n. 54. Nepefinus episc. in German. missus legatus. c Lib. 7. ep. cur. 11. d Ibid. ep. cur. 12.

Albertus Bonifacium demulcet.

e Henr. Rebdorf. in annal. Dubrav. hist. Boem. l. 18. Bonif. doc. 20. l. 9. Nonnulli proceres Vng. filii Reg. Boem. euocant. f Lib. 7. ep. cur. 15.



ecclesiastica libertatis, robur prosperi status regni & prouinciarum praeceptorum, honestatis cultum, reformationem pacis, releuationem pauperum, ac animarum salutem, & tranquillitatem corporum pertinebunt.

5 Et vt circa legationis officium, quod in eodem regno Vngariae tibi duximus committendum, eo possis prosperari facilius, quo solitis legatorum, qui missi de latere mare transeunt, adornatus insignijs, personam nostram quodammodo praesentabis; de speciali gratia apostolica tibi auctoritate concedimus, vt eisdem insignijs, infra praedictum Vngariae regnum dumtaxat, vt libere valeas, praedictae legationis officium prosequendo; ita tamen, quod praemissis insignijs in alijs commissis tibi partibus prouincijs, & locis aliquatenus non vtaris, & quod id, quod in hac parte tibi pro euentibus necessitatibus, & vtilitatibus regni praedicti, & terrarum earumdem conceditur, ad aliquam consequentiam praetextu concessionis huiusmodi in regno & terra eisdem propter hoc in posterum non trahatur. Quocirca fraternitati tuae per apostolica scripta firmiter praecipiendo mandamus, quatenus iniunctum tibi onus laboris huiusmodi pro diuina & nostrae reuerentiae deuote suscipiens, illud sic sollicitate, sic viriliter, & laudabiliter iuxta datam tibi a Deo prudentiam exequaris, quod te suis studiosis laboribus caelesti fauente clementia, speratis fructus adueniant, tuque per sollicitudinis tuae ministerium illam, quae pias causas gerentibus pro retributione rependitur, palmam gloriae feliciter consequi merearis. *Dat. Anagninae 111. id. maij anno VII.*

6 Eodem argumento archiepiscopus tuum maxime electum atque administratorem ecclesiae Strigoniensis, episcopos & alios, qui aliqua dignitate ecclesiastica vel ciuili in ijs regionibus eminent; tum Poloniae & Sclauoniae ducem, legatum debito honore complecti, suamque illi operam commendare iussit. Deque eadem legatione, Nicolao Ostiensi episcopo Card. imposita, plures aliae exaratae litterae, vt in exequendis ipsius imperijs strenue studium suum, ac diligentiam collocarent. His diploma ad omnes ecclesiasticos adiecit, vt quacumque iter legatus suscepturus esset, si qua egeret opera, non desissent: *Vniuersitatem vestram rogamus & hortamur, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus dictum legatum, immo potius nos in ipso, cum per partes vestras transitum fecerit, ob reuerentiam Apostolicae sedis & nostram benigne recipientes, & honeste tractantes, eundem tibi pro suis & familiae suae necessarijs & securo conductu; nec non in euentibus opportunis, siue in via decesserint, vel desecerint, aut alias fuerint impedita, cum super hoc fueritis per ipsum vel eius nuntium requisiti, in eundo, morando, & redeundo liberaliter prouidere curetis.*

Et si eundem legatum in aliquibus locis vel loco interdum moram protrahere contigerit, volumus quod non solum earumdem, eiusque vicinarum, vel adiacentium partium, seu aliarum etiam, sicut eidem legato pro huiusmodi oneribus diuidendis & facilius supportandis expedire videbitur, remotarum patriarchae, episcopi, electi, abbates, praepositi, archipresbyteri, plebani, & alij ecclesiarum praelati, & persona religiosa & seculares ecclesiarum & monasteriorum contribuere subventionibus huiusmodi teneantur, &c. *Dat. vt supra, nimirum VI. id. maij.*

7 Profectus in Vngariam legatus, cum regnum ingressurus esset, Colocensis archiepiscopus Venceslaus iunior Regis Boemiae filium

corona Vngarica cingere praesumpsit. Quo accepto audaci facinore, Bonifacius legato prouinciam demandauit, vt incusso amittenda dignitatis terrore sedi Apostolicae illum se sistere iuberet, vt obiecta sibi crimina dilueret. Haec vero ipsi maxime imposita sunt, inungendi Regis manus sibi non debitum inuasisse; illum diademate ornasse, qui nulla successione iura obtineret; si quid dubij in eligendo Rege visum esset, sedem Apostolicam consulendam fuisse rem tentasse: cum iam Carolus Siculi Regis nepos a Strigoniensi electo sacro oleo in Regem fuisset delibutus: iura sedis Apostolicae, ad quam Vngaria ex Stephani primi Regis concessione iure stipendiario pertineret, infregisse. Sed in re adeo graui querentem Bonifacium a audire fatius videtur.

*Nicolao Ostiensi & Velletrensi episcopo, Apostolicae sedis legato.*

Romanus Pontifex super Reges & regna constitutus a Deo, in Ecclesia militanti hierarcha summus existit, & super omnes mortales obtinens principatum, sedensque in solto iudicij, cum tranquillitate iudicat, & suo intuitu dissipat omne malum. Prouide sanctae memoriae praedecessores nostri Romani Pontifices, etsi eos diuersorum regum & regnorum cura sollicitauerit officij pastoralis, specialiter tamen sua studia conuerterunt, vt regnum Vngariae, quod ad Apostolicam sedem peculiariter pertinet, praeseruaretur a noxijs, & salubria susciperet incrementa, & maxime contra Cumanorum, Tartarorum, & paganorum, ac schismaticorum hostiles incursus, quibus extitit haec plurimum impugnatum, & ex quibus ad magnum exterminium & dinuotionem habitatorum fidelium est deductum. Nos quidem praedictorum ipsorum vestigia initari volentes, intellecto nuper statu miserabili dicti regni, quod, proh dolor! in spiritualibus & temporalibus multipliciter est collapsum, & in quo vndique bellae fremunt; ecclesiarum praelatis & personis ecclesiasticis, nec non baronibus, & nobilibus, ac popularibus dissidentibus in eodem, de tua circumspicione confisi, te ad regnum ipsum cum plenae legationis officio duximus destinandum.

Verum post tuum discessum a nobis ad notitiam nostram fide digna relatio, sed nimis amara perduxit, quod venerabilis frater noster Colocensis archiepiscopus (si tamen, dum consonent facta relatiuis, venerabilis sit dicendus) stipatus nonnullis episcopis, & ecclesiarum praelatis, ac baronibus dicti regni, in tantam prorupit audaciam & temeritatis excessum; quin potius ad tantam deuenit insaniam, quod dilectum filium Venceslaum natum charissimi in Christo filij nostri Venceslai Boemiae Regis illustris, in Regem eiusdem regni Vngariae de facto, cum de iure non posset, coronare praesumpsit, ingressum tuum in ipsum regnum nequaquam expectans, cum esses illud cum huiusmodi legationis officio euestigio intraturus. Nec attendit dictus archiepiscopus, quod nunquam ad se, vel praedecessores suos Colocenses archiepiscopos, Regum Vngariae coronatio de iure vel de consuetudine pertinerat, nec aliquatenus pertinebat; sed huiusmodi Reges solent per Strigoniensem archiepiscopum, qui est pro tempore, coronari (vt non prosequamur ad praesens quomodo nec ex successione seu iure aliquo, quod occurrat, regnum ipsum debebatur Venceslao nato praedicto) super quibus in dubio saltem nos vel te, qui gerebas in illis partibus vices nostras, consulere debuisset. Cum enim inter le-

Postulat iudicio apud sedem Ap.

Ep. cur. 78.

Dat. ad legatum eo argum. to lit.

Pontifex Rom. pro defend. da Vngaria aduersus barbaros impetus studia.

Versum crimini Colocensi archiep. Venceslaum iunior coronam Vngaricae cinxisset.

Si qua ille in regnum iura obtinere, sedem Apost. consulere debebat.



pram & lepram variaretur iudicium, erat ad nos, qui summi sacerdotis leuitici generis vices gerimus, locumque tenemus, in tam arduis casibus recursus habendus: maxime cum magnificus vir Carolus, nepos charissimi in Christo filij nostri Caroli Siciliæ Regis illustris, per dilectum filium Strigoniensem electum, & administratorem auctoritate nostra in spiritualibus & temporalibus Strigoniensis ecclesiæ constitutum, in eiusdem regni Vngariæ Regem fuisset antea coronatus.

8 Ad hæc nolumus te latere, aut in dubium reuocari, quod memoratum Vngariæ regnum sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ a beato Stephano; primo Rege Vngariæ Christiano, cum omni eius iure, ac potestate deuote oblatum fuit, & traditum reuerenter: qui etiam ad ipsius regni solum noluit auctoritate propria sublimari, sciens quod nemo sibi sumere debet honorem nisi qui vocatur a Deo: & ideo non a quolibet, sed a vicario Iesu Christi & successore Petri assumpsit regium diadema. Fuerat quidem diuinitus reuelatum, quod ei primum in gente Vngarica corona debebatur & regnum, sicut hæc plenius documenta, quæ seruantur in archiuijs memoratæ ecclesiæ Romanæ restantur, & ad ipsius archiepiscopi potuerunt notitiam peruenisse. Vnde cum supradictus archiepiscopus culpabilior fuerit in hac parte, est amplius puniendus.

9 Nolentes igitur huiusmodi audaciam excessus, & insaniam dicti archiepiscopi, sicuti nec debemus, sub dissimulatione transire, quamuis adeo sint notorij quod nulla possunt tergiversatione celari; vt tamē sibi, si quā forsitan habet, defensio relinquatur, quæ ipsum & si non excusaret a toto, saltem excusaret a tanto; fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus per te, vel per alium, seu alios præfatum archiepiscopum Colocensem sub pœna priuationis & depositionis archiepiscopalis oneris, officij, & honoris, quam si secus fecerit ipsum incurere volumus ipso facto, ex parte nostra peremptorie citare procures, vt infra quatuor mensium spatium post citationem huiusmodi suspensus ab omni beneficio & officio personaliter compareat coram nobis, suam si poterit innocentiam ostensurus, ac pariturus nostris beneplacitis & mandatis. Cæterum si præsentiam ipsius archiepiscopi tute vel commode adiri non posse credideris, ad citationem huiusmodi faciendam, tu in aliquo vel aliquibus ipsi archiepiscopo, vel Colocensi ciuitati vicinis, seu alio vel alijs loco vel locis solemnibus, de quo vel quibus expedire videris, similiter per te, vel alium, seu alios eiusdem citationis edictum publice ac diligenter proponere studeas; ita quod verisimile sit, quod citatio ipsa peruenire possit ad eum. Quam quidem citationem, vt prædicitur, faciendam sufficere volumus, atque decernimus, ac si fieret coram archiepiscopo prælibato. Diem autem huiusmodi citationis & propositionis, & formam, & quicquid fieri contigerit in præmissis, nobis per tuas literas, harum seriem continentes, fideliter intimare procures. *Dat. Laterani xvi. kal. nouembris anno vii. i.*

10 Simillimas querelas apud Regem Boemiæ effudit, & vrsitque vt sua sponte, quæ minus prudenter tentata erant, reuocaret: perpenderet animo, quo tandem successione iure vel titulo filius sceptrum Vngaricum sibi arrogaret: temeritatem Colocensis archiepiscopi, qui regis consecrandi prouinciam ad se nõ spectantem affectarat, nullū ipsi ius tribuere: regni supremum domi-

nium ad Romanum Pontificem spectare, atque in ea controuersia excipienda eius imperia: labefactatū iam Tartarorum & Cumanorum armis iacere illud regnum, quod antea in summum splendorem effluerat, ac magis iam hoc temerario facto lacerandum. Si qua iura sibi in Vngaria aut prouincijs sibi vindicet, coram sede Apostolica disceptet; ea omnia integra atque illibata seruatum iri.

*Charissimo in Christo filio Venceslao Regi Boemiæ illustri.*

Etsi Reges & principes orbis terræ catholica fidei professores, & ecclesiæ Romanæ deuotos paternam beneuolentia prosequamur; personam tamen tuam, dignitate regia insignitam, sincera charitate constringimus, & singularis beneuolentiæ brachijs amplexamur: ideoque tibi familiariter scribimus, teque alloquimur confidenter. Miramur siquidem & turbamur, quod serenitas tua sustinuit & præstauit assensum, quod dilectus filius Venceslaus natus tuus in Regem Vngariæ sit assumptus, & a Colocensi archiepiscopo, & nonnullis suis complicitibus passus eum fueris coronari. Vtinam discussisses ex quo capite, ex quo iure, qua successione, quo titulo præfatus natus tuus ad ipsius regni regimen sit assumptus; & quomodo coronam ab eo recipere debuit, qui auctoritatem Reges Vngariæ coronandi non habebat de consuetudine vel de iure. Nec debuit Apostolica sedes, mater omnium & magistra, contemni, quin saltem in dubijs, & maioribus causis ad ipsam fuerit recursus habendus; sine cuius etiam auctoritate sanctæ memoriæ Stephanus Rex Vngariæ, diuina reuelatione præmonitus, noluit in ipsius regni solum sublimari: sed tamquam Aaron vocatus a Deo, ab ipsa sede accepit humiliter coronam & regnum. Hunc Stephanum Deus de tenebris infidelitatis eripuit, & vocauit in admirabile lumen suum: qui fuit primus Rex Vngariæ Christianus, a quo descenderunt personæ magnæ sanctitatis, miræque virtutis, quorum beatitudines transferunt alijs in exemplum.

Sed heu! hodie regnum tam nobile, tam præclarum & in spiritualibus & in temporalibus est collapsum, & quasi datum in prædam; & per Cumanorum, Tartarorum, schismaticorum, & paganorum hostiles incurfus fere ad nihilum est deductum: & ideo plus turbamur de nouitatibus per dictum Colocensem archiepiscopum circa prædictum natum tuum nouiter attentatis, quæ discordiam pariunt, & dispendia grauiora minantur, nisi Deus ex alto in regno ipso pacem effundat, quæ est vinculum charitatis. Ad quam procurandam inter dissidentes in eo venerabilem fratrem nostrum Nicolaum Ostiensem & Velletrensem episcopum Apostolicæ sedis legatum, magnum vtique Romanæ ecclesiæ membrum, cum plenæ legationis officio duximus destinandum. Quapropter serenitatem tuam rogamus, & hortamur attente, per Apostolica tibi scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus per te ipsum corrigere studeas, & remediare procures, quæ circa præfatum natum tuum in hac parte minus prouide & inconsulte attentata noscuntur; & tam tu, quam tui & filij memorati sequaces eiusdem legati acquiescatis salubribus monitis reuerenter, & vos eius beneplacitis coaptetis, qui vt pacis angelus, nuntiusque salutis, non absque multis sollicitudinibus & laboribus, ad regnum accessisse noscitur prælibatum.



Ceterum si qua iura tibi, vel memorato nato tuo competerent in regno Vngariae saepe dicto, aliisque prouincijs, eaque prosecuti fueritis coram nobis, illa disponimus illibata seruare, nec minuire, sed augere. Sic igitur habere te studeas in praemissis, quod a Deo praemium, & dictae sedis gratiam merearis, nosque reddas ad tua & eiusdem nati tui promouenda commoda promptiores. *Dat. Laterani xvi. kal. nouembris anno vii.]* Extant quoque aliae ad eundem Regem pontificiae litterae a antea, tertio nimirum id. maij datae, quibus ipsi legatum impense commendaui. Haecenus de apostolica Romani Pontificis solitudine & studio pro extinguendis Vngarorum discordijs, regnoque illo olim florentissimo, ac tum misere concusso, pristinae dignitati restituendo. Quid vero pro temperando ecclesiastico statu, exortitionibus seditionibus comprimendis, ac pace in Italiam reuocanda molitus sit, intueamur.

11 Cum emergerent in dies noui tyranni, qui dirionem pontificiam discerperent, ad eos comprimendos atque in officio populos continendos, praepotentis alicuius ducis operam sibi necessariam b duxit. In eam rem iam ante elegerat Carolum Valesium Philippi Galliarum Regis fratrem Andium comitem, qui hoc anno in Italiam florentissimo stipatus exercitu venit, vt ingentia cõsilia, quae agitabat, perduceret, atq; a Bonifacio magnis honoribus exceptus est. Creauit illum in primis pontificiarum copiarum ducem, vt non modo perduelles ecclesiae in ecclesiastico principatu debellaret, verum etiam eos, qui ipsius ecclesiae fidissimos oppugnarent, euerteret: de quo ipsi mandato munere hoc diploma exaratum. c

*Bonifacius, &c. Carolo nato clarae memoriae Philippi Regis Francorum comiti Andegauensi, totius terrae Romanae matris ecclesiae temporali iurisdictioni subiecta capitaneo generali, &c.*

Leuantes in circuitu oculos nostros, visari quid ipsius terrae & incolis [nempe Romanae ecclesiae clientibus] pro temporis expediat qualitate, quidne operis circa illos debeat exhiberi, desideramus admodum, & incessanter appetimus, vt per nostri ministerij studium terra ipsa culta iustitia prospere dirigatur, puritate fidei renitescat, deuotionis integritate reluceat, amoenitate grandescat, pacis aliisque successibus prosperis facundetur. Et ne in terra ipsa nimis exerceat temeritas superborum, qui contra nos, & ecclesiam praelibatam in vicinis etiam partibus interdum calcaueum rebellionis erigere contra Deum & iustitiam in ipsarum partium turbatione & scandalum non verentur; illam nos decet circa tales castigationis adhibere medelam, per quam & ipsi se deliquisse condoleant, & alij eorum exemplo flebili attentare talia vel similia terreantur, praedictaque terra, euulsis turbinibus scandalorum, quietis & pacis pulchritudine collatetur. Verum dum imbecillitatis humanae conspicimus imperfectum, & incumbentia nobis onera, quibus assidue premimur, intenta consideratione pensamus; videntes quod nequimus exoluere circa singula per nos ipsos debitum apostolicae seruitutis, nonnumquam alios in partem nostrae sollicitudinis iuxta qualitatem agendorum assumimus, quorum laudabilia merita per euentiam operum Apostolicae sedi sub publica notitia praesentantur, & quorum ministerio sperati fructus de communicatis sibi laboribus valeant peruenire.

12 Cum autem circa haec personaliter intendere

nequeamus, innumerabilium dictae sedis negotiorum distracti varietate, ad te, ipsius matris ecclesiae filium praedilectum, in nostra praesentia constitutum, Christi pugilem, nobilitatis & generis excellentiam refulgentem, potentia praeditum, exercitatum in armis, virtutum & sanae pollentem, & ecclesiae praelibatae deuotum, ac nobis & fratribus nostris charum quamplurimum & acceptum ob tuorum multiplicum exigentiam meritorum, in cuius desiderijs agitur ecclesiae memoratae, suorumque fidelium honores & commoda solcite pronouere; mentem nostram ex speciali fiducia duximus conuertendam. Et sperantes quod per tuae magnanimitatis & probitatis opera satisfiat in hac parte plenarie votis nostris, te, cui tot & tanta virtutum merita suffragantur, in tota terra eidem ecclesiae, dominio temporali subiecta, ordinamus & facimus nostrum & ipsius ecclesiae vsque ad beneplacitum Apostolicae sedis capitaneum generalem, vt per te, aut alium, seu alios aduersus illos ex eadem terra, vel etiam aliunde, qui in dicta terra, vel quauis eius parte praedictam ecclesiam, vel fideles ipsius, aut eandem terram inimicabiliter impugnare, offendere, vel perturbare; necnon contra personas & loca eiusdem terrae, quae ipsi ecclesiae rebellare praesumpserint, procedere valeas per hostilem impugnationem, obsidionem, exercitum, & caualcatam; ipsaque capere, detinere, destruere, ac punire, ac illas & illa ex ipsis, quae ad maadata nostra, & ecclesiae praefatae redire decreuerint, nomine nostro & eiusdem ecclesiae ad eius mandata recipere, ac ab ipsis obsides, & quascumque cautiones exigere, aliaque prosequi & exercere libere possis, quae ad huiusmodi capitaneae officium pertinere noscuntur, & fuerint opportuna, tuque cognoueris expedire. *Dat. Anagninae xiii. non septembris anno vii.]* Haecenus Pontifex qui, vt maiori auctoritate Carolum decoraret, Emiliae comitatus, Brittenorij, aliorumque locorum circumiacentium, Spoletiniducatus, Massa Trabariae, terrae S. Agathae, ac Marchiae Anconitanae administrationem ei contulit a, ac proceres, vrbiumque & oppidorum magistratus ipsius imperijs parere praecipit. b

14 Auxit c etiam Carolum, ex sacri senatus consilio, in ea Etruriae parte, quae Imperio obnoxia erat, paciarum ante a Clemente IV. instituta dignitate, vt eam prouinciam Alborum & Nigrorum, qui Guelphis & Gibellinis permixti erant, factionibus laceratam pacaret. Tum Matthaeum episcopum Portuensem legatum in eadem Etruria creauit d, vt diuina humanaque auctoritate coniunctis, prouinciae facilius in concordiam redigerentur.

*Venerabili fratri Portuensi episcopo.*

Cum nobilis prouincia Tuscia multis foret confossa doloribus, guerrarum concitata dissidijs, eiuilibus bellis licentia laxatis habentis, ac deformata ruinis, decuit nos ad animarum, corporum, & rerum vitanda pericula in ipsa prosequi vias pacificas, & ad unitatem reducere discordantes, ne se mutuo lacerarent, impeterent, ac molestarent iniuste: vt tam nobilis tantaque prouincia in tabernaculis fiduciae requiesceret, & in pacis dulcedine habitaret; & per hoc in ea purgaretur haeretica prauitas, cohiberetur praedonum audacia, honoraretur sancta Romana ecclesia, & fidelium deuotio nutrireretur. Ad nos namque relatio fide digna perduxerat, quod nonnulli de dicta prouincia eum malitiae suae consijs atque consortibus ha-

Caroli  
elogia.

Demanda illi a  
Pontif. auct.  
auctoritas.

Parere iussu  
si illius  
imperij  
vrbium  
magistratus.

a Ep. cur.

71.

b Reg. post

eand. ep.

c Ep. cur.

70. Dis.

Compag.

M. S. chr.

lib. 2.

Pacandae

Etruriae

partes ipsi

impositae.

d Ep. cur.

111.

h

h

h

h

h

h

h

h

h

h

h

h

h

h

h



Adiunctus  
illi A. S. L.

habentes de ipsius turbatione pruritus malignitatis suæ, in fauorem nostrorum & Apostolicæ sedis rebellium suos illicitos conatus moliebantur extendere, vt non cuiquam sua confirmaretur iustitia, non cuiquam status iuis debitus meritis seruaretur. Vnde cum fratribus nostris habita deliberatione matura, attendentes quod Romanum vacat Imperium, cuius ad nos, præsertim hoc tempore pacifica conseruatio dignoscitur pertinere; dilectum filium nobilem virum Carolum, natum claræ memoriæ Philippi Regis Francorum, comitem Andegauensem; de cuius strenuitate, armorum experientia, & bonitate confidimus; conseruatorem pacis in ea parte ipsius Tusciæ, quæ prædicto Imperio subiacet, de fratrum eorundem consilio duximus deputandum. Qui prouinciam ipsam potenter & prudenter ingressus, huiusmodi cõmissum sibi paciariatus, seu conseruandæ pacis officium, diuina sibi assistente virtute, cœpit laudabiliter exercere: ita quod deuoti & fideles ecclesiæ sapediçta de ipsa prouincia habere poterunt, dante Domino, bonum statum, eruntque praua in directa, & via asperæ planabuntur. Verum, vt hæc salubrius & efficacius impleantur cum quiete ac pace, te de cuius legalitate, bonitate, circumspectione, & experientia matura confidimus, ad partes easdem prouidimus destinare, in eadem prouincia nostra tibi auctoritate concessa; per cuius dictus comes fauorem protectus, directus consilio, & maturitate adiutus, commissum sibi officium, iuxta beneplacitum diuinum & nostrum, cum moderatione ac mensura tranquillius & vtilius possit debitæ executioni mandare.

Quocirca fraternitatem tuam rogamus, monemus, & hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus celeriter te accingens, & ad partes illas personaliter festinus accedas, & ad ea, quæ comiti memorato commissimus, efficaciter promouenda & laudabiliter consumanda in prouincia sapediçta per te & alios, de quibus expedire videris, ipsum solerter inducas, & tam tu quam ipse vestra studia conuertatis ad seminandum in ea semen charitatis, & pacis; vt sedatis guerrarum & disensionum turbinibus, qui nimis inualuerunt ibidem, prouincia ipsa tot impulsibus agitata quasi post noctis tenebras floridum diei lumen aspiciat; post glaciæ frigus hyemis aurea sibi tempora & serena succedant, in quibus afflicti non solum temporalem lætitiã, sed æternam auctore Domino consequantur, contradictores & rebelles auctoritate nostra per te, vel per alium, seu alios per spirituales pœnas, appellatione postposita, compescendo, &c. *Datum Laterani vi. non. decembris anno vii.]*

14 Solicitati alijs literis a fuere archiepiscopi, episcopi, proceres, populique Etruriæ Romani cliçtes Imperij, vt tum Carolo Andium comitis, tũ legati Cardinalis iussus obsequentes essent. Scribunt Ioannes Villanus b & alij, veniente cum exercitu Carolo, quem plures Florentini, Etrusci, ac Flaminij exules factionis Guelphæ & Nigræ stipabant, Florentiam ancipiti motu concussam, fluctuasque num ipsi armis obsisterent, an peramanter exciperent: cumque is ad conciliandas aduersas partes se accessisse testaretur, reipublicæ gubernacula illi permessa: recrudiisse tamen maiores motus, conspirationesque in Carolum cõstatas magna Albæ factionis inuidia, quæ admodum ob id depressa, pulsaque est in exilium. Inter

ceteros Albarum partium Dantes Aligerius eieçtus, qui aduersa vsus fortuna literis se deditit, magnaue poetiçæ artis laude apud Italos effloruit.

15 Exciuerat vero maxime Carolum Galliarum Regis fratrem Bonifacius, vt eius virtute bellica ad recuperandam Siciliam vteretur: iam enim antea concefferat, vt Catharinam Balduini eieçti Constantinopolitano Imperio ex Philippo filio neptem, appellatam ob id Imperatricem, quamuis tertio consanguinitatis gradu coniunctam, vxorem duceret; ea tamen lege, vt cum exercitu Carolo II. contra Fridericum auxilio veniret: atque, ideo, ita flagitante ab ipso Pontifice Carolo, cum iam Imperatrix prolem suscepisset, matrimonium ratum firmumque apostolica auctoritate habuit, a cum promissa impleuisset; de quo hæc Iordanus scribit b: *Mortua tunc coniuge Caroli, duxit Catharinam cui ius Imperij Constantinopolitani debebatur: ideo cum Venetis composuit pro Constantinopolitano Imperio recuperando, & venit Romam \* mccc. & a Papa Bonifacio honorifice susceptus, vicarius & defensor ecclesiæ constituitur, & per totum annum aduersarios ecclesiæ suppeditauit in Tuscia.* Cum vero in Siciliæ expeditionem, quæ anno sequenti ab ipso suscepta est, non in Gallijs modo, verum in Italia, Sicilia, Sardinia, Corsica, principatu Achaïæ, ducatu Athenarum, alijsque insulis adiacentibus ab ecclesiasticis decimas colligendas edixit c: coactasque etiam in Anglia, queritur Vvestmonasteriensis. d

16 Maximi porro intererat pro re Sicula instauranda Genuenses Regi Carolo conciliare: apud quos tandem Pontifex sua auctoritate obtinuit, vt fœdus cum ipso percuterent, quod apostolica auctoritate, ne facile dissolueretur, communiuit. e

*Bonifacius, &c. ad perpetuam rei memoriam.*

Nuper ad audientiam nostram perducto, quod inter charissimum in Christo filium nostrum Carolum Siciliæ Regem illustrem, & dilectum filium consilium & commune Ianuense pacis fœdera sunt, diuina clementia fauente, firmata; nobis extitit cum instantia supplicatum, vt infra scripta capitula, seu articulos, quæ in pace ipsa venisse dicuntur, confirmare de benignitate sedis Apostolicæ dignaremur. Nos igitur attendentes, quod licet immeriti vices gerimus pacis Actoris, quæ est vinculum charitatis, & fons proprius, cui non communicat alienus; ac sperantes in Domino ex pace ipsa vtilitatem publicam, & multorum priuata commoda, & Tetræ sanctæ succursum specialiter prouentura; quodque Ianuenses prædictos, nedum postquam fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, sed etiam ante gessimus in visceribus beneuolentiæ specialis; & quod Ianuenses ipsi, qui abierant in dissimilitudinis regionem, ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ ac ad nostra mandata reuerenter, vt accepimus, redierunt, quos speramus in deuotione, ac obedientia eiusdem ecclesiæ constantius duraturos, rebellionem contra ecclesiam prorsus abiecta; supplicationi huiusmodi prouidimus liberaliter annuendum, Quapropter huiusmodi capitula, vel articulos & contenta in eis auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrociniõ communimus; tenores ipsorum præsentibus inseri facientes, qui tales sunt.

Item quod idem dominus Rex & officiales ipsius

Dare operam iustus restituens de prouincia paci.

a Reg. post eand. ep. b 10. Vill. 18. c 48. S. An. 3. p. 11. 20. c. 8. S. 15. & alij. Progresus Floræziam cum exercitu Carolus magna pompa ex cepitur. Dantes Aliger multatus inter cætor. exilio.



ipsum permittent sine dolo & fraude; & absque aliquo impedimento, præfatum commune Ianua, & omnes & singulas personas de Ianua, seu de districtu Ianua, seu quæ pro Ianuensibus distringantur, acquirere iusto titulo, & extrahere frumentum, hordeum, & alia victualia quæcumque de Sicilia, de Apulia, & alijs regni partibus citra & ultra Farum & etiam de prouincia; nec ipsum commune, vel aliquam personam de Ianua, vel de districtu, vel quæ pro Ianuensibus distringantur, grauari permittent in iure, seu pretio exituræ ultra quam consuetum sit; sed ipsum commune & ceteros de Ianua, seu de districtu, & qui pro Ianuensibus distringantur, tractabunt in ipso pretio exituræ sicut bonos & charos amicos ipsius domini regis, & ultra prædicta non claudent, & claudi permittent portum aliquem, nec deuetum vel inhibitionem de non acquirendo vel extrahendo facient ipse dominus Rex seu eius officiales contra ipsum commune, nec contra singulares personas de Ianua vel de districtu Ianua, vel quæ pro Ianuensibus distringantur, si extrahere velint inde victualia, siue frumentum, siue alia quæcumque. *Et infra.*

Item ob maiorem amicitia nexum promittunt dicti ambasciatores dicto nomine dictis syndicis, & mihi dicto notario, recipienti vt supra, quod singulis annis incipiendis ab hodie, in antea & in perpetuum, quousque insula Sicilia recuperata fuerit, dictus dominus Rex & eius officiales permittent dictum commune Ianua, seu legitimam personam vel personas pro ipso communi sine fraude aliqua acquirere iusto titulo, & extrahere libere a iure quolibet exituræ de portibus Apulia, de illis videlicet, de quibus ipsum commune, seu legitima persona pro ipso communi magis contentetur, decem milia salmarum frumenti ad salmam generalem & consuetam, & post recuperationem Sicilia de portibus Apulia vel Sicilia in electione dicti communis, seu legitima personæ pro ipso communi; ita quod in præiudicium prædictorum nihil fiat vel fieri possit; ita quod ipse dominus Rex, officiales, & subiecti ipsius permittent omnes & singulos Ianuenses & districtuales Ianua, & qui pro Ianuensibus distringantur, mercari & negotiari, ire & redire, & morari saluos & securos in personis & rebus, fanos & naufragos sine impedimento aliquo in omnibus & singulis terris eidem domino Regi subiectis, & in Sicilia, etiam in rebellionem manente, & etiam postquam Sicilia redierit ad obedientiam & mandata ipsius domini Regis. Nulli ergo &c. nostræ confirmationis &c. *Dat. Anagnina kal. iunij anno VII. J.*

17. Admissus a etiam est in gratiam Conradus Spinula, qui insulans Sicilia & Aragonijs maxime fauerat, ac dein partibus ecclesiæ accesserat; dataque Porchetto Spinula Minorita, qui ecclesiam Genuensem administrandam susceperat, prouincia, vt ipsum censuris, quas contraxerat, solueret: tum Genuenses sacramento adigeret, nulla auxilia Friderico contra Carolum præstituros. Verum alij moderandis reipublicæ gubernaculis admoti, eos qui huiusmodi sacramento se deuinxerant, publicis muneribus deiecerunt, atque ab ecclesiasticis contendere, vt ipsos fidelium communionem segregarent. Sed cum tam audax magistratum facinus pernicioso exemplo esset, Bonifacius nups Porchetto commisit b, vt reipublicæ proceres ad ea decreta reuocanda permoueret; ac si imperia detre-

starent; ipsos in iudicium apud sedem Apostolicam vocaret.

*Bonifacius, &c. fratri Porchetto de domo Spinula Ianuensis ordinis fratrum Minorum, administratori ecclesiæ Ianuensis.*

Gaudemus de illorum deuota prouidentia Ianuensium, qui se velut ab infecti gregis, indeoctorum scilicet, consortio segregantes, de non præstando deinceps auxilium, consilium, & fauorem Frederico & Siculis rebellibus, aut eorum nuntijs, & fautoribus contra nos, & Romanam ecclesiam, & charissimum in Christo filium nostrum Carolum Sicilia Regem illustrem iuxta rescripti nostri formam præstiterunt, vt scripsisti, corporaliter iuramenta. Miramur autem, & admodum perturbamur de indignatione, quinimo præcipatione mirabili potestatis, abbatis, antianorum, consilij, & communis Ianuensium, quod super ijs in salute discrimen, in pace scandalum, in vnitatis diuisionem, & in reformationem destructionis causam nequiter suggerentes, præstationi & receptioni iuramentorum huiusmodi obuiare damnabiliter sunt moliti; & quod detestabilius in causam abominandæ peruersitatis aduenit, ac hæreseos notabiliora non caret, petatum est pro parte dicti communis, vt durantibus in errore ecclesiarum pandatur introitus, ac huiusmodi præstantes iuramenta, & redeuntis prudentius ad salutem non reciperentur vllatenus ad diuina: & nihilominus ob omni consilio ecclesiæ Romanæ, statum prædicti Regis Sicilia contingente, perpetuo sunt priuati, & inhabiles redditus ad officia & beneficia dicti communis. In ijs quidem non aliud, quam diuinæ ac humanæ legis eneruare velle iudicium præsumuntur, nec propter regalium nuntiorum instantiam, penes te incaute forsitan insistentium, debuisti desistere ab inceptis: vnde malleus, vt sicut laudabili discretionem processeras, continuasses præfata recipere iuramenta, cum non sit sub ambiguitate ferendum, quod causam suam Altissimus, qui cooperatores bonorum operum sua ineffabili virtute corroborat, confouisset. *Dat. Laterani VII. kal. septembris anno VII. J.*

18. Hoc anno Maria Regina Castellæ oratores ad Bonifacium misit, vt e Sanctio filios susceptos legitimum natalium dignitate ornaret. Lacerata fuerat ciuilibus bellis Hispania ex quo Alphonfus Castellæ ac Legionis Rex, Ferdinando primogenito vita functo, filium secundum natu Sanctium prætulit nepotibus, quos Ferdinandus ex S. Ludouici filia suscepit: ob id enim illatum a Gallicis Hispaniæ bellum fuerat. Deinde cum Sanctius sceptrum, quod patri eriperat, contra hostium inanes conatus sustinisset, atque filios ex Maria, quam contra leges canonicas, repugnantibus Romanis Pontificibus, duxerat, extulisset; ijque impigre relicto a patre regnum aduersus Ferdinandi patrum filios defenderent; magnis precibus contendente Maria, Pontifex filios ipsius iustorum natalium honore ac prerogativa decorauit, siue ad bella ciuilia sopienda, siue Sanctium iuste regnum gessisse censeret, cum ipse pari exemplo in Sicilia successione Caroli II. non illius primogeniti filium, sed ex superstitis liberis tantum maiorem natu anteposuisse viderimus, vt alia ipsum ad id rationes permouerent. Extat ea de re ad memoratam Mariam pontificum diploma, quo ipsi famæ & honoris restituit integritatem.

*Maria relicta quondam Sanctij nati Alfonso Regis Castellæ ac Legionis.*

Sensus hominis, prout ab adolescentia sua

Sacramentum exigit. Bonifacius a Gennen. nullum ipsos Friderico auxilium allaturus.

Magistratus eam rem ægere ferunt.

Latæ ab ipsis iniq. leges in illos, qui huiusmodi sacramento se deuinxerant.

Sanctij Castellæ Regis filij natalium dignitate a Bonifacio donati.

Ep. 147. so.



Datum ea  
de re di-  
ploma.

Sedis  
Apost. in  
natalium  
impurorū  
abolendo  
de decore  
auctoritas

Quæ cau-  
sæ Sanctij  
cū Mariæ  
nuptijs  
obseruint,  
ne iustæ  
essent.

Qui scie-  
pti ex ijs  
liberi.

Gerendis  
omnibus  
honorib⁹  
etiam re-  
galibus,  
idonei red-  
diti.

in malum, plerumque sic efficiunt lubricos actus parentum, quod ij in copulam legitimam delinquentes, illegitimitatis rubigine ortum maculant filiorum. Verumtamen sic genitos, quos propria virtutis decorat auxilium, genitura vitium minime decolorat, quia decus virtutis maculam abstergit in filijs, & pudicitia morum pudor originis aboletur. Quapropter Apostolica sedis circumspccta benignitas, qualitates negotiorum & merita personarum diligenti circumspcctione prospiciens, nonnullis ex huiusmodi genitis, quibus virtutes & merita suffragantur, consuevit interdum fauoribus opportunis assistere, ac donum gratiæ liberaliter impertiri. Mira enim Regis æterni benignitas honore multiplici sponfam suam Romanam ecclesiam insigniuit: sed in hoc potissime ipsam honorabilem fecit, & felici statu fulgentem, quod in clauium collatione cœlestium illam eidem tribuit plenitudinem potestatis, vt non solum personis humilibus, sed quantumcunque generis excelssi solemnitate conspicuis in ijs possit adesse magnifice, per quæ clari nominis titulum assequantur, & incrementum famosæ potentia prosequantur.

19 Sane petitio tua per solemnes nuntios, ad hoc specialiter ad sedem Apostolicam destinatos, nuper nobis exhibita continebat, quod quondam Sanctius natus claræ memoriæ Alfonso Regis Castellæ ac Legionis consors tuus & tu, tertio consanguinitatis gradu vobis mutuo attinentes, nec non & alias tertio affinitatis gradu coniuncti, ex eo quod idem Sanctius cognouerit carnaliter Mariam Alfonso de Vzera, tibi tertio gradu consanguinitatis coniunctam, quorum etiam Sanctij & Mariæ Alfonso filiam quamdam tu de sacro fonte lenaueras; viuentem quoque tunc quondam Guillelma nata Gastonis de Beart, quam idem Sanctius per verba de præsentem receperat in vxorem, & a qua non fuit sententialiter separatus, licet inter ipsos Sanctium & Guillelmam carnalis non fuerit copula subsecuta; de facto matrimonium, seu potius contubernium inuicem contraxistis, & dilectos filios nobiles viros Fernandum, Petrum, & Philippum fratres, ac dilectas in Christo filias nobiles mulieres Isabellam, & Beatricem, sorores eorum, tuos & ipsius Sanctij natos, ex huiusmodi contubernio procreastis.

Cum autem ex ijs iidem Fernandus, Petrus, & Philippus, ac Isabella & Beatrix defectum, quinimo defectus natalium patiantur, nobis humiliter supplicasti, vt pio tibi & eis compatiens affectu, & agente misericorditer in hac parte cum eis, providere ipsis de plenariæ legitimacionis beneficio misericorditer dignaremur. Nos igitur, attendentes quod, sicut fide dignorum testimonio accepimus, tu demum per laudabilis & honestæ conuersationis, & vitæ meritum super ijs a te maculam commendabiliter expiasti; quodque præfati Fernandus, Petrus, & Philippus, ac Isabella & Beatrix huiusmodi defectum natalium supplevit virtute laudabilium meritorum, redimentes fauore prudentiæ, quod ortus odiosus ademit; sicque profapiam regalis generis morum elegantia, & operibus virtutum adornant; dignum reputamus & congruum, vt eos præcipuis gratijs & fauoribus attollamus.

Tuis itaque supplicationibus inclinati eosdem Fernandum, Petrum, & Philippum, ac Isabellam & Beatricem legitimacionis titulo decorantes, vt iidem Fernandus, Petrus, & Philippus, ac Isabella & Beatrix, huiusmodi defectu seu de-

fectibus natalium non obstantibus, ad omnes honores, omnesque dignitates, ecclesiasticas & mundanas, religiosos & seculares, etiam statui regio congruentes, & quoslibet actus legitimos, prout eorum cuilibet obuenerint, vel quomodolibet prouenire possunt, assumi & admitti licite valeant; ipsique illos & illas assequi libere possint, & assecutos etiam retinere, sicut si eis defectus huiusmodi illegitimitatis macula nõ obstarent; cum ipsis, & eorum quolibet de speciali gratia & de apostolicæ plenitudine potestatis dispensamus: sperantes, quod tu & ipsi tantæ gratiæ magnitudinem memoriæ signaculis taliter alligetis, quod venientis in dilectionem omnium conditori per vitæ virtuosæ studium, & sanctæ matri Ecclesiæ per sinceræ deuotionis augmentum placere iugiter studeatis. Nulli ergo &c. nostræ legitimacionis & dispensacionis, &c. *Dat. Anagninæ VII. id. septembris anno VII.]*

20 Alijs literis a eadem Regina datis significat, se ipsius filium Ferdinandum ad sectandas virtutes, Eccl. siam colendam, pacem que cum Alfonso & Ferdinando patri filijs contrahendam esse adhortatum. Quas quidam literas nouo Castellæ & Legionis Regi scriptas, ob rei dignitatem asferendas duximus.

*Bonifacius, &c. Fernando Regi Castellæ ac Legionis illustri.*

Per huiusmodi quidem legitimacionem tibi, ac prædictis fratribus, & sororibus tuis tituli regij, & cuiuslibet dignitatis habitatio gratiosa largitur, legitimorum actuum præstatur auctoritas, parentum aboletur infamia, & totius domus regiæ fama dudum denigrata clarescit. Hæc est gratia, quæ ipsi donui pacem præparat, salutem præstat, & pandit aditum ad quietem. Hæc est quæ ipsius domus extollit culmina, eamque illuminat radijs claritatum, si eius cognoscatur effectus, si tu ac iidem fratres & sorores tui eam in pacis obseruantiam conuertatis. Verum quia donum gratiæ ingratitude tollitur, sed gratia deuote recognita suscipit incrementa; vt crescat tibi beneficiorum collatio, de supernis exultes cœlitus, perceptorum gratus existas; sanctam matrem Ecclesiam, cui ob hæc obligatus esse nosceris in immensum, summis studijs & efficacia operum cures more deuoti filij reuereri, te sibi gratum, fidelem, & vtilem opportunis temporibus exhibendo: vitæ decor te reddat acceptum a tuæ primordio iuuentutis: erumpat chari filij venæ cordis, & mel mansuetudinis fundat, lac fluat munditiæ, quod pectus bonorum operum decursu madescat, & de sinu magistri cœlestis in tuæ mentis folium salutis spargantur semina, quæ vultue crescant, ac demum optatis fructibus incrementa concludant.

21 Cum autem inter cætera, quæ circa te pro honore ipsius matris Ecclesiæ, ac pro tua & aliorum procuranda quiete vortua sensibus nostris occurrunt, specialiter affectemus, vt dilecti filij nobiles viri Alfonso & Fernandus, nati quondam Fernandi patri tui, quos vt nosti præmissa contingunt, tibi reconcilientur ad gratiam; & inter te ac ipsos sedatis quibuslibet discordiarum anfractibus, veræ pacis amœnitas, & salutis concordia reformetur; celsitudinem tuam rogamus & hortamur attente, in pacis & salutis Actore paternis tibi consilij suadentes, quatenus prudenter attendens, quod tamquam pius princeps, qui teneris erga singulos benignitatem, & mansuetudinem exercere, &c.] Adiungit preces, vt Cerdas in gratiam







fuisse; eiusque aram, quæ magnifice adornata erat, euerfam & disiectam fuisse, qua de re meminit etiã lordanus his verbis a: MCCC. Ferraria corpus cuiusdam Armanni, quod venerationi a quibusdam habebatur, mandato inquisitorum exhumatum & combustum est. Eodem anno emerfisse collocat annalium Dominicanorum Colmariensium scriptor b hæresim fœdissimam a muliercula confictam, quæ Spiritum sanctum in redemptionem mulierum muliebri corpore se induisse prædicabat. Præcedenti anno, inquit, venit de Anglia virgo decora valde, pariterque sacunda, dicens Spiritum sanctum incarnatum in redemptionem mulierum; & baptizauit mulieres in nomine Patris, Filij, ac sui. Quæ mortua ducta fuit in Mediolanum, ibi & cremata: cuius cineres frater Ioannes de Wissemburg ordinis fratrum Prædicatorum se vidisse pluribus referebat.

26 Aucta sunt hoc anno grauissima inter Pontificem & Francorum Regem discordiæ semina: cum hætenus Bonifacius Gallicum genus maximis effecisset beneficijs, & Adolphum Romanorum Regem, ne Eduardo Anglorum Regi & Gu doni Flandriæ comiti coniunctus Gallias occuparet, opportune repressisset e; vires opesque ad subijciendam Gallis Siciliæ insulam contulisset d, Carolus Philippi Regis fratrem Imperij vicarium e in Etruria, ac ditione ecclesiastica præfectum f creasset; euehereque illum ex nonnullorum sententia ad occidentale Imperium g, & certe ad orientale h, eripiendum Græcis promouere anniteretur, vt Gallorum armis fultus Syriam Christi cultui restitueret, quod ob Cassani Regis Perfidis erga Christianos studia facillimum videbatur; Philippumque ad gloriosissimam vrgeret expeditionem i; repente, malorum incentore diabolo, non sine graui Philippi Regis & administratorum culpa, atrox exarsit disidium ex his inijs. Inuadebat Philippus, politicorum subornatus consilij, ecclesiarum iura l non modo in Rhemensium, Carnutensium n, Laudunensium o, Pictauiensium p; sed maxime in Lugdunensium q, Narbonensium r, Appamiensium s, quarum trium postremarum præfules ad Philippi tempora earum vrbium dominatu potiebantur. Contigit vero vt Bernardus Appamiensis episcopus, qui ingentem litem de Appamiarum imperio cum Rege & Rogerio Fuxi comite exercuerat t, in crimen vocatus u sit, inter alia iactasse Appamiæ Gallicæ coronæ non obnoxias esse; ac pluribus disterijs famam regiam proscidisse; forma quidem Philippum cæteris antecellere, sed virtutibus vacuum esse. Quibus lacepsitus Rex, violata ecclesiastici ordinis immunitate, immisso satellitio episcopum honeste ad se deduci iussit: x; deinde archiepiscopo Narbonensi custodiendum tradidit, veluti læsæ maiestatis reum; atque hæc accusationis capita in Appamiensem episcopum ad Bonifacium transmisit. y

27 Tenor prædictorum articulorum talis est. In primis asseritur quod idem episcopus Appamiarum, in iniuriam & blasphemiam dicti Regis proruptus, dixit non solum semel, secundo, sed pluries diuersis locis & temporibus coram multis personis ecclesiasticis & secularibus, nobilibus & ignobilibus, quod S. Ludouicus avus dicti Regis olim, dum viueret, dixerat eidem episcopo tunc abbati Appamiarum, quod temporibus ipsius Philippi Regis debebat Francia regnum destrui, ac idem Rex & sui debebant perdere regnum ipsum; & quod dictum regnum debebat ad alios deuenire, nullatenus ad ipsum Philippum Regem & suos alterius reuersurum.

Item quod idem episcopus multoties dixit, quod idem Philippus Rex nihil omnino valebat. Item quod ipse Rex non erat de genere claræ memoriæ Caroli Magni Regis Francorum. Item quod nec de recto genere regni Francia. Item quod nec homo, nec bestia, sed imago. Item quod nihil omnino sciebat, nisi respicere homines. Item quod non erat dignus tenere regnum Francia, quia regnum ipsum regere nescibat. Item quod tota curia Francia, intus & extra, hæc & illuc erat falsa, corrupta, & infidelis, neminem excipiendo; & quod idem Rex erat eodem modo. Item quod omnes Gallici inimicabantur lingua Tolosana, & quod numquam fecerunt Tolosanis bonum, sed semper malum, & quod auferebant eis quidquid habebant; & quod Rex faciebat eodem modo, &c. Obiecta sunt alia conuicia eidem episcopo iacta in Regem: tum coitiones cum Fuxensi comite agitalle ad Tolosanam prouinciam in rebellionem conijciendam, subijciendamque Fuxensi, ac fœdera inter Aragonum Regem & Fuxi comitem iungere meditatam; deque regijs administris, ne Appamijs ius exercebant, exturbandis egisse, & Conuenarum comitem trahere in coniurationem, & Armeniacum cum Fuxensi conciliare annisum, hæcque ei significasse: Significauit etiam sibi, quod tempore dicti Regis Francia, qui nunc est, regnum Francia finiretur; & quod idem episcopus hoc audierat recitari pluries a S. Ludouico.

Censuit Bonifacius hæc a calumniatoribus ad tegendum scelus conficta in episcopum: & quidem fœdiores longe calumnias Christi vicario, ac si mortalium perditissimus esset, a Philippi consiliarijs asperfas visuri sumus. Cæterum, vt erat æquitatis acer vindex Pontifex, superioris accusationis capita ad Narbonensem archiepiscopum a transmisit b, vt in Appamiensem antistitem de ijs iudiciariam actionem institueret. Tum asserendæ immunitatis ecclesiasticæ cupidus Philippo denuntiavit c, ipsum censuras contraxisse, ni alias grauiore facti rationes afferret; præcepitque, vt præfulem Appamiensem dimitti ex Narbonensium archiepiscopi custodia, atque ad sedem Apostolicam accedere permitteret: restitueret ecclesiæ Appamiensi occupata bona, nec in posterum sacras opes diriperet.

#### Regi Francia illustri.

28 Secundum diuina, canonica, & humana iura ecclesiarum prælati & personæ ecclesiasticæ tam regulares quam seculares, in quibus laicis nulla est attributa potestas, multa debent libertate & immunitate gaudere: & hoc laudabilium prædecessorum tuorum tempore seruabatur. Et ideo plus dolemus, si tuo tempore, cuius regnum Deo non redderis, imitando laudabiles prædecessorum ipsorum actus, quanto a Deo ampliora nosceris recepisse. Sane ad nostrum peruenit auditum, quod tu venerabilem fratrem nostrum Appamiarum episcopum personaliter ad præsentiam tuam deduci fecisti sub tuorum cauta custodia, vtinam non inuitum, quem sub colore securitatis personæ ipsius, custodiendum diceris commisisse venerabili fratri nostro Narbonensi archiepiscopo metropolitanano ipsius.

Magnitudinem igitur tuam rogamus & hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eundem episcopum, cuius volumus habere præsentiam, abire libere & ad nostram præsentiam securum venire permittas, omniaque bona mobilia & se mouentia, ac immobili-



na, quæ per te vel tuos occupata, saisita, vel detenta sunt, ad eum vel commissam sibi ecclesiam pertinentia, sibi restitui faciās; & de ijs, quæ forsitan non extarent, debitam satisfactionem impendi, nec in antea ad similia per te vel tuos occupatrices manus extendas, habiturus te taliter in præmissis, quod maiestatem non offendas diuinam, nec sedis Apostolicæ dignitatem, nec oporteat nos aliud remedium adhibere; sciturus, quod nisi ad excusationem tuam aliquid rationabile coram nobis propositum fuerit vel ostensum, & præmissis veritas suffragetur, quin incurreris sententiam canonis propter iniectionem temerarium manuum in dictum episcopum, non videmus. Nos enim dicto archiepiscopo damus per alias nostras literas a in mandatis, vt eundem episcopum liberet, & ad nos venire permittat, non obstante custodia, quam a te de eo dicitur recepisse. *Dat. Laterani non. decembris anno VII. ]*

29 Consulturus præterea ecclesiastici ordinis dignitati Christi vicarius, cum Philippus b Rex episcopatum vacantium vestigalia regio sisco inferret, ac iura ecclesiastica sibi arrogaret, decreuit, vt his malis obuiam iret, synodum cogere. De quibus hæc S. Antoninus, loquens de Philippo Rege c: *Episcopatus vacantes cum essent, bona episcoporum diripiebat, & inuoluturas eorum facere volebat. Quamobrem Bonifacius, vt magnanimus & audax, neminem timens, cepit contra eum agere tamquam inimicum Ecclesie, & ad efficacius procedendum vocauit per literas apostolicas & nuncios speciales omnes episcopos & prelatos Francia ad Urbem ad celebrandum concilium.* Conceptæ sunt subiectis verbis ex literæ d, e quibus constat, Bonifacium non modo cleri, sed populi etiam Gallici, cum plus æquo a Philippo grauaretur, libertati consulere voluisse, aliaque mala ingentia abolere.

*Bonifacius &c. venerabilibus fratribus vniuersis archiepiscopis & episcopis, ac dilectis filijs, electis & capitulis ecclesiarum cathedralium regni Francia, ac doctoribus in theologia, & magistris in iure canonico & civili de regno natis eodem.*

Ante promotionem nostram ad summi apostolatus officium, dum adhuc nos minor status haberet, & post vsque in præsentiarum, multa sunt nostro apostolatu referata fide digna assertionem multorum, quorum nonnulla etiam ad contingentia regna & populos in mali exempli perniciem sunt diffusa, & ea multos ex vobis credimus nõ latere; super excessibus, culpis, insolentijs, iniurijs, atque dānis, quæ prælatis, ecclesijs, & personis ecclesiasticis, regularibus & secularibus, in regno Francia constitutis & alibi, per charissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Francia illustrem & officiales suos seu baliuos multipliciter inferuntur; ac etiam paribus, comitibus, alijsque nobilibus, vniuersitatibus, & populo dicti regni, prout hæc & alia in alijs nostris literis, quas eidem Regi dirigimus, seriohus continetur. Vnde super hoc cum fratribus nostris deliberatione habita pleniori, de ipsorum fratrum consilio ad nostram præsentiam vos prouidimus euocandos.

Quocirca vniuersitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attente, per apostolica scripta vobis in virtute obedientiæ districtius iniungentes, quatenus in kal. nouembris proximo futuris, quas vobis pro preceptorio termino assignamus, instructi & informati super præmissis & alijs, super quibus instructionem & informatio-

nem vestram videritis opportunam, vos fratres archiepiscopi & episcopi, nec non electi, doctores, & magistri, personaliter; vos vero capitula per procuratores idoneos cum sufficienti mandato, & informatos plenius, nostro vos conspectui præsentetis, vt super præmissis & ea contingentibus vestra possimus habere consilia, qui apud eundem Regem suspicione caretis, & sibi & regno accepti estis & grati, & diligitis ipsum Regem; nec non tractare, dirigere, & statuere, procedere facere, & ordinare quæ ad honorem Dei & Apostolicæ sedis, augmentum catholicæ fidei, conseruationem ecclesiasticæ libertatis, ac reformationem Regis & regni, correctionem præteritorum excessuum, & bonum regimen regni eiusdem viderimus expedire.

Nos enim ipsi Regi per alias nostras significamus literas, vt si rem suam agi putauerit in præmissis, suaque crediderit interesse, per se vel per fideles viros & prouidos, suæ conscios voluntatis, ac diligenter instructos, cum sufficienti mandato coram nobis possit, si velit, eodem termino comparere. Alioquin suam, vel illorum, aut etiam vestram absentiam diuina replente præsentia, in præmissis & ea contingentibus ac alijs, prout fuerit nobis ministratum a Domino, & expedire viderimus, procedemus. Vos autem mandatis nostris in hac parte taliter obedire curetis, quod non possitis de contemptu vel negligentia, seu inobedientia reprehendi; sed magis de diligentia, obedientiæ ac deuotionis promptitudine commendari. *Dat. Laterani non. decembris anno VII. ]*

Imposita sunt etiam Cisterciensi, Cluniacensi, Præmonstratensi, S. Dionysij, ac Montis maioris abbatibus imperia a, ne indictis præsulibus theologorum, & iurisperitorum conuentibus deessent. Tum his, atque b archiepiscopis & episcopis de admittendis ex æquitate excusationibus eorum, qui ad Romanam curiam se conferre non possent, hæc scripsit: *Illos tamen doctores seu magistros in iure canonico & civili ab huiusmodi personali comparitione volumus excusatos haberi, qui coram suis ordinarijs se duxerint excusandos legitime, & super hoc fidem fecerint coram eis. Impedimenta vero legitima, si qua, quod absit, vobis archiepiscopis & episcopis, electis, & abbatibus, vel vstrum alicui vel aliquibus euenirent, probari legitime volumus coram nobis ab illo vel illis, quos ad hoc duxerimus deputandos. Ne vero interim res literaria aliquid detrimenti pateretur, datis hisce abbati S. Genouefæ & decano ac cancellario Parisiensis academix imperijs consultum est: Discretionem vestram committimus, quatenus vos duo, vel vnus vestrum, præsertim tu cancellarie, prouidere possitis de tot & talibus doctoribus & magistris, vt Parisijs remaneant ad actum regendum ibidem, de quot & de quibus videritis prouidendum; ita quod tam utile studium & famosum doctores sufficientes habeat in theologia & canonico iure præsertim. Per hæc autem tu cancellarie statuto tempore venire personaliter ad nostram præsentiam non omittas.*

30 Cum præterea Philippus Rex, prærogatiuarum ipsi ac prædecessoribus, ab sede Apostolica concessarum specie, ius ecclesiasticum ipsorum politicorum consilio obtereret, Pontifex eas omnes sibi exponi, atque ad id tempus carere viribus iussit: ac Philippum, ne id grauate acciperet, his literis monuit. c

*Charissimo in Christo filio Philippo Regi Francia illustri.*

a Ibid. ep. cur. 104a  
b post eand. ep. b Ep. cur. 105.

Prærogatiuas a sede Ap. Regi Franc. concessas ad tempus solui renuntiat.

c Ep. cur. 100.



Exponit  
Philippo  
atroces  
iniurias  
omnibus  
ordinibus  
inflictas.

ibid. ep.  
cur. 99.

Monet, ne  
grauate  
accipiat, si  
his malis  
medeatur.

Anton. 3

p. 11. 20. c.

8. § 7.

Paulus

Aemil. in

Phil. Pulc.

& alij.

b Summ.

lib. 3.

Solicitat,

vt se ad

Christi

cultum in

Syria in-

staurandū

accingat.

d Paulus

Aemil.

ubi sup.

Nuper ex rationabilibus causis moti, præsertim ad releuanda grauamina, & quasi importabilia onera ecclesiarum, prælatorum, & ecclesiasticarum personarum, regularium & secularium, regni tui, literas infrascripti tenoris fieri fecimus, & bulla nostra bullari, quarum tenorem ad tuam prouidimus notitiam præsentibus deducendum. Tenor autem talis est, *Bonifacius, &c. ad perpetuam rei memoriam.* Saluator mundi &c. vt in proxima superiori vsque in finem [ crasa illa est omnino iussu Clementis V. a ad regis Francorum gratiam ] Tu igitur sicut filius prædilectus in ijs, quæ rationabiliter & pro utilitate publica fecimus, non turberis: sed ea æquanimitè tolères; prudenter attendens, quia vt præmittitur, terminum assignamus, quo priuilegia, indulgentiæ, gratiæ, & concessiones prædictæ nostro conspectui præsententur, & ad nostram & dictæ sedis notitiam deducantur, vt consideratis ipsis & visis prouideri possit, si dicta suspensio fuerit in aliquo vel aliquibus moderanda. *Dat. Laterani non. decembris anno VII.]*

31 Denique Bonifacius, cum instaurare Christi cultum in Syria percuperet, ac Guiscardum, Cassani Tartarorum in Perside Regis oratorem ad iungenda cum ipso in Mahumetanos arma occidentis excepisset; quem etiam a Cassano ad Francorum Regem missum referunt auctores <sup>b</sup>, tum ad Carolum Sicilia Regem accessisse ex vetusto regij archiuji regesto scribit Summontius <sup>c</sup>; omnino studio, & contentione Francorum Regem ad sacram expeditionem pro religione Palæstina restituenta adducere nisus est; qua de re hæc Paulus Aemilius <sup>d</sup>: *Oratores ad Francum Regem Bonifaciumque Pontificem maximum misit, Cassanus nimirum, cum Latinis proceribus socius facturus, vt communi animo consilioque sacrum regnum recuperaretur, & a barbaræ religionis vi tegetur. Bonifacius rursus amplum magnificumque sibi existimabat, se Pontifice recipi, quæ superioribus Pontificibus amissa fuissent. In Franciam literas ad Pulchrum Regem de bello sacro redintegrando dedit, &c.*

Huiusmodi vero apostolicæ literæ Philippo Regi, qui a suis assentionibus deprauari, non moneri officij consueuerat, ingrata adeo extiteret, vt iras grauissimas cõceperit in Bonifacium; ac postea a Clemente V. obtinuerit, vt eæ quoque literæ ex regesto pōtificio maiori ex parte, in qua nimirum grauioribus imperijs, aut iustis minis, vel asperiore verbo percelleretur, exponerenturque eius facinora, eraderentur. De quibus rasuris extant in regesto publicæ tabulæ subiectis conceptæ verbis: *Ego Oddo de Sennineto, publicus apostolica auctoritate notarius ac literarum apostolicarum registrator, de expresso mandato reuerend. patrum domini Berengarij episcopi Tusculani, ac domini Arnaldi tit. S. Priscæ presbyteri Cardinalis S.R.E. vicecancellarij, facto mihi per eos ex parte sanctissimi patris & domini nostri domini Clementis diuina prouidentia Papa V. qui hoc eis pluries mandauerat, vt dicebant, feci; seu in presentia mea, & magistrorum Andreae de Secia & Emanuelis de Parma fieri feci rasuras vacuas, quæ sunt in quarto, quinto, & sexto folijs proxime præcedentibus, quarum primam immediate præcedit quædam litera, quæ incipit: De statu terrarum, &c. & sequitur alia, quæ incipit: Nuper ex rationabilibus, &c. Secunda vero rasura facta in litera, quæ incipit: Ausculta, incipit immediate post verba: Efficaciter adimplere, & infra, & finit ante verba illa: Ad te igitur, &c.*

*Tertia autem rasura in eadem litera facta incipit immediate post verba: Nec habens aliquod inhonestum. & infra, & finit ibi ante verba illa: Ad hæc ne Terræ sanctæ negotium, &c. Ibidem in quarta linea subsequenti facta una alia rasura vnius tantummodo dictionis. Vltima quoque rasura incipit proxime post verba illa: Sic te præpares in præmissis, & infra; & finit ibi ante verba illa: Vt in præsentem diuinam gratiam, &c. Idcirco prædicta de eodem mandato in rei gesta testimonium scripsi sub solito signo meo Vienna in hospitio domini Cardinalis vicecancellarij supradicti. Et Taccon de Secia, publicus imperiali auctoritate notarius, ac registrator literarum apostolicarum, supradicta omnia per eundem modum, vt prædictus magister Oddo, de eodem mandato in rei gesta testimonium in domo prædicti domini vicecancellarij me subscripsi sub solito signo meo. Extant similes aliæ a tabulæ de literis vigesima-quarta & quinquagesimatertia erasis. Quæ porro ex superioribus superfluere, ad illustrandam historicam in re grauissima veritatem, a nobis afferentur, vnde male Philippum Regem in Christi vicarium insurrexisse aperte patebit.*

*Bonifacius, &c. charissimo in Christo filio Philippo Regi Francia illustri.*

Ausculta, fili charissime, præcepta patris, & ad doctrinam magistri, qui gerit illius vices in terris, qui solus est magister & dominus, aurem tui cordis inclina; viscerose sanctæ matris ecclesiæ admonitionem libenter excipe, & cura efficaciter adimplere [ versuque vno & fere dimidio eraso Clementis V. iussu. ] Ad te igitur sermo noster dirigitur, tibi paternus amor exprimitur, & dulcia matris vbera exponuntur. Campum siquidem militiæ humanæ mortalitatis ingressus, renatus sacri fonte baptismatis, renuntians diabolo & pompis eius, non quasi hospes & aduena, sed iam domesticus fidei & ciuis sanctorum effectus, ouile dominicum intrauisti, colluctaturus non solum contra carnem & sanguinem, sed etiam contra aereas potestates, mundique rectores præsentium tenebrarum. Sic veri Noe es arcam ingressus, extra quam nemo saluatur, catholicam scilicet Ecclesiam, vnâ columbam immaculatam, \* vnici Christi sponsam, in qua Christi vicarius Petrique successor primatum noscitur obtinere: qui sibi col-laris clauibus regni calorum, iudex a Deo viuorum, & mortuorum constitutus agnoscitur; ad quem, sedentem in iudicij solio, dissipare pertinet suo intuitu omne malum. Huius profecto sponsæ, quæ de cælo descendit a Deo parata sicut sponsa ornata viro suo, Romanus Pontifex caput existit: nec habet plura capita monstruose, cum sit sine macula, sine ruga, nec habens aliquod inhonestum [ ac duabus paginis cum fere dimidia erasis subijcitur. ]

32 Ad hæc, ne Terræ sanctæ negotium, quod nostris & tuis & aliorum fidelium debet charis insidere præcordijs, nos putes obliuioni dedisse memorare, fili, & discito, quod progenitores tui Christianissimi principes, quorum debes laudanda vestigia solerti studio, & claris operibus imitari; exposuerunt olim personas & bona in subsidium dictæ terræ. Sed Saracenorum inualescente perfidia Christianorum ac. . . [ colligitur ex literarum erasarum vestigijs vocem, quæ desideratur, hanc fuisse, præsertim; qua nimirum Philippus perfringebatur. Non caruisse sane ipsum grauis inertia culpa in ferendo Ptolemaidis & reliquarum urbium Syria excidio, vidimus, cum a Nico-



lao IV. rogatus, ut periclitantis Syriae miseretur, Prolemaidisque tutelam susciperet, detrectavit friuolae causa, tantoque Regi inhonesta, ne sibi, ut aiebat, illius iactura adcriberetur, si barbarus praualeret: sicque res Christiana perditam fuit. Nec minus religioni obfuisse insinuatum est, cum leui de causa bellum cum Eduardo Rege, sarcire iniurias a suis illatas parato, suscepit; ob qua iuste Bonifacius haec illi obiecit: Tua & aliorum Regum & principum deuotione solita tepescente, terra eadem tuis utique temporibus, heu, deperdita noscitur & prostrata. Quis itaque canticum Domini cantat in ea? Quis assurgit in eius subsidium & recuperationis opportuna iuuenam aduersus impios Saracenos, malignantes, & operantes iniquitatem, ac debacchantes in illa? Ad eius quippe succursum arma bellica perijisse videntur, & abiecti sunt clypei fortium, qui contra hostes fidei dimicare solebant: enses & gladij euaginati in domesticos fidei, & sauiunt in effusionem sanguinis Christiani: & nisi a populo Dei domesticae insolentiae succidantur, & pax ei proueniat salutaris, terra illa, scadata actibus malignorum, a periculo desolationis & miseriae per eiusdem populi ministerium non resurget.

Si haec & similia ijs beneuola mente reuoluas, inuenies quod obscuratum est aurum, & est color optimus immutatus. An non ignominia & confusio magna tibi & alijs Regibus & principibus Christianis adesse dignoscitur, quod versa est ad alienos hereditas Iesu Christi, & sepulcrum eius ad extraneos deuolutum? Qualem ergo retributionis gratiam merebuntur apud Dominum Reges & principes, & ceteri Christiani, in quibus terra quaerit respirare praedicta; sed non est qui sustentet eam ex omnibus filijs, quos genuit ipse Deus, nec est qui supponat manum ex omnibus, quos nutriuit? Clamat, enim ad Dei filios ciuitas Ierusalem, & suas exponit angustias, & in remedium doloris eius filiorum Dei in plorat affectus. Si ergo filius Dei es, dolores eius excipias, tristare & dolo cum ipso, si diligis bonum eius. Tartari quidem, pagani, & alij infideles eidem terrae succurrunt, & ei non subueniunt in ea Christi sanguine pretioso redempti; nec est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Hoc a diffidijs priuatis obuenit, dum utilitas publica cupiditatis ardore consumitur, non nullis quae sunt sua quaerentibus, non quae Christi, quorum peccata Deus ultionum dominus non solum in ipsis vindicat, sed etiam in progenies eorumdem.

Tremenda sunt itaque Dei iudicia & timenda, ante qua non parantes iustitiam damnabuntur: iustus autem de angustia liberabitur, & cadet impius in laqueum, quem tetendit. Tu vero, fili, communiens in tribus temporibus vitam tuam, ordinando praesentia, & commemorando praeterita, & prouidendo futura, sic te praepares in praemissis [erasoque fere vno versu] ut in praesenti diuinam gratiam, & in futuro saluationis & retributionis aeternae gloriam merearis. *Dat. Laterani non. decembris anno VII.]* De transmissis hisce ad Philippum Regem literis Pontifex Gallicanum clerum certiore fecit, a praecipitque, ut in ijs contenta discuterent, quo meliora consilia ad abolenda mala, quae grassabantur in Gallijs, ac fidem Christianam in Asia propagandam, recuperandumque ex Mahometanis sepulcrum dominicum expedire possent.

Bonifacius, &c. venerabilibus fratribus archiepiscopis & episcopis, & dilectis filijs electis, & Cisterciensi, Cluniacensi, Praemonstratensi, nec

non S. Dionysij in Francia Parisiensis diocesis, & Maioris Turonensis ordinis S. Benedicij monasteriorum abbatibus; nec non capitulis ecclesiarum cathedralium regni Francia, & doctoribus in theologia, & magistris in iure canonico & civili de regno natis eodem sal. &c.

Ex rationabilibus causis moti mittimus charissimo in Christo filio nostro Philippo Regi Franciae illustri literas nostras infrascripti tenoris, qui talis est: Bonifacius, &c. charissimo in Christo filio Philippo Regi Franciae illustri. Ausculta, fili charissime, &c. ut in proxima sup. vsque in finem. Vos igitur potissime, quos per alias nostras literas ad praesentiam nostram sub certa forma vocamus, supradictum tenorem diligentius attendatis, & super contentis in eo sic vos modis congruis informetis, quod possitis consultius, certius, & & salubrius vestra nobis dare consilia in agendis. *Dat. Laterani VII. id. decembris anno VII.]*

Quae magno zelo Pontifex pro Gallorum bono, ac fide amplificanda constituerat, a Philippo Rege disturbata fuere; vetitosque praesules ad concilium accedere dicturi sumus inferius: spretraque pariter ab eo, improborum politicorum, apostolica monita in alios sensus distortentium, consilio, Terrae sanctae instauratio, ut deplorat S. Antoninus his verbis a, de Cassano Rege Tartarorum, partaque ab eo Syria praelocutus: *Ex ea recessit: destinavit tamen interea suos oratores in partes occidentis ad Bonifacium VIII. & ad Regem Franciae, & alias nationes Christianorum, ut mitterent copias Christicolae in Syriam ad retinendum ciuitates Syriae & Hierusalem conquistatas per eum. Quod cum exposuissent oratores eius, & placuisset audientibus, nil tamen executioni mandatum ex neglectu eorum magis \* attendentes ad suas animositates prosequendas, in se inuicem laniando Christicolae, & ambiendo aliena dominia; quae sua sunt potius \* vnamquamque communitatem querendo, quam ea, quae Iesu Christi; & ob hoc de ampliatione cultus diuini & \* dilatione Christianae religionis parum curando. Et ubi tunc cum modicis expensis, & sine magnis copijs, capta Syria a Cassano potuisset a fidelibus illuc missis retineri; nulla prouisione super hoc facta, cum magna erubescencia fidelium, & non leui crimine incuriae & omissionis, postmodum amissa est; nec adhuc posse recuperata, nec in via recuperanti.*

33 At principibus occidentalibus Syriae recuperationem, amplificationemque religionis non curantibus, miraculo ac prodigio fuit, imbelles mulieres, diuino amore incensas, Christi cultum Palaestinae restituere aggressas esse. Fuerunt eae Genueses matronae praenobiles A. de Carmendino, I. de Ghisulphis, M. de Grimaldis, C. Franetae A. de Auria, S. Spinulae, S. & P. de Cibo, P. de Caris, quarum nomina indicanda censuimus, cum ob tam praclarum facinus dignissima sint, ut earum memoria nulla vnquam temporis obliuione deleatur. Ad constandam enim classem bona sua contulere, atque etiam ipsarum aliqua, exaggerata quadam mentis constantia, ut se militum obsequijs deuouerent, obuia omnia pericula penetrarunt. Traxere alias etiam mulieres praclaro illo exemplo, quae monilia & gemmas distraxere, ut militem ad defendendam Christi causam, in Saracenum armarent; quarum consilium Bonifacius subiectis verbis collaudauit. b

Percepimus quod vos & aliae quamplurimae mulieres ciuitatis Ianuensis, diuino spiritu inflammatae, prouideat attendentes, quod Casanus magnus Tartar-

Spreta a Phil. monita apostolica.

Antom. 3. p. tit. 20 c. 8. 5. 8.

\* attendentium.

\* vnaquamque communitate querente. dilatazione

Matronae Genueses mulierum ordinatum ad classem in Saracenos instruendam distrahant.

Magna Regum infamiae glorioso opere a feminis superari.

Lib. 7. op. cur. 61.



rorum Imperator, cum multitudine sui exercitus, licet aganus, regnum Hierosolymitanum intrauerat ad expellendos de terra sancta Soldanum Babylonicum, eiusque sequaces incredulos, ut ea Christiano cultui restituta, cantica Domini decantarentur in ipsa exultationis & laudis; quodque Reges & principes, & Christiani alij potentes, & ad arma doctissimi ad subueniendum dictae terrae pietatis quodammodo viscera clausisse videntur, obturantes aures suas clamoribus exulum, qui terram ipsam haecenus habitauerunt, quorum rauca facta sunt fauces in expellendo lacrymabiliter terra sepe dicta succurri; induitis mente viros in corpore fragili, decernentes sibi vestrorum largitione honorum per viam marini solij subuenire; &c.

34 Praefecti illius classis fuere Benedictus Zachariae, Lanfrancus Tartarus, Iacobus Lomellinus, & Ioannes Blancus, ad quos Pontifex haec scripsit: Nobilitatem vestram monemus, rogamus, hortamur attente, obsecrantes in Filio Dei Patris, quatenus cum dictarum mulierum subsidio aperiat viscera pietatis ad dicta terra succursum, sicut abletha strenui Crucifixi, ut in presenti diuinam consequamini gratiam, & in futuro gloriam sempiternam. Alijs vero literis eos hortatus est b, vt non sua, sed qua Iesu Christi in ea expeditione quaerent, atque haec subiicit: Districte praecipiendo mandamus, quatenus ad readificationem & reparationem alicuius castris, ciuitatis, vel loci muniti, sitorum in dicta Terra sancta, vel quauis parte Syriae; praesertim maritimarum occupatorum, & destructorum per hostes fidei a tempore ultimi concilij Luganensis, celebrati sub felicis recordationis Gregorio Papa X. praedecessore nostro; sub quouis titulo, vel quaesito colore ad vilitatem vestram, vel quarumcumque singularium secularium personarum, aut cuiusvis vniuersitatis, vel communis, maxime Tripolitanae ciuitatis nullatenus procedatis absque Apostolicae sedis licentia speciali, per eius patentes literas apparente. Nos enim de talibus, auxiliante vobis diuina potentia, opportuno tempore disponemus, ac etiam cathedralibus ecclesijs dictarum Terra sanctae & Syriae de pastoribus idoneis prouidere curabimus, prout viderimus expedire. Dat. Anagniae v. id. augusti anno VII.

35 Ad instamandos plures ad arma pro Christiana religione tuenda, bonisque in tam pium & diuinum opus conferendis, demandauit prouinciam Porchetto Spinulae Minoritae ecclesiae Genuensis administratori (quem postea ob praclaras eius virtutes, tum ob nquarum recenter ab ipso atque a Spinularum familia operam, vt Genuenses in obsequium Ecclesiae redirent, faedusque cum Rege Siciliae Carolo iungerent, Genuensis archiepiscopatui, quo olim cesserat, restituit c) vt Genuensibus significaret, petita a pranobilibus illis viris, ac matronis fuisse ab Apostolica fede admissa d, populos praecleara concione ad sequenda crucis signa incitaret, aliorumque ad id operam adhiberet; tum vt profecturos in Terram sanctam apostolica auctoritate cruce insigniret. e

Liberaliter etiam Bonifacius indulgentiarum in concilijs decreta praemia in eos, qui se obeunda huiusmodi expeditioni accingerent, vel opes proficiscentium stipendijs subministrarent, effudit f; ac Minoritarum & Praedicatorum in Liguria praefectis praecipit g, vt viros religiosos ad porrigenda ecclesiae sacramenta profecturis adiungeret: Qui fecit, inquit, salutem in manu feminae, & per eam capite Olofernis abscisso ciuitate sanctam Ierusalem de manu hostium liberauit, creditur nonnullis nobi-

libus mulieribus Ianaensibus, earumque sociabus, seu sequacibus inspirasse, vt de Terra sancta succursum, cui Reges & principes, & alij Christiani potentes, & ad arma doctissimi, obturatis cordibus, non succurrunt, efficaciter cogitent, qua per marinum estolium; & quasi particulare passagium ad partes illas, duce Deo, peruenturum in breui, eidem terra succurrere decreuerunt, ad hoc bona propria expendendo: & earum aliqua disponunt personaliter transfretare ad impendendum humanitatis obsequia bellatoribus Crucifixi. Talium itaque deuotis feruoribus, & charitatiuis affectibus libenter occurrimus, & earum pium propositum dignis fauoribus conuermus. Ideoque discretioni tuae in virtute obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatenus auctoritate nostra de consilio discretorum fratrum tui ordinis assumas aliquos fratres eiusdem ordinis de Iannuensis, & aliarum ciuitatum vicinarum conuentibus in modo congruo, viros utique literatos, bona conuersationis & vitae, & in dicto estolio, seu passagio transmittas, &c. Dat. Anagniae iv. id. augusti anno VII.

36 Quae vero gesta sint a Cassano & alijs Christianis hoc anno, vtque irriti ceciderint eorum conatus, describit Aythonus a; qui vbi defectiorem Capcaeki, anissamq; superiori aestate Syriam exposuit, narrat Cassanum adulta hyeme in Euphratis ripa instruxisse copias, tum subiungit: Transmisit Cotulossam cum triginta millibus equitibus Tartaris, & praecipit, quod quando ad partes Antiochia perueniret, Regem Armenia conuocaret & alios Christianos partium orientis & Cypri, & adiungeret eos sibi: & dum Casanus cum robore sui exercitus sequeretur, in regnum Syria introiret. Praedictus itaque Cotulossa fecit sicut habuit in mandatis. Acceptis itaque triginta millibus Tartarorum per dietas suas perrexit, quousque Antiochiam applicuit; & deinde misit ad Regem Armenia, quod veniret: vnde Rex Armenia cum suo exercitu equitauit. Christiani etiam qui erant in regno Cypri, de aduentu Cotulossae, rumoribus intellectis, absque mora dispendio cum galeis & alijs lignis peruenierunt ad insulam Anieradensem, & ibi fuerunt dominus Tyrensis frater Regis Cypri, qui erat militiae dux & rector, & magistri domorum hospitalis, & templi cum conuentibus fratrum suorum: & dum parati essent voluntaria Christi seruitia adimplere, ecce rumor venit de quadam infirmitate Casani, qua taliter vexabatur quod de conualescentia medici totaliter desperabant: vnde Cotulossa cum suis Tartaris rediit ad Casanum, Rex etiam reuersus fuit Armeniam, & alij Christiani, qui venerant ad insulam Anteradensem, redierunt in Cyprum: & ob hanc causam inceptum Terrae sanctae negotium fuit totaliter derelictum. Hoc accidit anno Domini MCCCII. His consentanea referuntur a Sanuto, qui addit b nostros antequam Anteradam pergerent, leues aliquot in Aegypto excursions fecisse: Idem Rex, nempe Henricus Cyprius, cum Hospitalarijs, & Templarijs armauerunt septem galeas, & quinque scibias, & ad flumen Rexit nauigantes: quinque Saracenorum galeas inuenerunt, quae per Nilum fugientes liberatae sunt. In insula vero descendentes, derobato vno casali, rediere & ante Alexandriam confedere: indeque recedentes, vnam nauem Saracenorum repererunt, quam, interfectis hominibus, combusserunt. Deinde discurrerunt maritimam regionem, & paruis illatis damnis rediere.

37 Quod porro ad Casanum spectat, quem a Bonifacio paganum nuncupatum c vidimus; fuisse illum Christiana sacra restantur Vestimo-

Casanus Tartaroru Imperator Syriae Christianis restituere meditari.

Genuesi classis praefecti.

Ep. cur. 59.

Excitati ad rem strenue gerenda.

Ep. cur. 60.

Porchetto Minorita Genuesi archiepiscopatui restitutus.

Ep. 188. & 189.

Agiatice expeditionem promouere iustus.

Ep. cur. 57.

Ep. cur. 63.

Ep. cur. 58.

Ep. cur. 62. & reg. post eand. ep.

Cassanus Christianis non tam gratum...

In pro...

\* in

Diffidit...

De ant...



IESV CHRISTI

annus 1302.

BONIF. VIII. PP. annus 8.

ALBERTI ROM. REGIS 4. ANDRONICI IMP. ORIEN. 19.

EFFudere in Siculos extremos conatus Bonifacius Papa & Carolus Neapolitanus Rex anno Christi millesimo trecentesimo secundo, indictione quintadecima. Sed antequam copiae in Siculos educerentur, Bonifacius Fridericum censuris ad officium perpellere nisus est a, eoque in pertinacia obfirmato, Carolum Andium comitem exciuit ex Etruria, atque in Siculos Gallico & ecclesiastico succinctum exercitu concitavit b. Adiunctus c illi praeterea est Guillelmus designatus episcopus Salernitanus amplissima ad Siculos insulares, ad ecclesiae partes transuolatos, soluendo censuris instructus auctoritate: quo tamen beneficio Fridericus sine singulari sedis Apostolicae imperio, quicumque sequeretur casus, priuatus est d.

Inuectus itaque una cum Roberto Calabriae duce Carolus comes florentissima classe, quae in Neapolitano portu a Rege apparata fuerat, ut Ptolemaeus Lucensis e, Ioannes Villanus f, S. Antoninus g, alijque narrant, excensione in Siciliam facta, aduentus sui terrore insulam concussit, atque initio feliciter bellum circumtulit. Cuius viribus Fridericus cum se imparem videret, praelio cum eo decernere, quamuis laceffitus, recusauit; sed militari consilio ipsius exercitum solerti fuga fatigauit, partim illius comitatus intercepti: ac demum, cum Gallorum exercitus Xacam arcem obsideret h, ex aeris grauitate grassarius adeo cepit in castris, ut magnam copiarum partem absumperit. Qua re animaduersa, Carolus a fratre Rege ob Belgarum defectionem excitus, Robertum Calabriae ducem ad tractandam cum Friderico pacem flexit, Pontifice & Carolo Rege inscijs. De quibus haec Iordanus i: Comes Valensij, tota aestate per Siciliam discurrens, animalia quidem suae genti necessaria inuenit, sed obuium sibi nullum reperit. Audiens vero noua de Flandria, suorum consilio ad ea, quae sunt pacis intendit sub hac forma, ut scilicet Fridericus toto tempore vitae suae Siciliam absque Regis nomine possideret, & quidquid in Calabria tenebat, dimitteret, & Alienordem filiam Regis Caroli acciperet; & quod ipse Carolus, & Robertus dux Calabriae fideliter laboraret apud Regem Aragoniae, quod ius regni Sardiniae & comes de Brenna ius regni Cyprici Friderico darent, consentiente Romano Pontifice.

Consonant Iordano Ioannes Villanus l, S. Antoninus m, Surita n, Fazellus o, rerum Sicularum scriptor anonymus p, Summontius q, & alij. Sed praecipuas huius foederis leges e Friderici literis r decerpere praestat: Notum fieri volumus vniuersis, quod, & infra, firmata est pax siue compositio, duratura & seruanda efficaciter & bona fide per nos pro nobis fidelibus & subditis nostris, & praedictos dominum Carolum Regem & magnificum dominum Robertum dicti domini Regis Caroli primogenitum & ducem Calabriae, charissimum cognatum nostrum, pro se fidelibus & subditis eorum in forma, inferius particulariter & distincte notatis, videlicet, quod nos in tota vita nostra simus & esse debeamus Rex insulae Siciliae, & quod totam insulam ipsam cum omnibus insulis sibi adiacentibus, ac om-

Bellum in Siculos gestum - Carolus Andium comes belli dux. a Lib. 8. ep. cur. 17. b 1b. ep. 25. c 1bid. d 1b. ep. 26. Robertus dux Calabriae expeditionis focus. Gesta a Carolo Valesio in Sicilia. e Prol. Luc in annal. f Io. Vill. l. 8. c. 49. g Anon. 3 p. tit. 20. e. 8. S. 16. & alij. Fridericus eius impetus effugis & mora frangit. h Sur. l. 5. annal. c. 56. Pests in Gallorum castris grassata. i Iord. M. S. Vat sign. n. 1960. Ob cladem Gallorum in Belgio Sicilia res abiecit a Carolo. Foederis leges inter Fridericum & Carolum. l 10. Vill. l. 8. c. 49. m S. Anst. ubi sup. n Sur. ind. l. 2. & l. 5. annal. c. 56. o Fazell. post decad. l. 9. c. 3. p M. S. Brader. com. Vball. q Summ. l. 3. & alij. r Extat. apud Bonif. l. 9. ep. cur. 20. & M. S. arch. Vat. sign. lit. 1. tit. Sicilia & Neapol. pag. 155. Sicilia insula permissa Friderico.

nasteriensis a, Ioannes Villanus b, Vualsinghamus c, S. Antoninus d, ex quorum ultimo piam historiam referemus.

Cassanus Imperator Tartarorum, ut dictum est, fuit filius Dargon Chami, paruus quidem corpore, sed animo magnus; despicibilis vultu, sed mente venerandus, quia virtutibus exornatus, sapiens in bellis, & sagax in rebus, munificentissimus, & amantissimus Christianorum. Hic demum Christianus effectus baptisma suscepit, & ad hoc induxit multos ex suis. Causa autem suae conuersionis ad fidem miraculum fuit, quod hic sequitur, ad consolationem fidelium enarrandum. Quando isie Cassanus fuit creatus Imperator Tartarorum, fecit inquirere inter omnes mulieres, quae esset omnium speciosior, ut illam sibi acciperet in uxorem, non attendens nec ad thesauros, nec ad alia huiusmodi. Et cum destinasset plurimos per partes orientis ad hoc perquirendum, tandem compertum est & indicatum, quod filia Regis Armeniae esset pulchrior omnibus. Hac igitur postulata a Cassano, pater assensum praebuit, si puella hoc gratum foret. Illa ut prudens, pudica, & Iesu Christi deuota, respondit se paratam patri obedire in hoc; ita tamen si sibi libertas daretur colendi Iesum Christum suo modo, quamuis Cassanus tunc esset paganus: & acceptauit conditionem Cassanus per oratores suos. Quamobrem Rex Armeniae misit filiam suam ad Cassanum, associatam cum germano suo religioso viro, & cum alijs religiosis & nobilibus viris ac mulieribus, ut eam in uxorem haberet: quae cum applicuisset, multum complacuit sibi in ea. Ex qua cito filium suscepit, sed ita deformem & turpem, ut vix in eo humanitas appareret.

Cassanus super hoc consilium sumens cum Satriapis, & sapientibus suis collatione simul facta, ab eis responsum accepit, hoc ideo accidisse, quia ex adulterio conceperat, & ideo ipsam cremandam esse cum prole sua. Determinatione ea facta, quamuis hoc graue esset Cassano propter amorem ad illam conceptum, populus quoque ciuitatis condoleret, cum rogit ad hoc pararetur, sibi que significata fuisset mors sua, postulauit illa hanc sibi gratiam fieri, ut more Christianorum sibi liceret confessionem facere, & communionem sacram suscipere, & filium illum suum baptizari. Quibus peractis, & paruulo illo baptizato in debita forma, subito puer mutatus est in alterum, & apparuit ita pulcher & gratiosus, sicut quicumque alius in orbe reperiri posset. Ex tam euidenti prodigio nimis latificatus Cassanus, non solum immunitatem esse voluit uxorem suam cum prole a morte; sed eam quoque Imperatricem decreuit, & cum magna solemnitate ipse cum innumerabili populo Tartarorum credentes in Christum, baptismum susceperunt: & in testimonium veritatis praedictorum quidam Florentinus origine, nutritus in partibus illis a pueritia, destinatus fuit orator cum pluribus Tartaris ad referendum ista domino Papa Bonifacio, & principibus fidelium. Miramur inigne adeo miraculum ab Aytono & Sanuto, qui accuratius res Tartarorum tradidere historiae, praetermissum fuisse, certe id constat ex memorato Aytono, qui sapius in exercitu aduersus Saracenos cum Casano versatus e, est, magno Terrae sanctae Christianis restituenda, & Mahumetica superstitionis delenda desiderio arsisse.

Annal. Eccl. Tom. XIV.

17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



nibus iuribus, iurisdictionibus, rationibus, honoribus, & pertinentijs suis in tota vita nostra habeamus, teneamus, & possideamus in capite liberam & absolutam; ita quod exinde ad aliquod seruitium personale vel reale alicui nullatenus teneamur. Item quod ducamus in uxorem nostram legitimam illustrem dominam Eleonoram filiam predicti domini Regis Caroli. Item quod captiui, ab utraque parte detenti, absque aliqua redemptione seu solutione pecunie & aliarum rerum a carcere liberentur, & liberi permittantur abire. Nonnullisque de colloquio ineundo cum Carolo Robertoque, interiectis: Restituant seu restitui faciant nobis, aut nuncio seu nuncijs nostris, omnes ciuitates, terras, castra, villas, casalia, & quacumque alia fortalities & loca, qua tenentur & possidentur in partibus Sicilia, & insulis sibi adiacentibus & pertinentibus, siue per sacrosanctam Romanam matrem ecclesiam, seu predictum dominum Regem Carolum, & quoslibet alios nomine & pro parte eorum vel alterius ipsorum, cuiuscumque conditionis & status existant. Quibus omnibus in nostris plenis dominio & possessione per nos vel nostros nuncios habitis & receptis, in continentibus liberabimus a carcere, & predictis domino Carolo & domino Roberto, seu eorum nuncijs restituemus, vel restitui faciemus magnificum dominum Philippum principem Tarentinum filium predicti domini Regis Caroli, & omnes alios captiuos, quos habemus, ac omnes ciuitates, terras, castra, villas, casalia, & quacumque alia fortalities & loca, quas & qua tenemus in Calabria, infra mensem tardius, a die dissolutionis vistarum ipsarum in antea numerandum: & predicti dominus Carolus & dominus Robertus nobis, aut nostro nuncio, vel nuncijs statim liberabunt, assignabunt, vel faciant assignari omnes captiuos partis nostre. Et infra.

4 Item per nos, & predictos dominum Carolum & dominum Robertum ordinabitur in vists eisdem, quod regnum & terra requirentur & dabuntur nobis pro filijs & heredibus nostris, ex nobis & predicta domina Eleonora uxore nostra, fauente Domino, prouenturis: quam & quod ipsi filij & beredes nostri post obitum nostrum teneant, habeant, & possideant tanquam veri & legitimi successores & beredes nostri, eo quod post obitum nostrum predicta insula perueniet ad dominum Regem Carolum, si tunc vixerit; & si forte non viueret, ad beredes dicti Regis domini Caroli. Item quod predicti dominus Carolus & dominus Robertus bona fide promittant, se sic facturos, tractaturos, & curaturos, quod sanctissimus pater & dominus Bonifacius diuina prouidentia sacrosanctae Romanae matris ac vniuersalis Ecclesiae summus Pontifex, reuerendi patres venerabilis coetus dominorum Cardinalium, & dictus dominus Rex Carolus per patentia scripta, ex dependentibus sigillis munita, predicta omnia & singula acceptent, ratificent, & confirment, &c. Datum apud Castrum nouum anno dominice incarnationis MCCCII. mense augusti, XIX. eiusdem, XV. indictionis.

Euolutis post aliquot diebus, Saccam inter & Calatabillotam initum inter Fridericum, Carolum, ac Robertum principes colloquium, in quo ambigua nonnullae pactiones illustratae ac firmatae. In primis quo nomine regio Fridericus insigniendus foret, haec sancita a, vt ipse publicis literis proficitur: Sit & esse debeat titulus noster Rex insulae Siciliae vel Rex Trinacriae, secundum quod placuerit predicto Regi Carolo, cuius hoc arbitrio & beneplacito referuamus: ita tamen, quod quamcumque predictarum titulationum elegerit, ea in tota

vita nostra, sicut praedicatur, intitulabimur absolute & libere, nulla conditione, aut subtractione, vel additione, vel limitatione, in intitulatione ipsa aliquatenus apponenda. Conuentum paterea, vt Carolus Siciliae Rex cum Romano Pontifice ageret, vt Friderico possessione insulae Siciliae abituro, ac posteris regnum Sardiniae, vel Cypri, aliudue tantarum opum, atque amplitudinis traderetur; adiectaque nonnullae aliae iniquiores leges, ad Friderici gratiam compositae, quas sequenti anno temperatas rescissasue visuri sumus.

5 Solicitatus mox Bonifacius a Friderici oratoribus, vt sancito foederis robur adijceret, quamuis Regem Carolum delusum non ignoraret, siue diuturno fatigatus bello, cum omnes conatus frustra consumptos intueretur, iamque magna ipsum inter ac Philippum Galliarum Regem discordiae emergerent; Fridericum in gratiam admisit: initas vero pactiones, cum in ijs Romanae ecclesiae iuribus consultum non esset, ac nonnulla ab aequitate abhorrentia continerent, ni in saniores formam redigerentur, ab sede Apostolica confirmari non posse respondit: atque ad id hisce literis, pluribus paterni amoris notis aspersis, ipsum adducere enisus est. a

Frederico nato quondam Petri olim Regis Aragonum spiritum non vertiginis, sed salutis.

Habuit nuntiorum tuorum facta nobis nuper asserio, quod ad gratiae nostrae munus, & vnitatem Romanae matris ecclesiae feruenter integrari desideras, a quibus te fecit, & merito, culpae contrarium alienum. Expressit etiam ipsorum pro te subiuncta petitio, vt tractatui pacis habito inter dilectos filios nobiles viros Carolum Alanzoni & Valesij comitem, & Robertum primogenitum charissimum in Christo filij nostri Caroli Siciliae Regis illustris ducem Calabriae ex parte vna, & te ex altera robur adijcere, per confirmationis nostrae praesidium de benignitate apostolica dignaremur. Et quidem, fili (quem nominare dilectum, nisi iustum repugnaret obstaculum, cuperemus) hoc est nostri pastoris officium, hic est pij patris internus affectus, vt te a deo reducamus ad tramitem, pedes eripiamus a lapsu, & reuiuifcat filius, quem mors animae, mors utique grauior, occupauit. Nec inest nunc ex tuae nouae deuotionis exordio mentis nostrae praecordijs hic affectus; sed, vt nouit verus scrutator eordium, & hominum non potest latere notitiam, a nostrae promotionis auspicijs ad apostolatus apicem hoc cor nostrum voluit, mens dilexit, anima concupiuit, diuersasque vias modosue quaesiuimus, quibus animae & corporis tuae possimus remouere pericula, & te cum integratione status & gloriae ad portum salutis reducere, cum procellis grauioribus ducebaturis.

6 Licet autem ad lenitatem pacis, pro qua vniuersalis Ecclesia, cui quamuis indigni presumus, orat assidue, ex cuius fructu repugnancia tollitur, & verum bonum infallibilis veritatis amatur, zelus nos feruentis charitatis accendat, vt pax super Israel temporibus nostris fiat; praefatum tamen tractatum pacis, vt iacet, commode confirmare non possumus, expedientia atque decencia nostra & sedis apostolicae repugnante: sed si tractatus eiusdem, in principalibus integra remanente substantia, ad reformationem, & emendationem eius, secundum aequam rationabilemque censuram pro reuerentia & honore, ac recognitione debita nobis & eidem ecclesiae, tuum conuertas animum, rectifices intellectum, circa reparationem

De liberandis captiuis.

Partis in Sicil. locis restituendis a Carolo.

Liberatio a Friderico principis Tarentino.

Reddenda post mortem Friderici Siciliae insula.

Ex ibid. An Frid. Siciliae vel Trinacriae Rex inferiendus sit Car. Regis arbitrio relicto.



nem tui status & nominis, tractatum confirmando prædictum, & alias personam tuam prosecutionibus amplectendo, paternis sine dubitationis anfractu operosis studijs intendemus, vt dramam gaudeamus inuenisse deperditam, & inuentaoue, quæ perijt, nos & Ecclesia sponsa Christi, in renascentem filij noua propagine placida incunditate lateamur. Ecce namque vt in benedictionibus dulcedinis te gratia nostra præueniat, & erroris fugata caligine eo libentius atque suauius veritatis semitam ingredi valeas, quo per benignitatis nostræ suffragium tecum benignius atque clementius senseris dispensari certo modo, quem suauis cautela consilij, mandamus & expresse committimus, te ab excommunicationis sententia, qua ligaris, absolui; & interdictum de insula Sicilia remoueri, super matrimonio, contrahendo inter te & dilectam in Christo filiam nobilem iuuenem Alionoram natam dicti Regis Sicilia, de benignitate apostolica dispensantes. [Exat de ea re apostolicum diploma a: cumque Carolus Sicilia Rex ab ea affinitate suscipienda abhorret animo, ad id illum Bonifacius grauibz literis b perpulit, ac Fridericum ad pacis studia his verbis hortatus est. c]

7 Præpara igitur cor ad bonum, spiritum reatum in visceribus innoua, & nostris exhortationibus ac requisitionibus, quæ profecto tua commoda sapiunt, te coapta; vt cum incremento fauoris & gloriæ statuito reparatio fructuosa proueniat, lata pax odiorum ruinas impleat, & faciente pacis auctore restauret, quod amarum disfidium a longo iam tempore mutilauit. Et quia mentis nostræ propositum in præmissis viuz vocis oraculum clarius & expresse exprimit, quam scriptura; dilectos filios Guillelmum Salernitanum & Vbertum Bononiensem electos, ac nobilem virum Iacobum de Pisis familiarem nostrum ad te propterea prouidimus destinandos, quos tua nobilitas mittentis intuitu deuote recipiat, patienter audiat, & relata per ipsos ad terminum votiuæ executionis adducat. *Dat. Laterani viii. id. decembris anno viii.]*

8 Commisit alijs literis suas partes iisdem Guillelmo Salernitano & Vberto Bononiensi episcopis designatis d, vt Fridericum latis a Pontifice legatisue censurarum sententijs ritu solempni absoluerent; hac tam en data lege, vt is pontificijs voluntatibus in redigendo ad meliorem formam pacis tractatu se accommodaret: *Adjicimus, inquit e, & expresse subnectimus, quod si Fredericus præfatus circa reformationem iam dictæ pacis nostris requisitionibus & exhortationibus, quas sibi rationabiliter facimus, se finaliter non inclinet, in præfatas excommunicationis sententias ipso iure sine aliquo facto hominis relabatur.* Demandata præterea iisdem nuntijs prouincia, vt Siculos, Catalanos, Aragonios, aliosue, qui ob susceptas Friderici & Siculorum perduellium partes censuras contraxerant, eo religionis nexu soluerent f, quamquam eodem ferme tempore Ioannes e Camera apostolicus nuntius (qui vna cum Guillelmo designato episcopo Salernitano in castra Caroli Valesij ac Roberti principis fuerat submissus, vt Siculos ad obsequiũ Regis Caroli & ecclesiæ pelliceret) apostolicarum literarum auctoritate Panormitanis, qui ob initum fœdus se in sedis Apostolicæ fide ac potestate futuros profitebantur, sacrorum vsu restituit, vt M. S. vetus de rebus Siculis testatur his verbis g: *Super relaxatione interdicti, cui dicta insula erat supposita propter rebellionem per*

*Siculos contra Carolum primũ attentatam processus, seu litera emanarunt, vt infra seriosus est descriptum.*

*Prouido capellano maioris Panormitanæ ecclesiæ dilecto in Christo sibi, Ioannes de Camera canonicus ecclesiæ de Castro Bituricensis diocesis salutem, & sinceram in Domino charitatem.*

9 Discretionem vestram scire volumus, quod venerabilis & discretus dominus Guillelmus electus Salernitanæ ecclesiæ, & nos a sanctissimo patre & domino nostro domino Bonifacio, diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo Pontifice, cum omni deuotione & reuerentia recepimus literas in hac forma: *Bonifacius episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Guillelmo electo Salernitano, & Ioanni de Camera canonico ecclesiæ de Castro Bituricensis diocesis salutem, & apostolicam benedictionem.* Illius exemplo, cuius in terris vicem gerimus, nolentes mortem peccantium, sed cupientes potius conuersionem eorum fructiferam ad salutem, misereri eligimus potius, quam vlscisci. Cum igitur dilecti filij nobiles viri Carolus natus claræ memoriæ Philippi Regis Francorum comes Andegauensis, & Robertus dux Calabria primogenitus charissimi in Christo filij nostri Caroli Sicilia Regis illustris in ipsius Sicilia insula contra Fridericum, natum quondam Petri olim Regis Aragonum, & Siculos, ac alios in \* insula ipsa rebellem, propter multiplicatos eorum graues & enormes excessus, offensas \* in varias contumacias & contemptus, quibus Deum & Romanam ecclesiam, ac præfatum Regem Carolum longo iam tempore in eadem insula & \* alterius regni prædicti locis & partibus durius prouocauerunt, progressi nuper magnifice dignoscantur, vt rebelles ipsi ad deuotionem & mandata eiusdem ecclesiæ coacti vel voluntarij, diuina suffragante potentia, reducantur, vos illuc accessistis cum eisdem; nos de vestra discretionis & circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, & volentes, vt eo libentius rebelles \* in eadem ciuitates, castra, terræ, & loca tam ipsius insula, quam aliarum etiam regni prædicti partium, citra Pharam; nec non & circumadiacentium insularum & locorum, & eorum incola, quæ rebellia dignoscantur, redeant ad deuotionem nostram & ecclesiæ memorata, quo magis nos & illa sibi senserint in misericordiæ pietate propitios; discretionem vestram, vt insulas, ciuitates, castra, terras, & loca, ac rebelles prædicta, & alias quascumque personas, quæ in huiusmodi rebellionem fuerunt, seu quæ alias rebellibus ipsis contra monitiones & mandata & inhibitiones sedis Apostolicæ super ijs assistere præsumperunt, impendendo eis auxilium vel fauorem, publicum vel occultum, quæ ad nostræ & eiusdem ecclesiæ mandata redire curauerunt; possitis vos & quilibet vestrum, per vos vel alium, seu alios, dum in huiusmodi negotij præsentis prosecutione fueritis, auctoritate nostra ad mandata ipsa nomine nostro & ecclesiæ prædictæ recipere; ac omnes sententias excommunicationum, suspensionum, & interdicti per eandem sedem, vel per eius legatos, aut quemuis alium vel alios auctoritate nostra, ratione vel occasione huiusmodi rebellionis vel guerræ, contra eos & ipsorum quemlibet prolatas postquam super ijs ad huiusmodi mandata redierunt, relaxare; ac dispensare cum clericis & personis ecclesiasticis ex eisdem, qui interdictum huiusmodi non obseruando, vel prædictis excommunicationis & suspensionis ligati sententijs diuina officia celebrando, vel immiscendo se illis, irregularitatem

Pont. lit. de absol. uendis Siculis.

\* insula ipsa rebelles &

\* alijs

\* iisdem



contraxisse noscuntur, praestito a praedictis omnibus iuramento, ac promisso per eos, quod super ijs stabunt nostris & ecclesiae memoratae praecise mandatis, quoties expedire videbitur, faciendis; & quod de cetero ad rebellionem huiusmodi non redibunt, nec alias in rebellionem ipsa praestabunt auxilium, consilium, & fauorem, publice vel occulte; liberam concedimus auctoritate praesentium facultatem: proniso, quod cum constitutis in episcopali dignitate & supra ad dispensationem huiusmodi nullatenus procedatis: illi autem qui, ut praemittitur, absolutionis beneficium ab excommunicationis & suspensionis sententijs fuerunt prosecuti, & ciuitates & castra, terrae & loca, in quibus interdictum huiusmodi fuerit relaxatum, si ad vomitum, quod abstulit, redierint, eo ipso in similes sententias relabuntur, & suspensiones super irregularitate quas taliter redeuntes contigerit obtinere, nullius ex tunc sint roboris vel momenti. *Dat. Anagninae IV. id. iunij pontificatus nostri anno VIII. J*

consecuti

Panormitani censuris solui postulant.

Concilia tur Ecclesiae

10 Et quia pro parte vniuersitatum, personarum tam ecclesiasticarum quam secularium ciuitatis Panormi, nec non terrarum & locorum dioecesis maioris Panormitanae ecclesiae cum omni reuerentia, humilitate, & deuotione rogati & requisiti fuimus, eas per nos recipi ad mandata praedictorum domini summi Pontificis & sanctae Romanae ecclesiae; ac eis relaxari omnes sententias excommunicationum, suspensionum, & interdicti per praedictam sedem Apostolicam, & eius legatos, aut quemuis alium seu alios auctoritate apostolica ratione vel occasione huiusmodi rebellionis seu guerrae, contra eos & ipsarum, quamlibet prolatas, & offerendo paratas sub religione debitorum iuramentorum super praemissis iuxta tenorem praedictarum literarum papalium praedictorum summi Pontificis & sanctae Romanae matris ecclesiae stare mandatis, earum requisitione & petitione, utpote veris, admissis; vobis super praemissis omnibus, & singulis exequendis, faciendis, & complendis in praedicta ciuitate Panormi, terris, & locis dioecesis Panormitanae ecclesiae vices nostras duximus committendas: discretioni vestrae ex parte dicti summi Pontificis, qua fungimur, auctoritate mandantes, quatenus forma praedictarum literarum praedicti domini summi Pontificis diligenter attendata, in omnibus obseruata, vos vel alius seu alij, dum in huiusmodi negotij praesenti fueritis prosecutione loco nostri, praedictas personas dictarum ciuitatis, terrarum, & locorum praedictae Panormitanae dioecesis, tam ecclesiasticas quam seculares, ad mandata praedictorum domini summi Pontificis & sanctae Romanae matris ecclesiae recipiatis; ac eis iuxta tenorem praedictarum papalium literarum relaxetis omnes sententias excommunicationis, suspensionis, & interdicti, per eandem sedem Apostolicam seu eius legatos, aut quemuis alium seu alios, auctoritate apostolica ratione vel occasione huiusmodi rebellionis seu guerrae contra eas & ipsarum, quamlibet prolatas; dispensando cum clericis, & personis ecclesiasticis ex eisdem, qui interdictum huiusmodi non seruando, vel praedictis excommunicationis vel suspensionis ligati sententijs diuina officia celebrando, vel immiscendo se illis irregularitatem contraxisse noscuntur; praestito a praedictis omnibus iuramento, ac promisso per eos, quod super ijs stabunt praedictorum domini Papae & sanctae Romanae ecclesiae mandatis, secundum quod in praedictis literis papalibus contine-

tur. *Dat. Lenti XXIII. decembris indict. I.* Confirmati sunt in ecclesiae obsequio Siculi sequenti anno, quo Pontifex Trinacriae Regis nomen ac decus Friderico, constitutis nonnullis legibus, asseruit: nunc ad subortas Pontificem inter ac Francorum Regem controuersias sermonem traducimus.

11 Excitauerat extremo anno superiori, ut videmus, Bonifacius praesules & doctores Gallicos ad concilium, ut immunitati ordinis ecclesiastici, alijsque regni ordinibus a Philippo Rege & ministris consuleret, ac malis mederetur. Pupugit ea res Philippum, qui mox vocare in inuidiam Pontificem apud Gallos aggressus est, criminarique Bonifacium eo facto supremum Galliarum imperium innadere. Utque ampliora odia Christi vicario, regionum administratorum flagitia impune patrarit solita reprimere meditante, crearet, initis ordinu conuertiibus, sciscitatum esse, cui tandem, an sibi Regi an Pontifici fiduciaras terras acceptas referrent, narrat Iordanus his verbis: *Contra Rex aggregans omnes principes & magistratus regni & milites, & prelatos sciscitauit a quo sua tenerent feuda: & cum omnes respondissent a Rege Francia, tunc ille promisit corpus & omnia sua pro libertate regni conseruanda exponere. Similiter & barones promiserunt pro libertate corona. Tunc Rex praecipit nullum thsaurum de regno extrahi, & fecit passus diligentissime custodiri.*

De habitis ijs ordinum comitijs meminere etiam vitae Bonifacii scriptor b, ac secutam perturbationem in regno addit. Praesules vero regia potentia territi, qui antea Bonifacium, ut malis regni occurreret, sollicitarant, pontificiam causam prodidere, quarentes e qua sua sunt, non qua Iesu Christi, de quibus haec Iordanus: *Et tempore praelati regni Francia, consilium habentes pro eo, quod ad curiam vocati fuerant, Pape se excusant, quod thesaurum opportunum non possent de regno extrahere: episcopos tamen tres pro se mittunt, ne possint de inobedientia reprehendi. Rex quoque episcopum Antissiodorensensem mittit, rogans ut suspenderet usque ad tempus magis postea opportunum. Extant eorum literae ad Pontificem in M.S. Vaticano e, e quibus patet, ipsos non indicti concilij iustas causas aduersus regios administras, gesta pontificia in prauam partem argutijs politicis detorquentes, ut par erat, defendisse; sed contra in Bonifacium de suscepto reuocanda in Gallias aequitate, curandaque regiae salutis consilio querelas fudisse, quarum praecipua partis haec est sententia.*

12 *Nobis caterisque personis ecclesiasticis supra dictis, necnon & baronibus, economis, syndicis, & procuratoribus communitatum, & villarum, & alijs sic iuxta praemissa vocationis formam ad mandatum regium hac die martis, decima praesentis mensis aprilis, in ecclesia B. Mariae Parisiensis in praesenti Regis praesentia constitutis, idem dominus Rex proponi fecit cunctis audientibus, palam, & publice sibi ex parte vestra fuisse inter alia per praedictos archidiaconum, nimirum Narbonensem, & literas intimatum, quod de regno suo, quod a solo Deo ipse & praedecessores sui tenere haecenus recognoscunt, temporaliter vobis subesse, illudque a vobis tenere deberet: nec contenti verbis huiusmodi sic mirabilibus, sique nouis, & inauditis a stylo apud incolas dicti regni, sed ea producere satagentes, executionis in actum, prelatos praedictos ac magistros in theologia, & professores utriusque iuris oriundos de regno praedicto pro corrigendis excessibus; necnon & pro culpis, insolentijs, iniurijs, atque damnis, qua praelatis, eccle-*

Bo...  
cin...  
Chr...  
tidan...  
pud...  
lot.

a l...  
S...  
n. 169

6 M...  
S...  
n. 248

79.

U...  
P...  
G...  
g...  
r...  
ribu...  
G...  
d...  
S...  
n...  
D...  
ab...  
tio...  
f...  
M...  
bl...  
sign...

4177

pag. 6.

Qu...  
tur...  
cogn...  
re de...  
pre...  
regni...  
dijum.



ijis, ecclesiasticisque personis, regularibus & secularibus, in regno constitutis eodem & alibi per ipsum dominum Regem ac officiales seu balios suos, atque a paribus, comitibus, baronibus, aliisque nobilibus, vniuersitatibus, & populo dicti regni illata prætentis, emendandis; ad vestram præsentiam euocatis. Hæc illi: verum quod ad Philippi Regis in Parisiensibus comitijs concionem spectat, qua obiectum sibi arrogasse; ad creandum illi odium iactatum putamus, detortis nimirum in alienum sensum eius literis, cum inter cætera capita, quæ legato Cardinali ad sopiendam discordiam porrecta, illius mentio habita non sit. Quod vero ad ea spectat, quæ addunt præfules, Bonifacium verba, prouocasse in actum, cum de iniurijs atrocibus a regijs administris inflictis regni ordinibus atque oppressione populorum cognoscere voluit; id ipsi vitio non vertendum constat, cum ratione peccati in Deum patrati, ac Regis regionumq; administratorum iacturæ animari, nõ politici dominatus causa rem aggrediretur, & ex fide catholica certissimum sit, tã Reges quam cuiusvis sortis homines ouili Christi, Petro ac successoribus verbis illis, *Pasce oves meas*, commisso, aggregatos Romano Pontifici subesse, vt ipsos ad felicem æternitatem adipiscendam regat, eorumq; errata iuris ecclesiastici legibus percellere possit. Quibus de rebus plura exëpla apud Card. Baronium, & in annalibus nostris occurrunt, aguntq; Theologiæ & sacrorum canonum professores: Redimus nos ad Bonifacium, cuius extant insignes literæ apud Hocsemium b, in quibus conqueritur, præfules Gallicanos de adeunda sede Apostolica se excusasse, pluraque in Parisiensibus conuentibus a Petro Flote regio consiliatio schismatica iactata fuisse: denique illos hortatur, vt spretis politicorum minis ad tuendam ecclesiæ dignitatem ad concilium accedant.

*Bonifacius, &c.* Verba delirantis filix, quantumcumq; desiderijs maternis infesta, quantauis enormitate scædata nequeunt puritatẽ inficere piæ matris, & affectum in filiationis odium prouocare maternum: cum in ipsa miseratione amor inueniatur maternalis, qui licet de miseratione doleat, naturæ legibus compatiendo filijs, in ipsa miseria consolatur. Sane conturbata sunt vniuersa ecclesiæ pia præcordia in auditu verborum, quæ sub fictæ consolationis pallio, recitando quodammodo composita sunt, vt credimus, nomine prædilectæ filix ecclesiæ Gallicanæ in matris immaculatæ opprobrium grande malum, quasi ab amico causam quæreret recedendi. Sed legitur quod frustra reite iacitur ante oculos pennatorum. Ecce collectis ex parlamento, Parisijs conuocato, mendicatis suffragijs, ne ad vocacionem sedis Apostolicæ venirent, eorum verborum compositores necessario concludere voluerunt, damna rerum, & minas corporum præcipue prætendendo. Scimus equidem multorum relatione fidelium, nec latet Apostolicæ sedis notitiam, quæ & quanta fuerint in eadem concione narrata, & maxime, quæ \* Belial Petrus Flote semiuidens, & mente totaliter excæcatus, & quidam alij prædicauerint, sanguinem sitientes \* Christiani, qui charissimum \* Philippum Francorum Regem illustrem trahere nituntur in deuium, proh dolor! propinquum, cum tantæ Christianitatis sublimitas erroneo ducatu submergitur, \* cui ducatus a cæcis miserabiliter ad mentis interitum, nisi ex alto succurrat diuina pietas, propinquatur, quod amare luget mater Ecclesiæ, circa salutẽ eius quærens remedium;

& meditatione sollicita contra tantæ maiestatis naufragium quærit portum.

Verum vos, fratres & filij, si professionis vestræ debitum circumspectis considerationibus attendatis, cuius venenosæ fictionis suggesto in contemptum tantæ matris obedientiæ filialis neruum videmini contundere, ac debitum peruertere statum ordinis clericalis: videmini siquidem secundum dicta eorum spem ponere in terrenis, si timore terrenorum contemnitis cœlestia, vel seponitis propter timorem iudicum, Christi iugum. Multa præterea superba, iniqua, & schismatica in eadem \* fideli concione narrata fuerunt per oratores eiusmodi, per quæ velle videbantur distrahere vnitatem Ecclesiæ, inconstitem tunicam domini nostri. *Et infra:* In vestram verumtamen excusationem aduertimus, qualiter detractores præfati, vt ceptum venenum aspidum, festinanter euomerent, in corde & corde loquentes aliqui vix inter se moras loquendi gerebant, verum præcipiti in momento temporis responderunt manna dulcedinis, & venenum aspidis infundentes in Ecclesiæ matris opprobrium, & status proprii detrimentum: quia si verba eorum iusto librentur examine, eos esse prælatos non indicant, sed indignos quibuslibet prælaturis; nec digni sunt regere, verum non immerito corrigendi. Restat vt colligamus ex verbis, quæ gesta fuerunt absque nostra scientia machinationibus venenosis, vt & vos fictis coloribus ab vniuersa Ecclesiæ abducerent nequiter, vosque contra nos, quos iniquitatis eorum volebant habere complices, prouocarent. Sed in vanum laborant, & deficient iniquo scrutantes scrutinio sequaces tantæ superbiæ exequendo, disponentes ab Aquilone sedem erigere contra vicarium Iesu Christi. Sed quoniam, vt primus Lucifer, cui non fuit hucusque secundus, cum sequacibus suis cecidit, corruet quantumque sulciatur potentia & secundus. Nonne \* diu nituntur principia ponere, qui dicunt temporalia spiritualibus non subesse? Hic iam dictis finem imponimus, fraternitatem vestram in Domino exhortantes, vt spretis temporalibus, & contemptis minis iudicum, nobiscum ascendatis ad cor altum: & exaltabitur Deus, qui dissipat consilia principum, & reprobat cogitationes populorum; pro firmo scientes, quod obedientes gratiosè videbimus, & contumaces pro qualitate criminis puniemus. *Dat. &c.*]

Quamuis vero Bonifacius Gallicanos præfules Dei & Ecclesiæ causam, ad peruersa politicorum murmura minacia & argutias, deseruisse aduerteret; haud tamen indictum concilium dissoluenndum ipsi visum est, de quo celebrato hæc eius vitæ auctor tradit a: *Anno Domini millesimo trecentesimo secundo* 111. kal. nouembris, *Roma Bonifacius Papa celebravit concilium, quod antea per annum & amplius conuocauerat, in præsentia prælatorum regni Francia, omniumque doctorum regnicolarum tam in theologia quam in iuribus canonica & ciuili, de ijs loquitur auctor, qui vicario Christi potius quam Philippo parere duxerant, contra Philippum Regem Francia memoratum, coruscationibusque multis prauis contra Regem, nulla plura apparuit subsequuta, defeceruntque sibi prælati magni in regno quærentes quæ sua sunt, & sibi ipsa ad tempus tantummodo consulentes.*

13 Ex eo concilio videtur emanasse insignis constitutio, qua Bonifacius ad apostolicam auctoritatem cõstabilendam, ac politicorum superbas

\* infideli

Plura impia ab ijs iactata in conuentibus Parisien.

Humana diuinis nõ subesse de clamarũ.

\* duo

Celebra- ta a Bonifacio synodus.

a Vite Bonif. script. M.S. Vall. sign. lit. C. n. 125. &amp; n. 79.

\* Est. in M.S. Pat. lib. sign. n. 4177.

\* Est. in M.S. Pat. lib. sign. n. 4177.

Bonifacij lin. ad cler. Gallicanum.

\* Filius Petrus Flote obtracatorum in Bonif. principis. \* Christianum in Christo filium \* qui



bas & impias argutias compescendas pronun-  
tiauit e Petri cathedra, sine hereseos crimine nega-  
ri non posse, omnes Christianos Romano Ponti-  
fici subesse.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Vnam sanctam Ecclesiam catholicam, &  
ipsam apostolicam, urgente fide, credere cogi-  
mur & tenere, nosque hanc firmiter credimus, &  
simpliciter confitemur; extra quam nec salus est,  
nec remissio peccatorum, sponso in canticis pro-  
clamante: *Vna est columba mea, perfecta mea*:  
*vna est matris sua electa genitricis sue*; quæ vnum  
corpus mysticum representat, cuius corporis ca-  
put Christus, Christi vero Deus: in qua vnus do-  
minus, vna fides, vnum baptisma. Vna nempe  
fuit diluuij tempore arca Noe, vnam Ecclesiam  
præfigurans, quæ in vno cubito consummata,  
vnum Noe videlicet gubernatorem habuit, & re-  
ctorem, extra quam omnia subsistentia super ter-  
ram legimus fuisse deleta. Hanc autem veneramur,  
& vnicam, dicente Domino in propheta:  
*Erue a framea Deus animam meam, & de manu  
canis vnicam meam*. Pro anima enim, id est pro  
seipso capite simul orauit & corpore: quod cor-  
pus, vnicam scilicet Ecclesiam nominauit propter  
sponsi fidei sacramentorum, & charitatis Ecclesie  
vnitatem. Hæc est tunica illa Domini inconsutilis,  
quæ scissa non fuit; sed sorte prouenit. Igitur Ec-  
clesie vnus, & vnica vnum corpus, vnum ca-  
put, non duo capita quasi monstrum, Christus scilicet  
& Christi vicarius, Petrus Petrique successor,  
dicente Domino ipsi Petro: *Pasce oues meas*. Meas,  
inquit, generaliter, non singulariter has vel illas,  
per quod commississe sibi intelligitur vniuersas. Si-  
ue igitur Græci, siue alijs dicant Petro eiusque  
successoribus non esse commissos, fateantur ne-  
cesse est, se de ouibus Christi non esse, dicente  
Domino in Ioanne, vnum ouile, vnum & vni-  
cum esse Pastorem.

In hac eiusque potestate duos esse gladios, spi-  
rituales videlicet & temporales euangelicis di-  
ctis instrumur. Nam dicentibus Apostolis: *Ecce  
gladij duo hic*; in Ecclesia scilicet, cum Apostoli  
loquerentur, non respondit Dominus nimis esse,  
sed satis. Certe qui in potestate Petri tempora-  
lem gladium esse negat, male verbum attendit  
Domini proferentis: *Conuerte gladium tuum in  
vaginam*. Vterque ergo in potestate Ecclesie, spi-  
ritualis scilicet gladius & materialis: sed is quidem  
pro Ecclesia, ille vero ab Ecclesia exercendus: il-  
le sacerdotis, is manu Regum & militum; sed ad  
nutum & patientiam sacerdotis. Oportet autem  
gladium esse sub gladio, & temporalem auctori-  
tatem spirituali subijci potestati: nam cum dicat  
Apostolus: *Non est potestas nisi a Deo*: *que autem  
a Deo sunt, ordinata sunt*; non ordinata essent,  
nisi gladius esset sub gladio, & tamquam inferior  
reduceretur per alium in suprema: nam secun-  
dum beatum Dionysium lex diuinitatis est infi-  
ma per media in suprema reduci. Non ergo secun-  
dum ordinem vniuersi omnia eque ac immediate,  
sed infima per media, inferiora per superiora ad  
ordinem reducuntur: spirituales autem & digni-  
tate & nobilitate terrenam quamlibet præcelle-  
re potestatem, oportet tanto clariis nos fateri,  
quanto spiritualia temporalia antecellunt: quod  
etiam ex decimarum datione, & benedictione, &  
sanctificatione, ex ipsius potestatis acceptione,  
ex ipsarum rerum gubernatione claris oculis in-  
tuemur: nam veritate testante, spiritualis pote-  
stas terrenam potestatem instituere habet & iudi-

care, si bona non fuerit: sic de Ecclesia & ecclesia-  
stica potestate verificatur vaticinium Ieremie:  
*Ecce constitui te vodie super gentes, & regna, &c.  
quæ sequuntur.*

Ergo si deuiat terrena potestas, iudicabitur a  
potestate spirituali: sed si deuiat spiritualis minor a  
suo superiori: si vero suprema a solo Deo, non ab  
homine poterit iudicari, testante Apostolo: *Spi-  
ritualis homo iudicat omnia; ipse autem a nemine  
iudicatur*. Est autem hæc auctoritas, etsi data  
sit homini, & exerceatur per hominem, non hu-  
mana, sed potius diuina potestas, ore diuino Petro  
data, sibi que successores in ipso Christo,  
quem confessus fuit, petra firmata; dicente Domino  
ipsi Petro: *Quodcumque ligaueris, &c.* Quicumque igitur  
huic potestati a Deo sic ordinatæ resistit, Dei ordi-  
nationi resistit, nisi duo, sicut Manichæus, fingat ef-  
se principia, quod falsum & hereticum esse iudica-  
mus: quia testante Moyse, non in principijs, sed  
in principio cælum Deus creauit & terram. Por-  
ro subesse Romano Pontifici \* omni humanæ crea-  
turæ declaramus, dicimus, & diffinimus omnino  
esse de necessitate salutis. *Dat. Laterani xiv. kal.  
decembris anno viii. ]*

Torsit adeo hæc constitutio Francorum Re-  
gem, vt Clemens V. ad acerbum eius ingenium  
placandum hæc sanxerit a: *Regi, & regno per des-  
tinationem, & declarationem bonæ memoriæ Bonifacii  
Pape VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, Vnam  
sanctam, nullum volumus, vel intendimus præiudi-  
cium generari; nec quod per illam Rex, regnum, &  
regnicola prælibati amplius ecclesie sint subiecti Ro-  
mana, quam antea exsistebant*. Hæc Clemens. At-  
cum Bonifacius nil ea constitutione nouarit, ve-  
teresque Romani Pontifices, cum ita De gloria, &  
reipublica Christianæ necessitas posceret, non in  
alijs modo regnis ac Romano Imperio, sed in Gal-  
lijs etiam scepra e stirpe in stirpem transtulerint,  
vt in annalibus suis ostendit Card. Baronius; con-  
stat Clementem Bonifacii constitutioni memora-  
tæ nil detraxisse.

14 Cæterum Pontifex erga Philippum, etsi  
ab officio optimi principis discedentem, mode-  
rate admodum se gessit. Cum enim Philippus  
præsules accessu ad sedem Apostolicam arceret,  
non illum expresso nomine (quamuis contrarium  
perperam nonnulli auctores scripserint b) cen-  
suris defixit, sed forma generali, quæ omnes vni-  
uersim complectebatur, ex veteri more, Romam  
adeuntibus iniuriam inferentes anathemate per-  
culit c.

*Bonifacius &c. ad perpetuam rei memo-  
riam.*

Excommunicamus, & anathematizamus ex  
parte Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spi-  
ritus sancti, auctoritate quoque beatorum Petri, &  
Pauli Apostolorum eius, & nostra omnes illos, qui  
ad sedem Apostolicam venientes, vel redeunt  
ab ea capiunt, spoliant, vel detinere præsumunt,  
aut impedimentum aliquod exhibent, quominus  
ad eandem sedem libere cum personis, bonis, &  
rebus suis veniant & redeant ab eadem, etiam si  
imperiali aut regali fulgeant dignitate, seu cuius-  
cumque alterius fuerint præminentia, dignita-  
tis, ordinis, conditionis, aut status: non obstantibus  
quibuscumque priuilegijs & indulgentijs eis,  
vel eorum alicui, vel aliquibus ab Apostolica sede  
sub quavis forma vel tenore concessis, quod in-  
terdici, suspendi, vel excommunicari non possint,  
quæ prorsus tollimus & reuocamus omnino ad  
hoc, quod contra huiusmodi nostram sententiam  
& pro-

Omne  
Christi  
nos sub  
se Ponti-  
ci promi-  
tatum.

\* omne  
humani  
creaturæ

Conspic-  
itur  
ea  
ne  
Pon-  
tus.  
a. Ex  
uag.  
m.  
rui  
de  
pro-

b. Henr.  
Rebder-  
alij.  
Tacito  
mine  
con-  
suris  
debe-  
xus.

c. Lib. 8.  
cur. 41.

Laetum  
eos an-  
them.  
acces-  
sedem.  
Apost.  
nientes  
cent.

a. Lib. 9. ep.  
cur. 52.  
extat.  
etiã inter  
extrauag.  
de maiori  
& obedi-  
cap. vnam  
sanctam.  
Insignis  
Bonifacii  
constitu-  
tio.

De gemi-  
na Ponti-  
ficis aucto-  
ritate.



& processus per ea nequeant se tueri, quominus includantur in eis.

Declaramus insuper omnes prædictos & alios, qui per se, vel suos officiales seu ministros, aut per alios incolas Imperij, regnorum, seu terrarum suorum, vel transeuntibus per ea, vndeunque oriundis, ad sedem venientibus n. emoratum, vel redeuntibus ab eadem equituras limitant vel subtrahunt, quæ deserunt seu reportant pro suis opportunitatibus vel expensis, vel quæuis alia, res, & bona; aut aperiunt literas, vel auferrant, seu taxant numerum personarum, vel familiarium, vel quantitatem expensarum, aut electionum; vel alias directe vel indirecte, talibus venientibus, vel redeuntibus impedimentum, vel obstaculum præstare præsumunt; impeditores fore ad dictam sedem venientium & redeuntium ab eadem, & anathematis & excommunicationis sententiam incurrere supradictam; ipsosque sic ligatos a sacramentorum perceptione nunciamus exclusos: districtè præcipientes, & vt nullus ea ipsis ministrare præsumat, nec etiam sacramentum pœnitentiæ nisi in mortis articulo constitutis; sed nec tunc, nisi de stando mandatis Ecclesiæ, satisfactione vel sufficienti cautione præmissis. Eos vero, cuiuscumque fuerint præminentia, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si archiepiscopali vel episcopali dignitate præfulgeant, qui contra huiusmodi nostrum præceptum talibus vel eorum alicui sacramenta, vel sacramentum aliquod præsumperint ministrare, excommunicationis & anathematis sententia innotamus, eisque interdiciimus prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum, & audiendi confessiones officium: prædicantes aperte impediuntibus & contemptoribus supradictis, nos grauius contra eos spiritualiter & temporaliter, prout expedire viderimus, processuros; &c. *Actum Laterani in festo dedicationis basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe pontificatus nostri anno VIII.*

15 Redigere ad officium, sacrarum pœnarum metu obiecto, Philippum studebat: vtque nullas communis Christianorum parentis partes præmitteret, atque etiam Carolus Andium comes, e Sicilia in Gallias ad fratrem Regem rediturus, nouas turbas compositurum sponderet a; mox a Romana synodo celebrata, Ioannem tit. SS. Marcellini & Petri presbyterum Cardinalem in Gallias, de uero iam anno, legatum misit b, cum eo ipsum munere ob egregias suas virtutes strenue persunctorum speraret: Clara, inquit, multiplicis merita probitatis, & virtutum dotes exuberens, quibus superni Numinis munere, a quo vniuersorum charismatum dona proueniunt, nosceris insignitus, attentæ considerationis indagine perscrutantes, ea quæ in desiderijs gerimus, tuæ discretionis industria libenter committimus exequenda; firma ducti fiducia, spemque in dubiam obtinentes, quod circa executionem huiusmodi vigilanter & solerter intendes, ac operosa sollicitudinis studium exhibebis. *Dat. Laterani VIII. kal. decembris anno VIII.* Illum vero, quo maiori cum dignitate minus exerceret, pluribus prærogatiuis ornauit. c

Potissimum vero potestatem tribuit, vt Galliarum Regem, qui se anathematis & censurarum vinculis deuinxerat, solueret d: Cum te, inquit, ad partes Franciæ, certis tibi cõmissis negotijs fiducialiter destinemus; & intellexerimus, referentibus, fide dignis, quod princeps magnificus Philippus Rex Francorum illustri excommunicationis est vinculo innodatus; discretionis tuæ absoluedi Regem ipsum, cum ab eo

fueris requisitus, iuxta formam Ecclesiæ, a quibuscumque excommunicationum sententijs a canone, seu alias nostra vel prædictorum nostrorum Romanorum pontificum auctoritate prolati, quas idem Rex incurrisse dignoscitur, plenam & liberam presentium auctoritate concedimus facultatem. *Datum Laterani VIII. kal. decembris anno VIII.*

16 Spreuit Philippus culpæ in Pontificem & ecclesiasticos commissæ veniam deprecari, vt sequenti anno videbimus. Sed quid inter hæc ei accidit? Rebellantibus Belgis, qui ob grauiora imposita vectigalia, quæ rogatus iam ante Rex tollere detrectarat, post casos populari seditione Gallos, inhumanamque exercitam in eos carnificinam, qui in eorum urbibus morabantur, Atrebatî comes a cum Gallicæ nobilitis delibato flore in Brugeses perduellionis auctores duxit: cumque præcipiti militari furore equitatus Gallicus in pedestres Belgarum turmas, qui nullo equitatu muniti erant, se effudissent, in fossas arte ab hostibus comparatas corruit, densatisque imprudenter, atque elidentibus sese agminibus, a Belgis Galli trucidati sunt, de qua strage hæc Iordanus b: *Apud Bruges propter illicitas exactiões ab officiali regio, nil valente reclamatiõe apud Regem, minutus populus, contra maiores insurgens, seditionem commouit. Ad hos motus corrigendos a Rege Francia sub Iacobo S. Pauli mille viri in armis & amplius missi sunt, qui a Burgensibus reuerenter suscepti sunt: sed informati Burgenses, quod prior officialis Regis se iactasset, quod plurimos Burgensium in crastino suspendi faceret, desperatione concepta, enorme facinus præsumperunt: euasit tamen officialis prædictus huius rabiei inceptor. Expulsa quoque gente Regis, Guionem Namurcij Guidonis comitis Flandrensis filium in suum defensorem & dominum vocauerunt, qui Theutonice vallatus multitudine eos ad bellandum fortius animauit. Tunc missus est contra eos Atrebatî comes. Franci, videntes aduersarios venire pedites, quasi textores & mechanicos despiciunt, & a monte super pedibus absque belli ordine in eos ruentes, a lanceis Burgensium primi irruentes in mortem coacti sunt, ceteris turpiter fugientibus. Comes autem Atrebatensis, a guardiano fratrum Minorum denudatus, & triginta vulneribus confectus inuenitur, & in quadam proxima capella monialium sepelitur.*

Ascribit diuinæ iustitiæ S. Antoninus c, Roberti comitis mortem, vt qui diploma apostolicum, de quo a nobis pluribus actum est, in ignem coniecisset: Rex, inquit sanctus auctor, non permisit bullas publicari, immo familiares Regis literas apostolicas ei, nimirum nuncio, abstulerunt, ipsum de ciuitate licentiantes & de regno. Comes autem Artensis, qui tunc viuebat, quia hoc accidit ante debellationem eius & mortem in bello supradictæ, literas eius accipiens, in ignem proiecit in contemptum Pontificis: propter quod iusta Dei iudicio male periit, sicut & Ioachim Rex Hierusalem comburens dominicas literas.

Ea porro grauis Gallorum clades non tam hostium fortitudini, quam Numinis diuini arcana voluntati adscripta. Vnde Marthæus Vvestmonasteriensis, hæc aliorum auctorum testimonio comprobata scribit d: *Miro modo pedestribus equestres, domini subditis, lanarum textaribus acies loricata, firmamentum formidini, regnum municipio non audebat nec valebat resistere. Acta sunt hæc v. id. iulij iuxta Curtray. Circumferente se illius victoria fama, mox alij Belgæ, quos in officio terror continuerat, sumptis armis, Gal-*

Spreuit Rex veniam deprecari. Diuina in eũ vltio. Deficiunt ab eo Belgæ & Fracos passim cegit. Robertus Atrebatî comes magna clade iustus. a 10. Vill. l. 8. c. 56. Prol. Luc. in annal. Anton. 3. p. 11. 20. c. 8 S. 19. b Iord. M. 8 V. ar. sign. n. 1960. Seditionis Belgicæ causæ.

c S. Ant. 3. p. 11. 20. c. 8 S. 15. & alij. Diuine in Roberti comitem iustitiæ exemplũ.

d v. 10. Vill. l. 8. cap. 55. Paul. An. mil. 12. Philip. Meyer. in annal. Fland. & alij. Quæ impares essent Gallis victores.

Pulsi reliquo Belgio Galli.

Aut molestiam exhibent.

Carolus Andium comes pollicetur, si a trem Pontifici conciliaturũ. a Bonif. l. 9. ep. cur. 16. Ioannes tit. ss. Marcellini & Petri. Presbyter. Card. legatus missus in Galliam. b Lib. 8. ep. cur. 43.

c Ibid. ep. cur. 45. d Ibid. ep. cur. 70. Philippus abfoluedi prouincia legato demandanda.



Gallos ex urbibus suis & municipijs pepulerunt.

Philippus in eos ducit exercitum, ac recedere cogitur.

10. Vill. 28. c. 58.

et alij.

Productus inter Scotos & Anglos bellum.

et vestm.

Flor. bis hoc ann.

Solicitus Philippus Rex ab Eduardo, ut concordiam iniret, rem extrahit.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

et Lib. 8. op. 23.

Acceptæ cladis dolorem & ignominiam vlturus Galliarum Rex, potentissimo succinctus exercitu in Belgium ad redintegrandas amissas res pronoulaui: sed cum exhaustæ laboribus & fame copiæ in dies debilitarentur, recedere inglorius coactus est, cum Belgæ ad tuendam libertatem animis coniunctissimi essent.

17 Exercebat etiam bellum atrox Anglos & Scotos: ad quod extinguendum scribit Vvestmonasteriensis b Eduardum oratores ad Galliarum Regem misisse, vt de pace inter ipsos concilianda statueret: sed Gallum respondisse, tantam rem sine duodecim parium consilio decerni non posse. Qui cum nouis bellis impliciti essent, reque aliquandiu extracta conuenissent, respondere dirimi cōtrouersiam non posse, nisi fōderati Scoti interessent. Addit auctor, ita emergētibus nouis turbis, discussa pacis consilia fuisse. Et sane Pontificiæ literæ ad Scotiæ præfules datæ, quibus carpit ipsos, pacis consilia retardare, demonstrant Eduardum ad concordiam inclinasse. c

*Bonifacius, &c. episcopis per regnum*

*Scotiæ constitutis.*

Noctis quidem, & plurimorum, quinimo vniuersorum fere noticia non ignorat, quod peccatis exigentibus, multiplicata iam longo decursu temporis grauis discordia inter vos & alios incolas dicti regni ex parte vna, & charissimum in Christo filium nostrum Eduardum regem illustrem & regnum Angliæ ex altera, dudum ex diuersis causarum suborta generibus; quarum vos incentores, fautores, & nutritores præcipuos communis tenet opinio; vtrumque regnum in guerrarum discrimine posuit, & magnam hinc inde animarum, & corporum læsionem, vtinam non exterminationem, induxit. Verum cum ex ijs nos & Romana mater ecclesia multiplicibus afficiamur angustijs, & grauibz molestijs perturbemur, ac Terræ sanctæ, quam mentancis oculis depressam, vtinam non prostratam, cum anxietate respicimus, dispendia, & turbationes immineant; nos exemplo illius, qui de populo suo, fomitibus odiorum exclusis, voluit in eo pacis superferminari consilia, solitudinem nostram libenter exponimus, & studia nostra desideranter conuertimus & labores, vt sedatis scandalis, & discordijs amputatis, vera pax, & plena concordia hinc inde, dante Domino, reformetur.

Ideoque fraternitatem vestram monemus, & hortamur attente, per apostolica vobis scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandantes, quatenus attendentes, quod dum vos tantorum malorum culpa reddit obnoxios, dum Scoticanum populum, cuius vos decet esse ductores prouidos, & salutiferos doctores, sicut oues errantes per deuia tempestatum obducitis, & in angustiam desolationis irreparabilis incitatis, multum famæ vestræ deperit, & salutis; oculos, mentes, & actus vestros erigatis reuerenter ad Dominum, & de scandalorum iniurijs vos & prædictum populum ad salutis, pacis, & concordie semitas reducentes, studia vestra diligenter, & solcite conuertatis: vt rancoribus exclusis & odijs, ac derelictis scandalis, pacis amœnitas, & tranquillitatis cōmoda, Domino faciente, proueniant perpetuis, dante ipso, temporibus duratura; sic vos in præmissis diligenter, & efficaciter habituri, quod odisse scandala, & promouere pacem, vos laudanda opera euidenter ostendant; & nos prouidentiam vestram exinde commendare merito valeamus,

nec cogamur super ijs aliud remedium adhibere.

*Datum Anagnia id. augusti anno VII I.*

Cum vero Eduardus præteritis bellis ararium exhausisset, a Bonifacio obtinuit, a vt triennialium decimarum Hiberniæ atque Angliæ, ecclesiasticis impositarum ad leuanda Romanæ ecclesiæ onera, mediam partem in vsus suos deriuaret: *Volentes*, inquit, *vt tu in effectu percipias, quod erga te gerit in hac parte nostra mentis affectus; & eligentes potius in nobis ipsis egere, vt oportuna tibi, quæ super hoc possumus, subsidia minisremus, medietatem totius huiusmodi decime prædictorum trium annorum tibi in huiusmodi sublationem sumptuum & laborum, presentium auctoritate concedimus de gratia speciali. Reliquam vero medietatem nobis & ecclesiæ prelibatæ, nimirum Romanæ, remanere volumus pro nostris & eius oneribus & necessitatibus supradictis. Dat. Laterani IV. id. martij anno VIII.*

18 Nec leuibz turbis concussa fluctuabat Germania, cum Moguntinus, Colonienfis, Treurenfis archiepiscopi, vna cum Palatino comite Rodulpho & Bauariæ duce societate inita, ab Alberto descisissent, atque in eos Albertus superioris Germaniæ vires effudisset: primum enim comitis Palatini ditionem ferro flammaque euertit: deinde in Moguntinum duxit, atque ad pacis accipiendas leges compulit, quas hoc anno initas Australis b historia, Rebdorfius c, et alij tradunt: quas certe ex afferendis Bonifacii literis sequenti anno constabilitas colligitur, quo nimirum Alberto Imperium asseruit. Insigne vero miraculū accidisse narrant Trithemius d & Serarius e dum Moguntiacus principatus vastaretur. Cinxerat obfisione archissima Albertus Bingionum oppidum, atque in cænobio S. Ruberti castra locauerat, captoque oppido, cum exercitus monasterium omnibus vacuum reliquisset, duo milites, si quid reliquum erat prædaturi, cum omnia lustrassent, in sacras aedes irruerunt: cumque ex ijs sceleratior imaginem Deiparæ corona redimitam, quæ aliquot lapillis fulgebat, conspexisset, sacrilegas manus iniicit; sed quo supplicio diuinitus percussus sit, ex Trithemio ipso accipiamus.

*Erat, inquit, eo tempore in ipsa ecclesia ante introitum chori, qui fuit in inferioribus super terram non eleuatus, vt modo, ad meridiem versus claustrum, altare in honore S. Catharine virginis & martyris conseratum, super quod in muro arenaliter excauata imago beatissimæ Dei genitricis virginis Mariæ satis decenter fuit depicta, coronam habens in capite, in qua erant quatuor lapides crystalli, muro & corona artificialiter infixi, & quintus in pectore ipsius imaginis. Cum ergo fures illi nihil in ecclesia reperissent, vnus eorum, ne omnino vacuum abiret, altare prædictum ascendit, & effodere de corona Virginis ipsos crystallos cepit, cui alter increpando dixit: Quid facis, o miser: desine spoliare Matrem misericordie, per quam, si nobis salus contingere debet, & non per aliam, gratiam poterimus inuenire. Cuius increpationem sacrilegus & impius ille contemnens, posteaquam crystallos de corona effoderat quatuor, etiam quintum de pectore sacra Virginis effodere cepit. Mira res accidit: mox vt impius ille sacrum pectus violare præsumpsit, imago sudare per totum cepit. Quo viso sacrilegus aliquantulum horruit: sed obduratus in malitia, a cepto crimine non cessauit. Euulsi ergo de sacro pectore imaginis lapidem: quo auulso, mox sanguis lacte mixtus, de ipso vulnere in magna copia secutus, erupit. Quo viso infelix ille totus inhorruit, profus-*

Obiurgati a Bonifacio præfules Scoti ipsos a bellum, Scotos inter & Anglos alere.

Iusi hndere paci.



uensque de altare, puluerem in ecclesia collegit, & vulnus imaginis, ne flueret sanguis cum lacte, obstruere cepit. Quanto autem obstruere sacra Virginis pectus vulneratum amplius conabatur, tanto maiore exuperatione lac cum sanguine emanauit.

His visis, impius ille de ecclesia cursim exiit, & currens ad Nalzum fluium velut amens factus, precipitans semetipsum submersit. At vero socius eius confestim aufugit: qui tamen postea reuersus rei ordinem magistræ ac monialibus dicti cœnobij narravit. Superueniens autem sacerdos quidam, qui eo aie ibidem celebrauerat, & videns miraculum tanta nouitatis, corporale ante imaginem explicuit, & lac cum sanguine profuente collegit. Hunc vero sanguinem cum lacte in vitreo vase conseruatum usque in presentem diem in sepedicto cœnobio vidimus, quem etiam manibus proprijs ad petitionem abbatis de veteri vase confractum in vitrum nouum transposuimus.

Publico autem confestim miraculo, Rex Albertus, qui adhuc fuit in oppido Bingen, cum cæteris principibus ad monasterium S. Ruperti accessit; vidensque tam horrendum facinus, obstupuit: & pro restauracione cœnobij in honorem B. Virginis multa dona contulit. In memoriam vero huius miraculi capella in honorem Dei Genitricis ibidem constructa est, in qua imago super altare sæpius interea renouata cernitur. Addit auctor Albertum, debellato Moguntino archiepiscopo, Treurensem & Coloniensem facile oppressisse, atque imperijs durioribus parere coegisse.

19 Ardebat eodem tempore bellis ciuilibus Vngaria, & Christianorum discordijs euertebatur, quæ infidelium excursionibus attrita vix e tot cladibus assurgere potuerat, dum Venceslaus iunior Regis Boemix filius electionis, Carolus vero successionis iure freti, miserum regnum inter se ferro flammaque partirentur. Cui malo crescenti confirmantique sese in dies remedium adhibiturus Pontifex, miserat iam ante legatum Cardinalem, cuius gesta hoc anno describit his verbis Australis historix auctor a: *Cardinalis dilectus Nicolaus Ostiensis a latere domini Apostolici Bonifacii missus ad predictos Reges concorandos, honorifice Austriam transiens, Vngariam intrat: & omnes archiepiscopos, episcopos, & prelatos eiusdem regni auctoritate apostolica conuocat, & de pace regni consilio eorumdem, in quantum potest, cogitat et pertractat. Sed in huiusmodi negotio nihil proficiens, Vngaria exit, Viennamque in partibus Austriae est reuersus: ubi nuncios solemnes dirigit ad predictum dominum Papam Bonifacium, sui negotij tractatus per ordinem deferentes.*

At Pontifex & muneris apostolici, & supremi in Vngariam dominij causa, controuersiam æquitate dirimere decreuit: atque ad Boemix Regem scripsit b, vt si quæ iura in Pannoniam contenderet, non illa ferro persequeretur, sed in Romana aula disceptaret. Cumque idem Rex sibi Regis Poloniae titulum arrogasset, grauiter ipsum arguit, iussitque abijcere.

V. V. Regi Boemix illustri.

20 Dilectum filium magistrum Vlicum de Pabania doctorem decretorum, canonicum Pragensem nuntium tuum, & literas regias, quas ipse nobis ex parte tua detulit; paterna benignitate recepimus, & ipsarum literarum tenore diligenter inspecto, & auditis ijs, quæ dictus nuntius coram nobis exposuit viua voce, ex eis in summa percepimus, quod ad hoc tua tendebat intentio, tuaque id petio postulabat, vt tui nati nego-

tium, quem in Regem Vngariae concorditer & canonicè proponis electum, & te ac tuos & suos in hac parte sequaces electum, & te ac tuos & suos in hac parte sequaces electum, nostram recipereis & gratiam; ac tibi & ipsis adiutores, directores, fauorabiles, & benignos nos in ipso negotio redderemus.

Sane, fili charissime, sicut alias tibi per literas nostras scripsisse meminimus, regnum Vngariae, tam nobile hæcenus tam præclarum in spiritualibus & temporalibus, modernis temporibus, heu, multipliciter collapsum agnoscitur, & quasi datum in prædam, per Cumanorum, Tartarorum, schismaticorum, & paganorum hostiles incurfus, ac propter dissensiones; & nouitates periculosas, nouiter attentatas in ipso, ex quibus discriminose vastatur, fere ad nihilum est deductum: sicque nos, his non sine graui mentis amaricatione recensitis, desiderantes, prout nobis ex officij debito summi apostolatus incumbit, super eis de salubri remedio prouidere, ad procurandam in ipso regno pacem, quæ vinculum charitatis existit; & ad tollenda inde dissensiones, & scandala, quæ miserabilem desolationem inducunt, venerabilem fratrem nostrum Nicolaum Ostiensem episcopum Apostolicæ sedis legatum, religione præclarum, virum magni consilij, & grande Romanæ membrum ecclesiæ, cuius præsentiam nobis non absque magna incommoditate subtraximus; duximus pridem illuc cum plenæ legationis officio destinandum; teque per ipsum & literas nostras hortati fuimus diligenter, vt nonnulla, quæ circa præfatum natum dicebantur minus prouide attentata, prudenter corrigeres per te ipsum, & regali prouidentia emendares; ac tam tu, quam tui & nati memorati sequaces acquiesceretis ipsius legati salubribus monitis reuerenter, vosque beneplacitis coaptaretis ipsius, qui ad dictum regnum, vt pacis angelus nuntiusque salutis, accessit; significantes tibi, quod si qua iura in eodem regno alijsque prouincijs tibi vel nato memorato competere, ea prosequeremini coram nobis, illa disponebamus illibata seruare, nec minuere, sed augere.

21 Licet autem legatus ipse multos propterea non solum mentales, sed etiam corporales subierit sollicitudines & labores, qui apud Deum erunt meritorij, & gloriosi fructus eorum; non tamen, vt sperabamus, quietis & pacis effectum per viam compositionis, vel concordie amicabilis labores & sollicitudines huiusmodi habuerunt; nec alias etiam regni prædicti status, ad quietis comoda est reductus: quinimo guerrarum turbines in regno ipso, proh dolor inualescunt.

Attendentes igitur, quod thronus apostolici culminis constitutus est a Domino super Reges & regna, vt æquitatis virga vniciueque tribuat, praua dirigat in directa, & morbis, qui fomentorum non recipiunt medicinam, asperius medicamentum apponat; super petitione tua prædicta deliberatione præhabita diligenti eidem nuntio in præsentia fratrum nostrorum viua voce respondimus, tibi que præsentibus respondemus, quod personam tuam paternam, & specialissimam benevolentiam profecuti, & proponimus tam tua quam nati prædicti iura conseruare vbiliber, ac tibi & ei sine iuris alieni præiudicio plenitudinem debitæ fauoris impendere, dum tu & natus ipse filialis deuotionis affectibus, & gratis ac laudabilibus operibus vos nostris & Apostolicæ sedis beneplacitis coaptetis.

Verum cum longo iam tempore dilata sit reformatio dicti regni, deformati taliter & collapsi;

Respondet ad petita Bonifacii ac miserum Vngariae statum exponit.

Missum ad illum componendum legatum Cardinalem.

Significat se vt que a filio in regno Vngariae tractata erant, emendaret. Si que iura in Vngariam contenderet in auctoritate pontificia disceptaret.

Sedem Apostolicum Regum & principum æquitati non deserturam.







obierat: cuius nefarijs vestigijs ipsius filij Otho, Ludouicus, & Henricus, cum aliquandiu institissent, demum vrente conscientia, Romano Pontifici ad expiandum rite crimen, faciendaque illata damna paratissimos se obtulerunt. Qui Aquileiensi patriarchæ prouinciam iniunxit a, vt prænobiles hosce viros, expiata facti religione, sacrorum communioni restituerent.

*Patriarcha Aquileiensi.*

Dudum propter occupationes & vsurpationes multiplices quorundam bonorum & iurium episcopatus & ecclesiæ Tridentinæ, per quondam Maynardum ducem Karinthiæ & comitem Tyrolensem, dum viueret primo, ac postmodum, per Othonem, Ludouicum, & Henricum eius filios, qui ipsius genitoris eorum vestigia in huiusmodi sunt excessibus imitati, contra Deum & iustitiam attentatas, cū multo grauamine venerabilis fratris nostri Philippi episcopi Tridentini eiusque ecclesiæ; quos ipsi Meynardus, & filij etiam alias multimodis molestijs, spoliationibus, & excessibus grauibus perturbabant; diuersi excommunicationum, & priuationum feudorum & aduocatarum, honorum, bonorum, & iurium contra eodem Meynardum, Othonem, Ludouicum, & Henricum, ac liberos & posteros eorundem, nec non & plerosque alios participes excessuum prædictorum; ac interdicti ipsorum Meynardi, Othonis, Ludouici, & Henrici, & nonnullas alias terras; tam per sedem Apostolicam, quam per delegatos ipsius fuerunt, exigente iustitia, processus habiti, & sententiæ promulgatæ.

Verum quia, sicut nuper accepimus, præfati O. L. & H. saniori ducti consilio, cupientes a deuo excessuum eorundem in viam redire reuerentis & salutis, ad satisfaciendum sufficienter de præmissis se offerunt; nos, qui libenter ad salutem intendimus animarum, & statum quietum & prosperum eorundem episcopi & ecclesiæ affectamus, nec in remotis de huiusmodi conditione negotij plenam, vt expedit, valeamus habere notitiam; de circumspectione tua, cui de vicino ea, quæ circa hæc consideranda fuerint, clarus innotescunt; ac de commodo & quiete præfate ecclesiæ Tridentinæ, tuæ suffraganeæ, credimus esse curæ, plenam in Domino fiduciam obtinentes; fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, tuam super hoc conscientiam onerantes, quatenus considerata forma satisfactionis præfate, ad quam iisdem Otho, Ludouicus, & Henricus asserunt se paratos, nec non & alij, quæ circa hæc fuerint attendenda; si id vtilitati, honori, & commodo eorundem episcopi & ecclesiæ cognoueris expedire, ipsique O. L. & H. impleuerint quæ promittunt; per te, vel per alium, seu alios a dictis excommunicationum sententijs generaliter, seu specialiter promulgatis, eosdem ac alios ad requisitionem ipsius episcopi absolvas iuxta formam Ecclesiæ consuetam. Priuationum quoque aliasque sententijs in ipsos per sedem Apostolicam, vel eius auctoritate prolatis, ac omnes processus habitos contra eos occasione prædicta relaxare ac reuocare procures. Volumus tamen, & presentium tenore decernimus, quod si Otho, Ludouicus, & Henricus præfati, ac alij in eosdem relabantur excessus, in similes excommunicationum & priuationum sententijs, quas ex nunc in eum casum ferimus contra eos, incidant ipso facto; tuque illos excommunicatos & priuatos vt prius per te, vel per alium, seu alios publice nunties in locis, de quibus videris expedire. *Dat. Anagnie v 11. kal. septemb. an. v 111.*

27 Traductus recenter fuerat patriarcha ex Patanino episcopatu, atque in ea dignitate collocatus a, quam in reconciliandis Ecclesiæ hisce principibus est auspicatus: cumque de admotis ecclesiarum regimini viris insignibus mentio occurrerit, non præterimus a Bonifacio patriarchatus Constantinopolitani iuribus Leonardum insignitum b: *De te, inquit, tunc, sicut prædicatur, ecclesia S. Bartolomei memorata, Venetiarum nimirum, plebano, Constantinopolitana ecclesiæ de fratribus nostrorum consilio, & apostolica potestatis pietudine prouidemus, te in patriarcham & pastorem præficiendum Constantinopolitana ecclesiæ prælibatæ, curam & administrationem ipsius tibi spiritaliter & temporaliter committendo: & subsequenter tibi per venerabilem fratrem nostrum L. episcopum Albanensem munus consecrationis impendi, & deinde pallium, insigne videlicet pontificalis officij, de corpore B. Petri sumptum, per te cum ea, qua decet, instantia postulatum, per dilectos filios nostros Matthæum S. Mariæ in Porticu, Landulphum S. Angeli, Franciscum S. Mariæ in Cosmedin, & Petrum S. Mariæ Nouæ diaconos Cardinales fecimus assignari; firma spe, securaque concepta fiducia, quod præfata Constantinopolitana ecclesiæ, superna tibi clementia suffragante, per tua prouida circumspectionis industriam, & prouidentie circumspecta solertiam studiosam defendetur a noxijs, præseruabitur ab aduersis, &c. *Dat. Laterani 11. kal. aprilis anno v 111.* Cum vero Constantinopoli, quæ a Græcis obtinebatur, sedere non possent patriarchæ, ipsi Cretensem Ecclesiam contulit c.*

28 Ne vero diuinus cultus iudicium vitio exclesceret, hæc sanxit. d

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Prouide attendentes, quod vt frequentius, quamuis non sine causa, sine culpa tamen multorum, interdicti sententiæ proferuntur; quodque sunt nonnulli iudices nimis prompti ad proferendas easdem etiam in negotijs siue causis, quæ interdum plus ex cupiditatis, quam ex charitatis radice perspicuis indicijs procedere arguuntur; quodque tempore interdicti diuina organa suspendantur & laudes, nec ecclesiastica sacramenta ministrantur, vt solent, tollantur mortuis, seu minuuntur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris; adolentes, & paruuli participantes rarius sacramenta minus inflammantur & solidantur in fide, fidelium tepescit deuotio, hæreses pullulant, & multiplicantur pericula animarum; præsentis constitutionis prouidemus edicto, vt nulla prouincia, ciuitas, castrum, villa, locus, territorium, vel districtus auctoritate ordinaria vel delegata supponantur ecclesiastico interdictio pro pecuniario debito, vel pro cuiusvis monetæ, vel pecuniæ quantitate, quacumque occasione vel causa, seu quouis quæsito colore; pro eo maxime, quod ipsorum domini, rectores seu officiales, quocumque nomine censeantur, aut incolæ, seu habitatores, aut singulares personæ ipsorum statutis vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis huiusmodi debitum, seu quantitatem non soluerunt hæctenus, aut in antea non persoluerunt. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, si secus hæctenus extitit attentatum, vel contigerit attentari; illudque reuocamus omnino. Non obstantibus &c. *Dat. Anagnie 11. kal. iunij anno v 111.*

29 Hoc anno habitum in Hispania episcoporum conuentum prouinciæ Toletanæ, actionum moderator Gonfaluus Toletano præfule, in no-

a *Ibid. ep. 107.*  
Leonardus patriarcha Constantinopolitani a Bonifacio creatur. *Ibid. ep. 86.*

Vt pallium e Cardinale manu acciperit.

*Ibid. ep. 85.*

d *Lib. 8. ep. cur. 21.*  
extat. est. inter extrauag. De sent. excom. 6. Prouide.

Iudices ecclesiastici est. mere anathema incuentes coertiti.

Vetitur, vt nullus locus pecuniarum causa interdicto ecclesiastico concel- li possit.

Conciliū a Tolet. archiep. celebratū.







sijs possessionibus restituendis rogaretur; ac filia Regis Lusitani pariter ad reddenda ablata ecclesie Conchenfi sollicitaretur: si vero alij proceres in ea re delinquerent, censurarum rigor in eos distingeretur. Lata quoque in eos anathematis sententia, qui ecclesiasticos ad pugnam prouocarent: *Cum Rex pacificus Christus Iesus, qui pacem venit docere in mundum, Ecclesiam suam in petra fidei solidatam pacis vinculo firmauerit, & in ea episcopos vel prelatos & alias personas, quas instituit & suam pacem dedit, & qua reliquit, quorum anima secundum Ambrosium sunt sicut & lacryme, & pro Dei populo noscuntur solum orationi & ieiunio deputati; & nonnulli de sui potentia confisi, instigante diabolo, in Dei opprobrium & contemptum iam dictos prelatos & Christi ministros non solum iniurijs afficere est tamquam ius mortis diffidare in personis proprijs non verentur; non attendentes, quam ignominiosum eis existat, si bene aduerterent, arma contra tales assumere, quibus armis uti Veritate eis in persona... prohibente cum dixit: Conuerte gladium tuum in locum suum. Et alibi: Mibi vindictam, & ego retribuam; ideo nos tranquillitatem, & pacem in Ecclesia Dei seruare volentes, ne concussis columnis edificium corruiere censeatur, statuimus & mandamus, quod si aliquis cuiuscumque dignitatis, conditionis, vel status existat, diffidauerit, vel diffidatum tenet, vel tenuerit episcopum presentem, vel canonicum ecclesie cathedralis, aut socium, & admonitus diffidationem non reuocauerit, excommunicetur, & denuntietur domino archiepiscopo ut supra; & nihilominus terra eius ubicumque eam habuerit in prouincia Toletana per diocesanum loci subijciatur ecclesiastico interdico. Actum est apud Pennam Fidelem III. id. maij anno Domini MCCCII. &c.*

## IESV CHRISTI

Annus 1303.

BONIF. VIII. PP.  
annus 9.ALBERTI ROM. REG. 5.  
ANDRONICI IMP. ORIEN. 20.

**R**ecruduit adeo huius seculi anno tertio indictione prima inter Bonifacium Papam ac Philippum Galliarum Regem discordia, ut Galloru & Columnensium factione, pellectisq; in coniurationem Campanis, Pontifex in hostium suorum potestatem ceciderit, qui paulo post morbo correptus & uinis excessit. Sed antequam lugubrem historiam attingamus, quæ extremo hoc sui pontificatus anno gesserit, percurrenda sunt. Detrahentibus a palam Gallis de pontificatu Bonifacii, confirmavit ipse Alberto Germanicum sceptrum, quamuis antea ipsum ut Adolphi Regis cædis auctore ac foedifragum, iudicio postulasset e, siue illi coronam sine maxima populorum strage & Christiani orbis periculo eripi non posse præuideret, siue contra Francorum Regis sibi aduersantis potentiam fortissimum propugnatorem comparare meditaretur. Rem hoc anno perfectam tradit Card. Baronius, quæ superiori inchoari potuit; consentitque annalium Dominicanorum scriptor: *Venerunt, inquit, nuntij Alberti Regis Romanorum, nuntiantes ei, quod dominus Papa prædicasset in manifesto, quod esset verus Rex Romanorum, & dictus filius eius.* Ad quæ confirmanda illustrandaque adducendæ visæ iunt literæ pontificiæ, quibus in gratiam eum admisit, regiumque ipse solum firmavit e.

*Alberto Regi Romanorum illustri ad perpetuam rei memoriam.*

2 Patris æterni Filius Dominus Iesus Christus, cuius licet immeriti vices in terris gerimus, misericordie benignitatem exercens, ut in eius beneplacita feramus iugum apostolicæ seruitutis, viam nos humilitatis edocuit, nosque suorum doctrinis mandatorum instruxit, ut ipsius vestigia, qui patiens & humilis est atque misericors, quantum patitur humana fragilitas, imitemur. Nos itaque ipsius exemplo dirigi cupientes, quos ad nos fiducia deuota reducit, libenter brachijs paternæ benignitatis amplectimur, illisque sinum mansuetudinis & misericordie non negamus, dum eis præsertim deuotionis & humilitatis instantia suffragatur. Profecto dum fidem & deuotionem diuæ memoriæ Rodulphi Regis Romanorum patris tui, quibus ipse dum viueret, erga sedem Apostolicam studuit cum sinceritate vigere, ad memoriam nostræ considerationis adducimus; dum clara & prouida magnificentie tuæ studia, per quæ diebus istis gratificari Deo, & ipsi sedi cum summæ deuotionis & humilitatis promptitudine decreuisti, diligentius intuemur; suggerit nobis horum seruens instantia, ut erga te mansuetudinem & misericordiam exercentes, statim tuo salubriter ad laudem diuini nominis, honorem & exaltationem sanctæ matris Ecclesiæ, sacriq; Imperij, ac tranquillitatem & pacem fidelium, auctore Domino, consulamus.

3 Dudum siquidem claræ memoriæ Adulphi Regis Romanorū de hac luce subtracto, & per eius obitum Romanorum regno vacante, principes ecclesiastici & seculares, ad quos translato olim Romanorum Imperio de Græcis per sedem Apostolicam in persona magnifici Caroli in Germanos futuri Romanorum Regis, in Imperatorem postmodum promouendi, electio pertinet; te in Romanorum Regem vnanimiter & concorditer elegerunt: tuque huiusmodi electioni de te factæ consentiens, fuisti more Romanorum Regum, apud Aquisgranum in Romanorum Regem postmodum coronatus: & deinde fere per quinquennium exercuisti administrationem regiam, sicut prædecessores tui legitime ac concorditer in Romanorum Reges electi exercere solent hæctenus, postquam apud dictum locum Aquisgrani, vbi hoc fieri consuevit, coronati fuerunt.

4 Verum cum medio tempore nonnulla contra te super ijs ad nostram audientiam deducta fuissent, certis a nobis aduersus te processibus propterea subsecutis, tu deuoti & prudentis more filij de solita patris benignitate confidens, super ijs non iudicium sed misericordiam humiliter implorasti; nihilominus offerens te paratum tuam, prout posses, super eis ostensus innocentiam, & alias nostra & dictæ sedis beneplacita & mandata facturum. Præstitisti quoque nobis & eidem sedi fidelitatis & obedientie iuramentum, & nonnulla etiam alia promisti, & iuramento firmasti, quæ tam a prædicto patre tuo, quam a prædecessoribus eius Romanorum Regibus iurata, promissa, facta, recognita, & concessa fuerunt, sicut hæc & alia in duabus patentibus literis tuo sigillo signatis, quæ in ipsius archiuio conseruantur ecclesiæ, plenius continentur. Cumque vicem geramus illius, qui sedens ut Rex, circumdante exercitu, est mærentium consolator, & omnipotentiam suam parcendo & miserando maxime manifestat; deuotione ac humilitate tua gratanter inspecta, viam mansuetudinis, misericordie, ac dulcedinis erga te potius elegimus, quam rigo-

Pontificie de Alberto in Regem approbato litera.

Rodulphi patris Alberti in Rom. ecclesia studia perpedit.

Promissa ab Alberto fidissima obsequia & publicam Imperij pacem.

Vt Albertus a principibus electoribus Rex fuerit designatus.

Aquisgrani regium insignem ac cepit.

Postulatus iudicio obcesum Adolphum misericordiam imploravit.

Officia sua addixerit ecclesie. Fidem ad illius imperia obstrinxerit.

Concessa a Rodulpho & veteribus Imp. corroboravit.



rigoris, vt apud nos & ecclesiam memoratam obedientia humilis tibi profit; sicut obesse debent cōtemporibus inobedientia, & contemptus [Interiectisque nonnullis, quibus conqueritur, multa a Gallicę aulę politicis in se temere iactata, subdit.]

obsequi iussit a. Tum principes electores Coloniensem, Treuirensē, Moguntinū archiepiscopos; Venceslaum Regem Boemię, ducem Saxonię, marchionem Brandeburgensē, comitem Palatinum Rheni eundemque Bauarię ducem est adhortatus b, vt in agnoscendo Rege Romanorum Alberto pontificijs voluntatibus se accommodarent: ea enim in re summam ab Apostolica sede gratiam inuituros. Vt vero Alberti armis & potentia aduersus Gallorum Regem aduersarium suum vteretur, omnia fœdera, quę ille antea cum Regibus ac principibus fecerat, rescidit c: tum eundem monuit d, vt illata antea ecclesiasticis damna sarciret, eorumque iura pristinae amplitudini restitueret: archiepiscopos vero Moguntinum, Treuirensē, & Coloniensem ex æquo pacisci iussit. Cæterum Albertum electoribus archiepiscopis damna non refarciriisse, quamuis ea omnia, quę inflixerat a tempore, quod bellum in Adolphum Regem gesserat, ex Pontificis voluntate reparaturum esset pollicitus; sed studio pacis & concordię communi consensu a læsis partibus condonata, remissasque iniurias, ex literis III. non. iunij datis e colligitur, quibus Vvertingesi & vallis Vterinę abbatibus Cisterciensibus prouinciam dedit, vt si sponte Alberto a passis iniuriam venia data esset, ipsum ac sequaces censurarum religione soluerent.

3 Illum porro Pontifici officia a Regibus Romanorum præstanda exhibuisse obseruat Cardinalis Baronius in M. S. notis ad hunc annum: *Albertus Imperator per suas literas, datas Norimbergę sub hoc anno, fecit homagium Papę, & iuramentum fidelitatis, confirmauitque omnia priuilegia & donationes factas de terris per prædecessores; fuitque ab ipso Pontifice confirmatus in Imperatorem, vt habetur libro priuilegiorum Romanae ecclesię.* Producendę ea de re ex eodem Vaticano codice vix sunt Alberti Regis Romanorum literę g, quibus Romanum Imperium ab sede Apostolica traductum in Germanos agnoscat, atque ab ea Romanorum Reges & Imperatores ad coercendos improbos intructos auctoritate profitetur, seque ad Romanę ecclesię dignitatem aduersus quoscumque hostes armis tuendam obstringit; eęque in molis Adriani archiuio asseruantur, atque a Platina Sixti IV. iussu inter insignia monumenta relatae sunt.

*Sanctissimo in Christo patri & domino suo, domino Bonifacio, diuina prouidentia sacrosancta Romana ac vniuersalis Ecclesię summo Pontifici, Albertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, deuota pedum oscula beatorum.*

9 Profiteor sanctissime pater & domine, me bonorum omnium largitori, ac vobis & Ecclesię sanctę suę fore pro innumeris misericordijs, & immensis beneficijs obligatum. Profiteor, quod desiderij mei recepi desideratum effectum, & diffiteri non audeo, quod in eo plus quam desiderare scierim adinueni, mirans sic in præteritis esse prouisum, quod de his, quę circa talia in futuro peti poterunt, spes miserationis habetur; Assurgens itaque Deo, & sanctitati vestrę, ac eidem Ecclesię matri meę ad gratiarum deuotissimas, & humillimas actiones totum me deuoueo, totumque me offero, & expono ad gratificationis debitum per omnia, in quantum humanę imbecillitatis conditio patitur, exoluendum. Ad hæc licet pridie antequam circa negotium electionis, de me ad Romanum regnum & Imperium celebratę, ac alia quę in hac parte incumbabant, esset

Qua verborū forma Rex Rom. confirmatus.

Qui intercesserant in Alberti electione defunctus supplet Bonifacius.

Hortatur Albertū ad explicandā in ecclesię grati animi officia.

Gerendū præclare Imperiū.

Romani Imperij populū Alberto obsequi iussi

a Regis eand.

b Id. ibi. Elector. ad id. citati.

c Ead. ibi. ep. cur. d. ibi. cur.

Pact. d. dio. ar. ptas. ius. r. cur. tunc. Alberti. & Ep. ca. 28.

Alberti abbat. beati. sex.

f. B. m. s. s. e. l. l.

g. Extant in arch. Ang. & lib. priu. Rom. eccl. tab. pag. 25. B. inter tab. Plat. 10. pag. 201. & ex. p. 18. apud Baron. 10. an. 991. n. 48.

Alberti Regis ad Pont.



per sanctitatis vestre beneficentiam mei status essentia solidata, fecerim infra scripta, & super eis meas patentes literas beatitudini vestre duxerim destinandas, ac in solidatione huiusmodi procuratores mei, ad hoc specialiter constituti, ea in vestra presentia innouauerint; ecce nunc tamen, vt gratus reddar, & ipsam maiori firmitate procedant, illa direxi presentibus innouanda.

10. Recognoscens igitur, quod Romanum Imperium per sedem Apostolicam de Grecis translatum est in persona magnifici Caroli in Germanos; & quod ius eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem postmodum promouendum, certis principibus ecclesiasticis & secularibus est ab eadem sed. de concessum, a qua Reges & Imperatores, qui fuerunt & erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladij potestatem ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; pia deuotione & sincero corde profiteor, quod Romanorum Reges, in Imperatores postmodum promouendi, per sedem eandem ad hoc potissime ac specialiter assumuntur, vt sint sancte Romanæ ecclesiæ aduocati, catholice fidei ac eiusdem ecclesiæ præcipui defensores. Quapropter & ego & alij Romanorum Reges & Imperatores, qui erunt pro tempore, totis viribus ab illis abstinere debemus, quæ ipsi ecclesiæ possunt esse nociua, & per quæ inter vos dominum meum, qui nunc Apostolicæ sedi feliciter præstitis, & successores vestros, qui canonicè intrabunt, & me ac Romanorum Reges & Imperatores, qui erunt in antea, possent scandala suscitari, & materia dissensionis oriri: & debemus illa deuotis & feruentibus affectibus promouere, ex quibus Christianitati tranquillitas, pax & quies proueniat, dissidia & mala tollantur, per quæ paterna sinceritas & vera dilectio, quas vos & Romanam ecclesiam supradictam ad me habituros fiducia firma confido, minui vel offuscari valerent.

11. Iuro etiam, tactis sacrosanctis euangelijs, quod ero fidelis & obediens beato Petro, & vobis vestrisque successoribus canonicè intrantibus sancte apostolicæ Romanæ ecclesiæ. Non ero in consilio, consensu, vel facto, vt vitam perdatis aut membrum, aut capiamini mala captione. Consilium, quod vos vel ipsi mihi credituri estis per vos, aut per nuntios vestros, siue per literas, aut vestrum vel eorum damnum nemini pandam, nisi sciante: et si sciaero fieri vel procurari, siue tractari aliquid, quod sit in vestrum vel ipsorum damnum, illud pro posse impediam; & si impedire non possem, illud vobis & eis significare curabo. Papatum Romanum & regalia S. Petri adiutor ero ad retinendum, defendendum, & recuperandum, ac recuperata manutenuendum contra omnem hominem, diuino fultus auxilio, secundum meum scire & posse. Et recognosco & fateor omnia & singula, quæ a diuine memoriæ Rodolpho patre meo Romanorum Rege, & etiam a quibuscumque prædecessoribus eius Romanorum Regibus vel Imperatoribus siue super fidelitatis iuramento, siue super quibuscumque alijs recognita, confessata, promissa, facta, iurata, confirmata, innouata, remissa seu de nouo donata fuerunt, simul vel diuersis temporibus; & ipsa ratifico, innouo, & confirmo, & ea iuro, & promitto me inuolabiliter seruaturum; & ex nunc similia in presentibus literis meis patentibus meo magno signatis sigillo, remitto, facio, & de nouo concedo. Omnia etiam & singula privilegia, liberationes, donationes, concessionem, recogni-

tiones, confessiones, traditiones, remissiones, & gratias ab eisdem claræ memoriæ patre meo, seu etiam a Regibus vel Imperatoribus prædecessoribus eius, aut ipsorum aliquo vel aliquibus confessata, innouata, recognita seu confirmata, facta, sunt seu concessa, aut remissa vel donata de nouo, de quibuscumque iuribus, seu rebus, bonis, aut libertatibus, vel alijs quibuscumque; ratifico, approbo, confirmo, & facio, & de nouo concedo, prout magis ipsi sedi poterunt expedire.

12. Statuo insuper, facio, & concedo quæcunque per claræ memoriæ Ludouicum Imperatorem Augustum tempore bonæ memoriæ Paschalis Papæ, & a claræ memoriæ Othone Rege tempore felicis recordationis Ioannis Papæ statuta, vel iurata, recognita, facta, seu concessa fuerunt, sicut in capitulis positis in LXIII. dist. continentur in corpore decretorum, quorum vnum incipit: *Ego Ludouicus Imperator*; & aliud incipit: *Tibi domino Ioanni Papæ*; & omnia, & singula contenta in vnoquoque ipsorum capitulorum, ipsaque promitto me inuolabiliter seruaturum. Deuotionem quoque & reuerentiam filialem vobis domino meo summo Pontifici, & sancte Romanæ ecclesiæ reuerenter exhibeo & deuote: & vt deuotionem & zelum, quos ad vos gero, & exaltationem ipsius Romanæ ecclesiæ efficaciter per operis executionem ostendam, paratum me offero vos & Apostolicæ sedis primatum ac iura, & libertates vestras, ac dictæ sedis contra omnem hominem defendere & tueri, & esse contra quoscumque hostes & rebelles, aduersarios seu inimicos sedis eiusdem, cuiuscumque fuerint præminentie, ordinis, dignitatis, & status, etiam si regali vel imperiali præfulgeant dignitate; nec cum talibus, vel aliquo eorum, vel aliquibus, amicitie, coniurationis, confederationis, aut societatis, vel ligaminis scædus ineam, nec seruabo, si quod forsitan inini cum aliquo vel aliquibus, qui nunc sunt, vel quod absit, erunt in hostilitate, rebellionem, aduersitate, seu inimicitia vestra, & Romanæ ecclesiæ memoratæ; quin potius ad mandatum vestrum, successorumque vestrorum, vel ecclesiæ supradictæ talibus guerram mouebo, & pro posse impugnano eosdem. Prælatos, ecclesias, monasteria, capitula, conuentus, personas ecclesiasticas, regulares & seculares, scienter iniuste aut iniuriose non offendam; sed ipsa in suis iuribus, bonis, libertatibus, & immunitatibus, prout & quantum in me fuerit, conseruabo.

13. Contra libertates, & bona ac iura supradictæ Romanæ ecclesiæ non veniam; sed ea defendam, & ad defendendum iunabo, & de nullo, quod ad ipsam sedem pertinet vel pertinebit, me contra eius beneplacitum intromittam: & si diuino fultus auxilio, vel in trabe Italam, meum aduentum, seu introitum vobis domino meo summo Pontifici, ac eidem sedi ante significabo; & a vobis & ab ea requiram humiliter & fideliter, vt mihi super meo introitu & aduentu vos & sedes ipsa dignemini paterni fauoris auxilium impertiri. Item iura Romani regni & Imperij defendere, & recuperare studebo secundum scire meum & posse, prout diuino fultus adiutorio fuero. Insuper omnia & singula supradicta & infra scripta iuro me bona fide & inuolabiliter seruaturum, & contra non venturum scienter. Ad hæc promitto, & iuro tactis sacrosanctis Euangelijs, quod ad quemcumque gradum, & statum cuiuscumque emientie seu dignitatis, aut solium quantumcumque sublime, quocumque nomine censeatur, ascendero

Obsequia  
regia deuouet.

Immunitati ordinis ecclesiastici conseruaturum spondet.

Iura Romani Imperij recuperaturum.



feu promotus vel assumptus fuero, supradicta omnia & singula confirmabo, innouabo, & etiam de nouo faciam & concedam, verbis competenter mutatis; ac vobis domino meo Papæ Bonifacio, vestrisque successoribus canonice intransitibus, & Apostolicæ sedi super his patentes literas meo magno sigillo signatas, & etiam balla aurea, cum illa me vti contigerit, faciam assignari. In quorum omnium testimonium euident, atque robur sigillum meum regium præsentibus est appensum. *Dat. apud Nuremberg anno domini MCCCIII. indictione prima xvi. kal. augusti, regni vero mei anno v.]*

14 Pacata Germania, conciliatoque ecclesiæ Alberto, Bonifacius Vngariam ciuilibus bellis laceratam, cum alij Vvenceslao iuniori Boemo electionis, alij Carolo, vt supradictum est, ex Maria nepoti Stephani Regis filia, & Ladislai sorore successione iure studijs addicti essent, ad pacem adducere aggressus est: cumque Caroli iura illustra atque antea ab Apostolica sede confirmata, Vvenceslai vero iunioris obscuriora essent, magnis ab Alberto precibus contendit a Bonifacio, vt ob diuinum amorem, tum arctissimam affinitatem, qua Carolum attingebat, Boemo nulla auxilia præstaret; sed Carolum potius omnibus studijs, & contentione inuaret: *Excellentiam, inquit, regiam rogamus, & hortamur attente in Filio Dei Patris, quatenus pro reuerentia Apostolicæ sedis & nostra, intuitu defendenda iustitia, & amore sanguinis, quo idem Carolus Rex Vngariae tibi obnixius alligatur; circa defensionem, recuperationem, manutentionem, & conseruationem regni Vngariae memorati dictis Regina ac Regi Vngariae fauens efficaciter, & præstidijs opportunis assistens, præfatis Regi Boemæ aut filio circa occupationem, inuasionem, vsurpationem, seu defensionem in occupatione prædicta nullum præstes per te vel per alium auxilium, consilium, vel fauorem, nec præstari per alios, quos tua potes iurisdictione conspescere, patiaris; vt dicti Regina & Rex Vngariae de tua potentia brachio eorum iure congaudeant, & erga te, tibi que coniunctos, & subditos in intentionis amoris dulcedinem feruenter exurgant; tuque possis exinde in conspectu Dei, & hominum, nobis que pariter tam de affectu iustitiæ, & charitatis odore, quam de deuotionis promptitudine commendari.* *Dat. Anagnina III. id. iunij anno IX.*

15 Intulisse hoc anno bellum Regi Boemæ Albertum, tradunt auctores b, in eaq; expeditione secum Regem Vngariæ, nimirum Carolum, egregijs Vngarorum copijs ac viginti millibus paganorum succinctum secum duxisse: paganos vero, vti moris est, quacumque excurrere, immanissimas clades infixisse, ac puerulos Christianos correptos, pedibus manibusque amputatis, sale conditos deuorasse, Albertumque amplius scelus non ferentem, immisso in eos Germanico exercitu, ex ijs decem millia trucidasse, reliquos dissipasse, nulloque alio edito facinore in Austriam se recepisse.

16 Ad dirimendam porro controuersiam, ob quam Carolus ac Vvenceslaus de Vngaria certabant, num in eo regno electionis an successione iura potiora essent, Bonifacius cum iam ante aduersas partes sistere se Apostolicæ sedi ad disciprandam causam, excipiendamque sententiam iussisset; ac Maria quidem Regina & Carolus ipsius ex maiore natu filio nepos suos oratores ad Romanam aulam misissent; Vvenceslaus Rex Boemæ, qui iam ante ab Romanis Pontificibus Vngaricum sceptrum Maria filio ac nepoti delatum nõ

ignorabat, vel diffidebat causa aqutati, oratores misit non ad exponenda & defendenda sua iura, sed ad iudicium eludendum declinandumque. At Bonifacius Boemi exclamationibus a suscepta mente dimoueri nõ potuit; atque ex Cardinalium senatus consilio regnum Vngariæ Carolo adiudicauit; pronuntiauitque a in Vngaria successione non electionis iura valere: cum orta inde detrimenta illustra essent, atque istius Caroli pater ab Apostolica sede Rex Vngariæ habitus fuisset. Tum Vngaros incusio anathematis terrore, Maria & Carolo parere iussit, illamque Reginam Vngariæ, hunc vero Regem in publicis tabulis inscriptum iri, sanxit: fidei sacramenta Vvenceslao Regis Boemæ filio præstata apostolica auctoritate conuulsi; denique, vt omnem Regi Boemæ querendi occasionem adimeret, quatuor mensium spatium pro termino peremptorio illi præfixit, vt si quæ iura in Vngariam contenderet, ea exponeret; ita tamen vt possessorium ius apud Carolum resideret.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

17 Spectator omnium, cunctorum præcius Rex æternus ciuitatem Ierusalem ruituram præuidens, fleuit compassibiliter super illam. Nunquid igitur & nos, eius officium vicariæ potestatis habentes, fletus arcere possumus, mitigare punitionis aculeos, gemitus cohibere, videntes acerbe regi Vngariæ collapsi per plurimum dissidia, graui inculcata frequentius, diminutionis incōmoda, & ruinam totaliter imminentem? Illud vtique violenti diripiunt, & apprehenderunt iam inter angustias persequentes: gemunt sacerdotes ipsius, lugeat populus confusionis inuolutione perplexus: paruuli eius captiui sunt ducti ante faciem tribulantis: silet ibi belli dissidio coacta iustitia: corrupti sunt mores hominum, eradicatis virtutibus, vitijs propagatis: zelus Christianæ fidei tepuit, immo iam frigit, & diuini cultus obseruanda religio dormitauit: & dum inibi de regnandi iure contenditur, promiscuis actibus sursum deorsum miscetur confuse singula, & in aperto cadaco ruit populus, cum certus non appareat gubernator. Dolendum in ijs pariter & lugendum, illa maxime ratio pia considerationis inducit, quod regnum ipsum, retrorsum rediens, Reges lactauit hæctenus Reginaeque catholicos, & in eminentiam caelestis exercitus mira vigenæ sanctitate produxit: literatos vtique viros alios, intelligentes & prouidos, scientiæ claritate conspicuos, & eloquentiæ facunditate disertos, In quorum vices succedere, proh dolor! dissidentes & stolidi, modicæ deuotionis & fidei, abijcetes iugum disciplinæ laudabilis, & debacchantes improbe sine frani constrictione pro libito vastatores. Nunquid igitur super istis nostræ consilia inhumane deficient, opportuna remedia eclipsante charitatis fomite, & omissa lima iustitiæ delitescunt? Neesse quidem adesse conspiciamus, vt ruinas huiusmodi pastoralis cura nostræ prouisionis impleat, collapsa reparet, iusta confoueat, vastata restauret, & paterna benignitas apta præfidia pro ipsorum congrua reparatione producat, sedando præcipue, quantum nobis ex alto permittitur, contentione præfata de iure regnandi turbinem, & de regno ipso auferendo pro viribus omnem per nostræ reparationis suffragium tempestatem.

18 Sane diebus non longe præteritis charissimus in Christo filius noster Venceslaus Boemæ Rex illustris per eius nuncium, & expressas

Vngaria duorum Regū Caroli & Vvenceslai contentione Janiara.

Lib. 9. episc. 35. Solicitud. Albertus Rex vt Caroli partes recuperatur.

Albertus Vvenceslao Boemæ bellum infer. b. Annal. Dom. Col. Chr. Euang. hoc ann.

Carolus Vngar. Rex cum Alberto copias coniungit. Cum manu humanam habent in delicijs. Sumpta de ijs ab Alberto vltio. Sententia de regno Vngarico in Caroli gratiam contra Vvenceslao vltiora.

lib. 9. episc. 35. Solicitud. Albertus Rex vt Caroli partes recuperatur. Vngaria duorum Regū Caroli & Vvenceslai contentione Janiara. Vices Vngar. Regis gnis conspiciatur. vltio. Sententia de regno Vngarico in Caroli gratiam contra Vvenceslao vltiora.



litteras nobis supplicauit attente, vt negotium dilecti filij nobilis viri Vvenceslai eiusdem Regis filij, quem in Regem Vngariae concorditer & canonice proponebat electum, & eundem Regem Boemiae, ac tam suos quam eiusdem filij in hac parte sequaces in benevolentiam nostram recipeamus & gratiam, ac nos eis adiutores & directores benignos & fauorabiles in ipso negotio redderemus. Super cuius supplicationis instantia pia & rationabili meditatione pensantes, quod praefatum regnum Vngariae tam nobile haecenus, tam praclarum in spiritualibus & temporalibus per collisiones varias, sicut praetangitur, est collapsum, quodque charissima in Christo filia nostra Maria Regina Siciliae in eodem regno Vngariae tanquam heres proximior habere se ius asserbat & asserit, & dilectus filius nobilis vir Carolus nepos eius regnum ipsum in parte non modica ex persona iam dictae suae paterna auiuae possidebat, & possidet, de quo etiam in Strigonienfi ecclesia iuxta ritum antiquum Vngariae per personam idoneam regale suscepit diadema, vt tolleremus inuicem peccandi materiam & concertandi discrimen, exhiberi us iustitiae debitum, ac viam reformationis dicti regni accommodam sumeremus inter contententes eosdem; tractatum pacis & compositionis amabilis more patrio similiter assumere cupientes, memoratos Reges Boemiae, ipsius filium, & saepe dictum Carolum, eorumque sequaces, & alios, qui sua crederent interesse, per venerabilem fratrem nostrum Nicolaum Ostiensem episcopum, tunc praefati regni Vngariae legatum, peremptorie citari mandauimus, vt infra determinatione & conuenientis temporis spatium, in ipsa citatione praesentem, cum omnibus iuribus, actibus, & munimentis suis, contingentibus memoratum negotium, coram nobis legitime comparere deberent, super ijs complementam recepturi iustitiae, ac facturi quae pro dicti regni statu prospero per nos essent prouide ordinanda. Eodem vero legato praedictos Regem & filium ac Carolum citante legitime, sicut per ipsius certas litteras & verbum postea nobis euidenter innotuit, ac adueniente peremptorio termino, in ipsa citatione statuto; praefata Regina Siciliae, intimato iam sibi ex nostra parte per alium, quod ipsa, etiam si sua interesse putabat, in memorato termino compareret, & iam dictus Carolus per procuratores idoneos sufficienter instructos, tanquam deuotionis & reuerentiae filij comparuerunt cum debita obedientia coram nobis, venerabilibus fratribus nostris N. archiepiscopo Colocensi, M. Zangabriensi, T. Ica-riensi, & B. Vesprien. episcopis, ac dilectis filiis nonnullis archidiaconis & praepositis de ipso regno Vngariae, ex citationis praefatae vigore comparentibus similiter cum eisdem.

19. Iam dicti vero Boemiae Rex & natus non comparuerunt per se, vel per alium in termino praesentem, nec postea; sed sub cuiusdam palliationis astutia excusatores miserunt ad nostram praesentiam dilectos filios Vntior. doctorem decretorum, Ioannem cantorem ecclesiae de veteri Buda clericos, ac Ioannem Romanum iuris peritum laicum, excusantes eosdem, quod procuratores ad nos non miserant sufficienter instructos, causas circa hoc minus rationabiles, immo inanes & frivolas praetendentes. Et in pluribus consistorijs per nos ab ipsis seriose petito, si alias causas rationabiles excusationis haberent, vel ampliori forent potestate suffulti, in excusatione culpa contumaciam geminantes, dixerunt improbe, quod pra-

fatus Rex Boemiae nullo vnquam intendebat tempore de ipso regno Vngariae litigare: procuratoribus ipsis & nuntijs eorumdem Reginae Siciliae ac nepotis instauribus, vt ob contumaciam ipsorum Boemiae Regis & filij ad declarationem & determinationem iuris, Reginae ac nepoti competentis eiusdem, procedere deberemus.

20. Nos vero, habita super ijs cum fratribus nostris examinatione solempni, profunda maxime meditatione pensantes statum praefati regni Vngariae miserabilem & depressum, febilibus quidem compassione condignum, quod re vera ex praetacta maxime contentione regnandi in peius continue labitur; quia dum vtrinque contenditur inuoluto dissidio, animarum & corporum pericula prodeunt, & ipsius ciues & incolae in illo regnantibus cum debita obedientia non intendunt; quodque, sicut facti notorium permanens euidenter ostendit, & licet non in figura iudicij nobis est notum, praedicta Regina Siciliae, sicut primogeniturae ius obtinens clarae memoriae Stephani Regis Vngariae patris sui, in eodem regno propinquior est successor & heres quondam Latislao Regi Vngariae fratri suo ex utroque parente, per quod opitulatur eidem communis iuris praesumptio, quae tali casu probandi onus in aduersarium iuste transfert; quia etiam quondam Carolus ipsius Reginae primogenitus, dicti Caroli genitor, habitus est quasi communiter, & praecipue per Romanam ecclesiam pro Vngariae Rege, dum vixit, nec ex parte dictorum Boemiae Regis & filij de iure competente ipsis in Vngariae regno praedicto allegatum est aliquid vel assertum, nisi sola electio, quae de ipso filio Regis facta proponitur, quae proculdubio diuersis ex causis, prout rationum prima facies indicat, minus legitima, immo profrasa inutilis esse videtur; eo maxime quod, sicut scripti canonis series aperit, regnum ipsum Vngariae successione iure prouenit, electionis arbitrio non defertur; rationibus praemissis, & causis, alijsque motiuis plurimis, quae religionem debent iudicantis instruere, in trutina rectae deliberationis appensis & expedientia commixta licentiae, ac benigna humanitate seruata; de plenitudine potestatis, in apertam contumaciam eorumdem Boemiae Regis & filij, in praesentia praetatorum plurium, capellanorum, familiarium nostrorum, & aliorum in consistorio vocatorum, praesentibus eorumdem Boemiae Regis & filij nuntijs ac excusatoribus supra scriptis, de fratrum nostrorum consilio discernimus, diffinimus, declaramus, & volumus, quod praedicta Maria in toto ipso regno Vngariae & pertinentijs suis omnibus, ac vbique terrarum Regina Vngariae, & dictus Carolus nepos Rex nuncupentur apertis labijs, scripturibusque vulgatis, & in documentis publicis titulentur, quodque praelati, clerici, cuiuscunque dignitatis, status, aut conditionis fuerint, & religiosi alij cuiuscunque sint ordinis; nec non comites, siue banri, barones, milites, ciues, incolae cuiuscunque status, praeminentiae, dignitatis, aut conditionis existant iam dicti Regni Vngariae, omnium iurium, & pertinentiarum eius, ac aliarum regionum annexarum sibi, etiam si regnorum titulum habeant, dictis Reginae Vngariae & Regi nepoti, tanquam eiusdem regni Vngariae Reginae & Regi legitimis parere & intendere; ac de fructibus, redditibus, seruitijs, iuribus, & obventionibus alijs consuetis, & Regi Vngariae debitis deuote respondere. procurent: praelatis, clericis, & religiosis, comitibus, siue banris, baronibus, militibus, cinibus,

Negarint causam sedis Ap. iudicio committere.

Dilatae controversiae decisa maxima mala inuehat.

Exploratum sit Mariam Regiam proximam propinquitatis iure succedere.

Maiorem natu illius filium Carolum Vng. Regem habitum. Vvenceslao electionis iure tantum niti.

In Vngaria vero Regem non eligi, sed nasci.

Id est, cum expediat, & liceat.

His de causis pro Maria & Carolo pronuntiat Bonif.

Decernit in publicis monumentis regnum nomen Vngaricum iura tribuendum.

Iusti proceres ac praesules suum illi deferre obsequium.

De Vvenceslao Boem. Regis, vt filium electum ab Vngaris Apoll. sedi committat.

Contententia Reginae Mariae iure ad se spectare. Carolus illius nepos diadema Strigonij suscepit.

Vocatus uterque in iudicium fuerit ad controversiam componendi.

Constitutum ad id a legato peremptoria dies.

Ve comparuerunt oratorum opera in iudicio Maria & Carolus.

Vvenceslao Rex ac filius Mariae obaenderint cingula.



incolisque præscriptis sub pœna excommunicationis iniungentes expresse, quam eo ipso, si fecerint secus, incurrant, vt iisdem Regina ac Regi Vngariæ circa recuperationem, defensionem, & conseruationem regni prædicti auxilijs, consilijs, & fauoribus opportunis assistant.

21 Et quia in prædictis eisdem efficaciter, obedienter, & placide sic agere cupimus, vt a contrarijs prorsus abstineant & desistant; prælatis, clericis, & religiosis, comitibus, siue barnis, baronibus, militibus, ciuibus, incolisque præfatis sub simili pœna excommunicationis, & eodem modo præcipimus, ne memoratos Regem Boemix, vel eius filium Regem Vngariæ nominare, vel titulare aliqua nominatione, vel descriptione præsumant; neque ipsi aut ministri eorum de fructibus, redditibus, prouentibus, ac iuribus alijs dicti regni, & præfatorum sibi adiacentium respondeant quoquo modo, vel alijs circa occupationem, inuasionem, detentionem, seu vsurpationem memorati regni Vngariæ, & præmissorum, quæ annexa sunt sibi, occulte vel publice consilium vel auxilium afferant, vel alicuius præsidium fauoris impendant. Nos enim prælatos, clericos, & religiosos, comites, siue barnos, barones, milites, ciues & incolas memoratos ab omnibus homagijs, sacramentis fidelitatis, colligationis, aut coniurationis, quæ prælibatis regi Boemix, filio, aut ministris eorum præstiterunt, aut cum ipsis in præiudicium dictorum Regina & Regis Vngariæ aliquatenus inierunt; etiam si ea fuerint iuramentorum, personarum adiectione, vel quouis alio vinculo roborata, quæ viribus vacua & nulla fore censemus, & carere decernimus omni robore firmitatis, absoluius, & ad eorum obseruationem quomodocunque, aut quantumcunque se astrinxerint pro obseruandis eisdem, ipsos decernimus non teneri.

22 Caterum vt quæ grauitati sedis Apostolicæ congruunt cum debita maturitate seruemus, nec excludamus a nostris processibus amicam in throno sedentibus æquitatem; Regi Boemix filioque præfatis peremptorium terminum quatuor mensium, a die datæ præsentium numerandum in antea, & peremptorie præfinimus, infra cuius temporis spatium ipsi per se, vel alios, aut alium, siqua iura de proprietate dicti regni Vngariæ habere se credunt, nobis & Apostolicæ sedi reuerenter ostendant, illaque gerant & prosequantur, vt expedit, ordine debito, & rationabile fuerit, sicut ipsis melius videbitur expedire. Super possessorio tamen cuiuscunque speciei vel generis, pro dicto regno Vngariæ memorato Regi Boemix vel filio competente, propter eorum contumaciam sic contractam perpetuum silentium eis duximus imponendum: vltra præmissi vero temporis spatium quadrimestre, ne in potestate sit dictorum Boemix Regis & filij inquietare pro libito, molestare frequenter, & vt vitandi scandali occasionem tollamus & causam; ex nunc prout ex tunc in iure ac proprietate, competentibus ipsis forsitan in regno præfato, iurisdictionis nostræ & Apostolicæ sedis denegamus immutabili editione præsidium, & eis in tribunali quocunque tam de iustitiæ fomite, quam de ipsius potestatis plenitudine perpetuum silentium imponimus de fratrum consilio prædictorum. Ita quidem, quod prædicta termini præfinitio, iurisdictionis denegatio, impositio silentij, ex nunc, elapso iam dicto quadrimestri spatio, perinde vigorem habeant, & effectum, ac si in eisdem Boemix Regis, & filij

notitiam per formam citationis solitæ peruenissent, cum magistratus alij etiam non maiores de iuris licentia per edicta in scriptis publice, vel in ædes proposita citare valeant; nec sit verisimile, vel præsumptum, vt præmissa in notitiam & conscientiam dictorum Boemix Regis & filij debito tempore deuenire non valeant, quæ in præsentia ipsius consistorij, prædictorum prælatorum, aliorumque plurium, & eorundem nuntiorum ac excusatorum maxime, sunt tam vulgate tamque solemniter publicata; de reformatione præfati regni collapsi disponere cum ipsorum fratrum consilio, prout tempora se apta præbuerint, præmissis consilijs opportunisque remedijs, auctore Domino, solite proponentes, vt in ipso, gratia disponente superna, tranquilla tempora redeant, inquietæ recedant; sicque ipsius regni status reformetur in prosperum, quod læta pax & amœnitas in locum tam grauium adueniat scandalorum. Nulli ergo, &c. *Dat. Anagninæ 11. kal. iunij anno 1x.* ] Ne porro Boemus prætexere posset, hæc suam cognitionem fugisse, quamuis sententia in publico Cardinalium præsulumque cœtu, oratoribus ipsius præsentibus, lata esset; Colocensi archiepiscopo & Zagrabienfi episcopo munus demandauit, vt decretum hoc, quod ijs transmisit, in prouincijs ac locis Boemix conterminis, atque eius ditioni proximis promulgarent, vt Regi venire in dubium non posset, illius famam ad se non peruasisse. Veriabatur tum in Sicilia citeriori hi præfules, apud Regem Vngariæ auum legatione functi, ac reditum in patriam adornabant, cum literas pontificias acceperunt, contentisque itineribus regressi in Vngariam apostolicis imperijs paruissè rescripsere. <sup>b</sup>

*Sanctissimo in Christo patri & domino, domino Bonifacio diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo Pontifici St. Dei & sua gratia archiepiscopus Colocensis, & Michael eadem gratia episcopus Zagrabienfis deuota pedum oscula beatorum.*

Literas sanctitatis vestræ nobis directas, cum in procinctu nostri itineris veniendi versus Vngariam essemus circa Neapolim, omni reuerentia, obedientia, humilitate, quibus decuit, recepimus, & honore. *Et infra*: Vestræ beatitudinis mādato cum deuota & humili filialitatis subiectione obtemperare cupientes, vt ex debito sic ex voto, quamquam paruiras nostra mandatis vestræ sublimitatis digne exequendis non sufficiat, ambo personaliter, & alter nostrum ipsius vestræ pronuntiationis, diffinitionisque seriem & tenorem nonnullis locis & terris, in quibus propter statum impacati regni, & insidias aduersæ partis fieri potuit, diuulgauimus & publicauimus solemniter, & diuulgari seu publicari per alios & per alium legitimæ fecimus, sicut ex instrumentis seu literis testimonialibus super hoc confectis, quæ & quas ad pedes vestræ beatitudinis per nuncium nostrum specialem, latorem præsentiam, humiliter dirigimus, celsitudo vestræ sanctitatis poterit colligere euidenter. Quamobrem sanctitatis vestræ . . . proni supplicamus, quatenus si quidquam in præmissis omissum esset vel peractum minus digne, habere degnemini nos excusatos in hac parte. *Dat. in Vasea in diocesi Zagrabienfi v. id. septembris anno Domini mccciii. indictione 1.* ]

23 Præterea, ne quid ad reuocandos in concordiam Vngaros, regnumque illud pristino splendore afferendum prætermitteret, quod futu-

Veritum  
juniorum  
Vences-  
laum Re-  
gis Vng-  
nomine  
insignire

Præfata  
ei a pro-  
ceribus sa-  
cramenta  
relicta.

Consti-  
tum qua-  
drimestre  
Vences-  
laum, vt si  
quæ iura  
obtinere in  
Vngariam  
exponat.

Elapso eo  
spatio nu-  
quam au-  
diendum  
decerni-  
tur.



rum facile spes erat, cum omnium Vngarorum voluntates ac regni membra sub vno capite ac Rege coaluissent, omnibus Vngariæ ordinibus encyclicis datis literis, religiosissime imperauit a, vt Mariæ & Carolo obtemperarent, atque ad eos omnia regia vectigalia deriuarent; vt tuncque intentato anathemate Venceslao obsequi, aut societatem vllam cum ipso coire: datam ab ijs fidem rescidit; denique apostolicæ sententiæ stare præcepit. Carolum vero Vngariæ Regem, qui ad ingentes spes pubescebat, hortatus est, vt a teneris annis virtutibus assuesceret, e susceptis enim laboribus maximos laudis fructus collecturum: neque illi apostolico patrocínio defuturum est pollicitus. b

*Bonifacius, &c. charissimo in Christo filio Carolo Regi Vngariæ illustri.*

Propagato charitatis ordine, ac successiuo dilectionis affectu, te specialem filium amamus ex eodem; & tui status compatientes angustijs, tuos honores & commoda, quantum cum decet, possumus, promouemus. Sane in negotio dicti regni, tibi & charissimæ in Christo filia nostræ Mariæ Siciliæ Vngariæque Reginae illato præpedio multimodæ præpeditiois anfractu per charissimum in Christo filium nostrum Venceslaum Boemiæ Regem & natum ipsius super declaratione tui iuris, in ipso nuper diffiniendo ac decernendo processimus de fratrum nostrorum consilio & assensu. Volumus igitur & hortamur attente, vt quatenus permittit tibi ætatis tenellæ discretio, circa prouisam tuæ personæ custodiam, gubernationem & regimen, & statum prosperum dicti regni collapsi te geras laudabiliter & discretè, vt ab annis teneris, assumpto principio virtuosos, virtus Altissimi semper ad meliora te prouehat, & vsque ad canos te sapientia comitetur. Speramus enim in Domino, quod te in moribus & doctrina crescente, regnum ipsum laceratum vndique sub tuo dominio reparationis compendia sentiet, & pro spinis & tribulis fructus vberes quietis & pacis cæi amenitate producet: nos etenim causam tuæ iustitiæ de regno præfato sic opportunis præfidijs coadiuuare proponimus, quod statum tuum nostræ protectio semper adaugeat, tuæque deuotio beneficia matris ecclesiæ effectu prosequente cognoscat. *Dat. Anagninæ 111. non. iunij anno 1x.* Solicitata etiam illius auia Maria Regina Siciliæ & Vngariæ, vt nepoti in regno administrando non deesset: dataque Stephano archiepiscopo Colocensi partes a, vt ecclesiarum iura in pristinum splendorem restituenda curaret. Caterum Vngaros paruisse Pontifici, ac Venceslai iunioris Regis Boemiæ filij partes deseruisse, ex auctoribus colligitur: adeo vt tradant, repente Vngaros conciliatos Carolo; cumque Venceslaus vndique periculis circumfusus esset, Regem Boemiæ, contracto exercitum, aduolasse in Vngariam, filium e discrimine ereptum in Boemiam reduxisse, iuribusque controuersis cessisse.

24 Vt pro firmando Caroli regio diademate, atq; bellorū turbinibus in Vngaria comprimendis summam operam nauasse vidimus Bonifacium, ita ad auum Carolum Siciliæ Regem, eiusque iura asserenda; tum sedandos bellorum motus, qui Siciliam tot annis quassarant, ac ne recrudescerent, ingens metus erat, si ninitum fœdus inter Carolum Valesium atque Fridericum Pontificia auctoritate non confirmaretur, animum adiecit. Informis erat ea pax, vt loquitur Bonifacius, atque in ecclesiæ Romanæ & Caroli Regis damnatum

vertebatur. Cuius proinde leges temperandas censuit, decreuitque a consentiente Friderico, vt quamuis inter fœderis leges ea apposita esset, ipsum pro Siciliæ insula alijsque adiacentibus nemini ad præstanda vlla stipendia deuinctum iri; ecclesiæ fiduciarium se profiteretur, atque vectigalis nomine tria n illia vnciarum auri quotannis penderet, & centum equites in ecclesiæ obsequium, quoties iussus esset, egregie instructos submitteret. Tum plura ad Caroli gratiam sanxit, atque inter alia, vt nulla annorum præscriptio ad Trinacriæ imperium a posteris Friderici retinendum valeret.

*Forma confirmationis facta per dominum Bonifacium Papam super tractatu pacis, habito inter spectabiles viros dominos Carolum de Francia comitem Alençonensem, Robertum primogenitum illustris Regis Siciliæ ducem Calabriae ex vna parte, & Regem Federicum ex altera super insula & regno Siciliae, & iure, quod habet ecclesia in eisdem.*

*Bonifacius &c. ad notitiam presentium & memoriam futurorum.*

Dilecto filio nobili viro Frederico prædicti Petri [olim nimirum Aragonum Regis insulæ Siciliæ inuaforis] genito eandem insulam continuato vitio tam obstinate quam illicite detinente, dum nolter dictique Regis potens militaris exercitus contra ipsum, & rebelles Siculos processisset, inter dilectos filios nobiles viros Carolum Alençonensem & Valesiæ comitem, Robertum prædicti Regis Siciliæ primogenitum ducem Calabriae præfectos eiusdem exercitus ex vna parte, & iam dictum Fredericum ex altera tractatus pacis est habitus, mutua inter ipsos, vt potuit, firmitate valatus, qui præsentatus fuit nostro conspectui: & per solennes nuntios Friderici prædicti a nobis extitit cum deuotione petitum, vt tractatum ipsum confirmare benignius de apostolicæ potestatis præsidio dignaremur. Nos vero pensantes attente, quid nostræ & apostolicæ sedis exigeret in hac parte decencia, quid vtilitas suaderet, quia tractatum ipsum inuenimus in multis informem, & a censura considerationis rationabilis discrepantem, illum absolute tunc respuimus confirmare; & eligentes viam mediam, ommissis extremis, Fridericum prædictum in benedictionibus dulcedinis praueniimus, vt eius tramites reduceremus ad lineam, & erroris ac denij fugata caligine, eo libentius atque suauis veritatis semitam valeret ingredi, quo per benignitatis nostræ suffragium sentiret secum benignius atque clementius dispensari, mandantes & facientes ipsum ab excommunicationis sententiæ, qua ligabatur, absolui certo modo, quem prouidi consilij cautela fuasit; ac interdictum de dicta insula remoueri; super matrimonio contrahendo inter ipsum & dilectam in Christo filiam nobilem iuuenem Elionoram natam dicti Regis Siciliæ, quæ siquidem in præfato informi tractatu deuenerant, de benigntate apostolica dispensantes. Et prosequendo debitum pastoralis officij, ac charitatem lepidam pij patris, benignas literas, & speciales nuncios nostros ad memoratum Fredericum in insulam prædictam transfuimus, inducentes eundem, vt ipse de deuio, in quem eum falsitas erroris abduxerat, ad rectum salutis ingressum se prudenter conuerteret; & circa reformationem præmissi tractatus suum animum rationabiliter inclinaret.

Fridericus autem prædictus, duritiem cordis emolens, & nostris exhortationibus acquiescens, ob reuerentiam nostram & sanctæ ma-

*Lib. 9. ep. cur. 21.*

*Consiliū iuribus Rom. ecclesiæ.*

*De immisso in Fridericum patrum sceleris successorē exercitu.*

*Tractato inter eum & Carolū, Valesiæ ac Robertū ducē Calabriae fœdere. Postulata ab Ap. de illius confirmatione.*

*Seruato a Pont. modo, cum in nonnullis æquitati non consentiret.*

*Dissolutis censuris, quibus Fred erat deuinctus.*

*Data facultate, vt Alienorā consanguineam sibi responde-ret.*

*Missis Ap. post. sedis nuntijs ad ipsum ad æquitatē pellicendum.*



Legatis  
ab eodem  
ad sedem  
Apost. pro  
constituē-  
da cum  
ecclesia  
concordia  
oratori-  
bus.

tris ecclesie solennes suos nuncios dilectos filios nobiles viros comitem Vgonem de Empurijs vicecomitem Basam marescallum, Fredericum de Incisa militem magistrum rationalem, & discretum virum Bartholomæum de Insula iudicem curie Frederici predicti, ad nos cum deuotionis spiritu, & placabili humilitate transmisit, cum certo procuratorio sufficenter instructos, super reformatione tractata, & distinctis capitulis eiusdem Frederici noto sigillo sigillatis a tergo, quæ in archiuio ecclesie predictæ seruari mandauimus, continentibus suppletionem & reformationem pariter multorum, quæ series iam dicti tractatus pacis omiserat, & quæ minus prouide deducta fuerant in eodem. Ipsius quippe tractatus formam seriosam & integram in prima sui substantia & figura pro cautela præsentibus inferi iussimus, vt illius reformatio euidentius elucescat. Cuius pacis tractatus, series tenoris est per omnia & continentia subsequens, &c. [ Adducit Frederici Regis diploma initium cum Carolo Valesio & Roberto duce Calabriae fœderis leges continens, iisdem conceptum verbis, quibus a nobis superiori anno allatum est, subijcitque. ]

Quænam  
in tracta-  
tu superio-  
ri ab equi-  
tate abhor-  
rent. Permissum  
fuisse Fre-  
derico, vt  
nullum  
Trinacria  
supremum  
dominum  
agnosce-  
ret.

Composi-  
ta res ab  
oratoribus,  
vt eccle-  
siae fidu-  
ciarius ef-  
fer.

Spon-  
dere illius  
nomine  
vectigal  
annuum.

Tribus  
mensibus  
centum  
equites,  
suis alien-  
dos stipen-  
dijs, postu-  
lanti Pœ.  
submitte-  
re.

25 Et quia in præmissis tractatu continebatur improuide, quod Fredericus idem totam ipsam insulam cum omnibus insulis sibi adiacentibus, ac omnibus iuribus, iurisdictionibus, honoribus, & pertinentijs suis in tota vita sua haberet, teneret, & possideret in capite liberam & absolutam; ita quod exinde ad seruitium aliquod reale, vel personale alicui nullatenus teneretur: quod procul dubio in graue nostrum & eiusdem ecclesie præiudicium redundare valebat in posterum, & regis Siciliae memorati; ac ex nunc redundabat euidenter in diminutionem & subtractionem reuerentia & subiectionis, pariter pro ipsis insulis debita nobis, & eidem ecclesie maioris dominij ratione; vt effectiue ipsa reformatio sequeretur, promiserunt nobis & ipsi ecclesie iam dicti nunciij pro parte Frederici predicti solemniter & expresse, idque similiter tractata capitula exponunt euidenter, & eidem promissioni consentiunt, quod Fredericus ipse prædictam Siciliae insulam, cum insulis ei adiacentibus, omnibusque prædictis alijs iuribus, & pertinentijs suis in vita sua haberet, tenebit, & possidebit, a nobis, & sub nobis, & eadem ecclesia; & erit vassallus & censuarius ipsius ecclesie pro illo iure, quod idem Fredericus in ipsa insula Siciliae, dicta sua vita durante, noscitur obtinere; & ex nunc eius nomine præfati nuntij promiserunt bona fide, tenere sub annuo censu trium millium vnciarum auri, ad generale pondus regni Siciliae in festo beati Petri, vbique Romanus Pontifex fuerit, nobis & ipsi Romanæ ecclesie per eundem Fredericum, dum vixerit, annis singulis soluendarum, & sub seruitio centum militum equis & armis munitorum decenter & bene, quandocumque nos vel successor noster Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit in vita Frederici predicti, asseruerit eis ecclesiam indigere Romanam; ita quod super indigentia huiusmodi nostro & ipsius successoris simplici verbo stetur. Qui quidem centum milites, quorum quilibet habeat tres equituras ad minus, cum expensis Frederici predicti per tres menses integros semel in anno seruire nobis & eidem ecclesie teneantur. Et si nos vel successor noster iam dictus, ipsius Frederici vita durante, voluerimus dictum militare seruitium in nauale conuerti, debita proportione ac compensabili taxatione præhabita, idem mili-

tare seruitium in nauale sufficiens ad obsequium nostrum & eiusdem ecclesie, iuxta nostrum & dicti successoris beneplacitum, conuerteretur.

26 Quod si per Fredericum prædictum, dum vixerit, in prædicti census trium millium vnciarum fuerit suo termino solutione cessatum, in illas spirituales & temporales pœnas Fredericus prædictus incidat, quæ in conuentionibus primo initis inter Romanam ecclesiam, & claræ memoriæ Carolum Regem Siciliae, ac memoratum Regem Siciliae ipsius filium, præterea in capitulo solutionis & cessationis census, seruato ordine in eodem expresso capitulo, continentur. Pro quibus vtique recognitione & promissione præfatis efficacius roborandis prædicti nunciij eiusdem nomine Frederici nobis & eidem ecclesie pro illo iure, quod in ipsa insula Siciliae cum prædictis iuribus & pertinentijs suis idem Fredericus, sicut prædicitur, est habiturus ad vitam, ligum fecerunt homagium, & fidelitatis præstiterunt solitum iuramentum. Promiserunt etiam prædicti nunciij pro parte & nomine Frederici iam dicti nobis & ecclesie Romanæ præscriptæ, subtus annexa sequentia, in memorato tractatu pacis omissa, quæ tractata nostra reformatio per adiectionem vtilem reparauit: videlicet quod idem Fredericus tenebit & habebit inimicos nostros & Romanæ ecclesie pro inimicis suis, & amicos nostros pro amicis habebit; quinimo prædictos inimicos nostros & eiusdem ecclesie ad nostrum & ipsius mandatum intendit persequi toto posse; quodque Fredericus ipse restituet, & restitui faciet omnes ecclesias prædictæ insulae Siciliae & aliarum insularum circumiacentium, si forte adhuc restituta non sunt, plenarie & cum effectu ad omnia bona, & iura ipsarum, in quorum possessione erant eo tempore, quo insula memorata Siciliae contra dictum quondam Regem Carolum rebellauit; per quoscumque præfata bona & iura ablata & occupata fuissent vel sint, ac detinerentur vel detineantur ad præsens, nisi forte infra prædictum tempus aliqua iusta alienatio per personas auctoritatē habentes inde iuste & rationabiliter facta esset; & quod omnes prædictas ecclesias, & personas ecclesiasticas ecclesiarum ipsarum Fredericus idem libertatibus, priuilegijs, & immunitatibus, a sacris canonibus eis concessis, & specialiter, quod immunes sint a collectis & tallijs, gaudere faciet & permittet; & quod Romanus populus, cum indigebit, ad requisitionem nostram vel successoris prædicti, eiusdem Frederici vita durante, de portibus Siciliae possit extrahere victualia, & legumina, deferenda ad Urbem pro ipsorum vsibus, cum solutione tamen iuris exituræ, quod solui per eiusdem Frederici curiam ordinatur. Nobis vero & dicto successor, eiusdem Frederici vita durante, quando indigeremus nos, aut ipse successor, siue prædicta ecclesia, præcipue pro subsidio Terræ sancte, in huiusmodi necessitatum casibus, vel aliquo eorumdem, licitum erit & liberum extrahi facere anno quolibet, tractata necessitate durante, de prædictis Siciliae portibus salmarum frumenti decem millia libera a iure quolibet exituræ, & alterius cuiuscumque districtus, ferenda quo nos vel ipsa ecclesia mandauerimus iuxta nostræ beneplacitum voluntatis.

27 Pro parte quoque Frederici predicti in eorumdem nunciorum promissione venit, quod si aliqua dubietas vel contentio emergeret in præscripto tractatu pacis vel circa ipsum, nos seu successor noster prædictus inde tanquam communis dominus cognoscamus; quodque omnia &



seruatur  
summa re  
ligione  
Frederic.  
quæ ipsi  
inter &  
Carolus  
sancti  
sunt.  
Præstiti  
illius no  
mine ab  
oratorib.  
adnota  
euangeli  
maru, sa  
cramen  
tum.

Cõfirma  
tus a Bo  
nif adie  
ctis ca  
pitulis, su  
perior tra  
ctatus.

Assensere  
Car. Re  
gis Sicil.  
oratores.

Et Cardi  
nales, Ma  
rie in Por  
tici excu  
pto.

Declara  
tio Pontif  
icæ ex hu  
manis Tri  
nitatis, ri  
ueriam  
cum cite  
nores Sicil.  
in vnum  
regnum  
collocatã.

singula contenta in præactis conuentionibus, habitis inter Romanam ecclesiam & prædictum quondam Carolum Regem Sicilia tam affirmatiue quam negatiue, quæ in faciendo, & non in faciendo consistunt; idem Fredericus plene & integre obseruabit, prout ipsum contingunt, & contingere possunt tempore vitæ suæ. De quibus omnibus & singulis complendis integre, & seruandis inuolabiliter per Fredericum iam dictum, prædicti nuncij, ad hoc plenam potestatem habentes, in ipsius animam præstiterunt ad sancta Dei Euangelia iuramentum. Supplicauerunt itaque nobis præfati nuncij, ad hoc plenam potestatem habentes, pro parte Frederici prædicti cum reuerentia debita, & deuota humilitate, vt cum Fredericus ipse in spiritu sinceritatis integræ, ac deuotionis internæ ad nostra & eiusdem ecclesiæ mandata redierit, & circa reformationem prædicti tractatus pacis obedienter ac prone descendit, & obedientius in futurum nostris & ipsius ecclesiæ beneplacitis se coaptare disponat; tractatum ipsum cum reformatione præscripta confirmare benigne de auctoritate sedis Apostolicæ dignemur.

Nos igitur, præuisa circumspectione librantes, quid belli calamitas inferat, quid fremens dissidium introducat, quid re vera proxima tempora præteritæ turbationis ostendunt, quid pacis grata lenitas afferat, quid quies populis opportuna producat; quantumque pax ipsa, vt opus iustitiæ regnantibus expedire noscatur, in cuius opulenta temperie viget ipsa iustitia, & sine repugnantis obstaculo ostenditur efficaciter virtus eius; quodque Fredericus ipse, reuerenter se ad beneplacita nostra conformans, in primitiuis suæ conuersionis auspicijs signa deuoti filij prudenter ostendit; prædicti Caroli Regis Sicilia ad hoc præcedente consensu, per nos inde licentia sibi data, de cuius consensu processu per venerabilem fratrem nostrum Petrum Nouiomensem episcopum cancellarium, & nobilem virum Bartholomæum de Capua legothesam & protonotarium regni Sicilia prædicti Regis procuratores & nuncios, super hoc sufficienter instructos, nobis expresse constitit; præmissum tractatum pacis cum reformatione præscripta, eiusque substantiam & effectum ex certa scientia ratificamus, approbamus, & confirmamus de fratrum nostrorum consilio & assensu; disceptante solummodo dilecto filio nostro Matthæo S. Mariæ in Porticu diacono Cardinali, qui non consuluit, nec consensit. Ita quidem, quod per tractatum ipsum, reformationemque præactam, & per huiusmodi reformationem nostram, ac dicti Regis assensum conuentionibus ipsis, initis inter Romanam ecclesiam & prædictum quondam Regem Sicilia, quibus ipsum regnum Sicilia & terra citra Farum prohibetur diuidi, nullum præiudicium mutilatio vel diminutio afferat, quin prædicto Frederico defuncto iam dicta insula Sicilia cum insulis ei adiacentibus, omnibusque alijs prædictis iuribus ac pertinentijs suis ad integritatem, vnitatem, & soliditatem alterius partis dictæ terræ, citra Farum positæ, sicut erat concessionis tempore factæ per Romanam ecclesiam prædicto quondam Carolo Regi Sicilia de regno & terra prædictis, & tempore motæ guerræ in insula prælibata Sicilia ipso iure, & sine aliquo facto hominis iuxta dicti tractatus seriem pacis reuertatur; sic quod liceat tunc prænominato Regi Sicilia & legitimis heredibus suis dictam insulam Sicilia cum insulis ei adiacentibus, alijsque

prædictis iuribus & pertinentijs eius ad integritatem, & soliditatem prædictæ terræ alterius citra Farum, & vnitatem totius Regni Sicilia auctoritate propria, & sine iussu alicuius præsentis seu iudicis alicuius reuocare prædictis conuentionibus inter Ecclesiam Regemque prædictos habitis, ac tractatu pacis præfato in sua perpetuo manentibus firmitate. Et quia in prædicto pacis tractatu venit, quod Fredericus ipse in vita sua, qua insulam tenere, possidere, & habere debet eandem, vocari seu titulari debeat Rex insulæ Sicilia vel Trinacriæ, prout prænominatus Rex Sicilia duxerit arbitrandum, præfati cancellarius & legothesa debita circa hoc potestate suffulti, nomine & pro parte dicti Regis Sicilia, cuius sunt procuratores & nuncij, de beneplacito & assensu nostro elegerunt & arbitrati sunt dictum Fredericum in vita sua iuxta formam tractatus eiusdem debere Regem Trinacriæ titulari.

28 Quia vero videntur negligi quæ sunt notabiliter, nisi specialiter exprimantur, declaramus expressius, & præsentium auctoritate decernimus de ipsorum fratrum consilio & assensu, quod nec per declarationem ipsam prædictæ insulæ Sicilia terra citra Farum posita, quæ per memoratam tenentur, quam Fredericus prædictus de ipsa insula Sicilia habiturus est, in sua vita contingit; nec per eandem confirmationem nostram & reformationem præactam, aut per dicti Regis assensum, vel distributionem & receptionem dictorum census & seruitij militaris, nec per nominationem dicti Frederici factam & faciendam de titulo Regis Trinacriæ, ius sibi aliquid acquiratur ultra, præter tenentam ipsam; habiturus est in vita sua, iuxta formam prælibati tractatus de insula Sicilia memorata. Specialiter autem exprimimus, quod per nominationem ipsam Regis Trinacriæ honori regalis tituli, qui de toto regno Sicilia ultra Farum & citra apud prædictum Carolus Regem Sicilia remanet, quemque apud eum remanere volumus, nullum in aliquo, etiam quantum ad vulgus labia, præiudicium afferatur; nec ex prædictis, vel prædictorum aliquo, eidem Regi Sicilia, aut heredibus suis ultra tempus possessionis & tenentæ prædictæ in proprietate, possessione, ac iure ipsius insulæ Sicilia & pertinentiarum eius, ad quancumque temporis spatium, sepe dicti Frederici vita pendente dispendium seu præiudicium aliquod quomodolibet generetur: cum possessionem prædictæ insulæ Sicilia & pertinentiarum ipsius, quam ex præmissis recognitione, præstatione homagij, & iuramenti fidelitatis factis iam nobis & eidem ecclesiæ pro parte Frederici iam dicti per nuncios sæpeditatos, solutione census, & præstatione militaris seruitij faciendis in antea, prædicti Frederici vita durante, nos & Romana ecclesia retinemus prædicto Regi Sicilia & suis heredibus, tanquam directo & veris feudarijs nostris & eiusdem ecclesiæ specialiter afferre præsidium, vt dicta nostra possessio pro sit eis, & nulla per aliquos contra ipsos ex prædicta possessione seu tenentæ allegari possit præscriptio, vel oppositio. Per iam dictas autem promissionem & præstationem census trium millium vnciarum auri, & centum milium, quam idem Fredericus in vita sua est nobis & ecclesiæ memorata factururus, nolumus hominibus ipsius insulæ aliquod afferri præiudicium in futurum; vt scilicet per hoc insula ipsa ad prædictas vnitatem, integritatē, & soliditatem immediate post ipsius Frederici obitū, sicut prædicatur, reuertete in finitionibus publi

Concessi  
Frederico  
Trinacriæ  
Regis no  
men.

Prohibitio  
Fride  
rico nullū  
ius ex ijs  
præter Tri  
nacriæ, dū  
vixerit,  
possessio  
nem com  
paratū iuri.

Carolo  
nil iuris in  
vtramque  
Siciliam  
adiam.

Nullam  
præscri  
ptionem  
ex Trinacriæ  
possessione  
contra Car  
oli suc  
cessores  
valiturã.



blicis, alijsque debitis protestationibus grauetur in plus, quam rationabilis & memorata proportio patiatur. Nulli ergo, &c. *Dat. Anagninae xii. kal. iunij pontificatus nostri anno ix.*

Constitutis ijs, Bonifacius cum Frederico, non Romanæ modo ecclesiæ iuribus, vt a supremo illius dominatu non diuelleretur Trinacria, verum & Carolo ac successoribus apostolica sanctione prospexit, ne fraudi & damno ea res verteretur: præterea vsus in Carolum clementia statuit, vt ex octo millibus vnciarum auri, census nomine pendendis, tribus deductis persoluendis a Friderico, quinque tantum millia penderet; atque ex trecentis submittendis equitibus, ac suis stipendijs in castris pontificijs sustentandis, ducentos tantum submitteret: de quibus ad Carolum literæ datae. a

29 Meminit de sopito bello Siculo Nicephorus Gregoras<sup>b</sup>, additque ea occasione vsum Andronicum Imperatorē ad subsidiarias Catalanorum copias e Sicilia in Asiam contra Turcas euocandas. At de ea expeditione inferius ex eodem & Surita<sup>c</sup>, qui in annalibus scribit<sup>d</sup>, confecto bello Siculo, Iacobum Aragoniæ Regem redigendam in suam potestatem Corsicæ & Sardinia insularum consilium suscepisse; quamuis enim antea ijs a Bonifacio indutus fuisset, Pisanos tamen ac Genuenses maiori ex parte earum potitos; ac Bonifacium ad muniendum rei assequendam iter, Raymundum episcopum Valentini sedis Apostolicæ legatum creasse, vt præfules, proceres, ac populos ad ecclesiæ voluntatem pelliceret, atque in Regis Aragonum obsequium inflecteret. Consentiant ijs literæ pontificiæ ad Valentini episcopum e data, quibus ei munus demandatum est; tum ad Sardos & Corsos, vt Regis Aragonum clientelæ se committerent; tum denique ad Pisanos g & Genuenses<sup>h</sup>, vt vtriusque insulæ imperium Iacobo Regi restituerent.

*Dilectis filijs potestati, capitaneo, antiensis, consilio, & communi Pisanis.*

Tanquam discretionis fulti consilio tam in arduis, quam in alijs quibuscunque negotijs prudentiæ vestræ processus consueuistis prouida circumspicione dirigere, ac specialiter sanctam Romanam ecclesiam matrem vestram tam in seipsa, quam in charisius, quos ipsa dilectionis prærogatiua prosequitur, præuenire honoribus, & fauoribus consouere. Propterea non indigne confidimus, quod super ijs, quæ vestræ sinceritati scribuntur, mentem nostram filialibus obtutibus contemplantes, efficaciter quæ scripta continent implentis, cum in vobis vigor deuotionis solitæ augmentum suscipiat, vt speramus potius, quam lentescat. Sane, sicut vestram credimus non latere notitiam, nos dudum ad charissimum in Christo filium nostrum Iacobum Aragoniæ, Sardinia, & Corsicæ Regem illustrem dirigentes nostræ considerationis intuitum, sibi tum de regione dissimilitudinis redeunti, quem suæ deuotionis sinceritas ad ecclesiam prælibatam, a cuius vnitatem recesserat, quasi nouum adoptionis filium nobis placidum reddidit atque charum, regnum Sardinia & Corsicæ, quod ipsius ecclesiæ iuris & proprietatis existit, cum omnibus iuribus & pertinentijs suis in feudum duximus concedendum.

Cum autem idem Rex ad honorem ecclesiæ memoratæ intendat, vt asserit, ad eiusdem Sardinia & Corsicæ regni possessionem, quam nondum adeptus extitit, corporaliter obtinendum potenti manu procedere, nostrumque sibi fauorem & au-

xilium super hoc petierit impertiri, nos huiusmodi felicem consummationem negotij ad promotionem honoris & exaltationis ecclesiæ supradictæ, ac recuperationem Terræ sanctæ, quæ prospicitur, prohi dolor l de populatione deserta, non modicum cedere attendentes, venerabilem fratrem nostrum Raymundum episcopum Valentini, de cuius industria & circumspicione confidimus, legatum in dicto regno propterea duximus deputandum, vt spiritualis auxiliij circa huiusmodi negotium sollicitudo non desit; sed in ipsius prosecutione potestas sacerdotalis & regia se præsentialiter alterno munere foueant, & fauore mutuo muniantur. Verum cum in dicto negotio, quod charum cordi gerimus, opera & studia vestra necessaria dignoscantur, vniuersitatem vestram paterno rogamus & hortamur affectu, quatenus præmissis prouida meditatione pensatis; & attendentes nihilominus, quod per hoc vobis plurimum in gratia & dilectione nostra dictique Regis accrescet; velitis eidem Regi ad id vestrum auxilium, consilium, & fauorem liberaliter ac efficaciter impertiri, a contrario penitus abstinere. Sic itaque tam pro nostra & Apostolicæ sedis reuerentia, quam consideratione Regis eiusdem in hac parte circumspicio vestra deuote, amicabilem, & consulte prouideat, quod præfatum Regem ad vestra constituatis processu temporis beneplacita debitorem, & nos qui vobis ex animo scribimus, deuotionis vestræ promptitudinem exinde commendare cum gratiarum actionibus merito valeamus. *Dat. Laterani xii. kal. maij anno ix.*

30 Cum in Hispania res incurrerit oratio, prætermittere non possum, Ferdinandum Castellæ Regem, qui ob ecclesiastica vestigalia directæ censuris fuerat irretitus, veniam flagitasse, ac Toletano archiepiscopo datam prouinciam b, vt eo religionis nexu illum solueret

*Archiepiscopo Toletano.*

Adinlar Altissimi, qui semper est gratiose misereri paratus, benignitas sedis Apostolicæ circumspicte, se cunctis propitiam exhibens, non seueram, misericordiæ suæ gremium delinquentibus aperit, dum ab ipsa veniam reuerenter implorant, ac eos absoluit libentius quam condemnet. Dudum siquidem, ad audientiam apostolatus nostri deducto, quod charissimus in Christo filius noster Fernandus Rex Castellæ ac Legionis illustris per se ac per alios bona ecclesiarum cathedralium de regnis Castellæ ac Legionis vacantium prætextu custodia, quam progenitores suos ab olim in illis exercuisse dicebat, seu potius vsurpasse, quamdiu vacabant accipiebat & detinebat, ac ipsorum bonorum fructus, redditus, & prouentus percipiebat illicite, eos in vsus proprios conuertendo; nos volentes Regis eiusdem saluti consulere, ac prædictarum ecclesiarum indemnitate in posterum præcauere, inter cætera statuendum duximus per literas nostras, & districtius inhibendum, ne idem Rex vterius ad huiusmodi bona & fructus cathedralium ecclesiarum vacantium regnorum eorumdem huiusmodi prætextu custodia, vel alias illicite extenderet quomodolibet manus suas,

*Ed. 19. ep. cur 32. b Niceph. Greg. hist. lib. 7.*

*Surit. ind. 12. lib. annal. l. 5. c. 60. Jacobus Rex Arag. Sardinia & Corsicæ sibi subijciendum cõ filium suscipit.*

*Lib. 9. ep. 87. ad 92. f Reg. post ep. 87. g 16. ep. 91. h Reg. post eand. ep.*

*Moniti a Bonif. Pisanis, vt eas ipsi restituant.*

*Dat. ad Genuens. ex d. lit. Mutatio studij et petitioni differre. Aragonis. asurris. nal. 15. 62.*

*Lib. 9. cur. 136.*

*Ferdinandus Rex Castellæ et Legionis occupat.*

*Admonetur a Bonifacio manus ab ijs temperet.*



suas, vel per suos extendi faceret, seu permitteret: sed ipsa bona & fructus per capita earumdem ecclesiarum, quamdiu vacarent, teneri & percipi absque difficultate permetteret, futuris ecclesiarum ipsarum pastoribus referenda: alioquin ipsum, & predictos suos, qui contra statutum, & inhibitionem nostram huiusmodi, temere attentarent, vel ea non seruarent, excommunicationis sententiam, quam ex tunc protulimus, decreuimus incururos. Ciuitates quoque, castra, villas, aliaque loca ipsorum regnorum, in quibus idem Rex vel alij predicti, aut eorum aliqui morarentur, & ad qua peruenirent, quamdiu sic ligati starent in ipsis, ecclesiastico subiecimus interdicto. Postmodum autem episcopatu Zamorensi vacante per obitum bonae memoriae Petri episcopi Zamorensis, idem Rex, sicut ipse nobis per eius nuncium, procuratorem, ac literas intimauit, quorundam consiliariorum suorum, & aliorum consilio prauo ductus bona ipsius ecclesiae Zamorensis, huiusmodi praetextu custodiae, propria auctoritate per suos familiares & nuntios accepit, & aliquandiu tenuit, & aliquos fructus, proventus, & redditus percepit, seu fecit, vel permisit percipi ex eisdem. Sed demum super praemissis ad cor poenitentiam rediens, bona, & fructus eadem decano, & capitulo, & ecclesiae Zamorensi restituit, seu fecit restitui cum eff. &c.

31 Cum igitur praefatus Rex super ijs ad nostra, & ecclesiae Romanae mandata per huiusmodi suos nuntium, procuratorem, & literas humiliter redire curauerit, mansuetudinem & misericordiam a nobis super illis reuerenter implorans; nos de huiusmodi eiusdem Regis conuersione laetati, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus si restituit o praedictorum bonorum, fructuum, & reddituum, vt praemittitur, secuta sit, vel sequatur praedicto Regi, & alijs qui fuerunt culpabiles in praemissis, cum ab ijs super hoc fueris humiliter requisitus, per te, vel alium seu alios, auctoritate nostra iuxta formam Ecclesiae ab excommunicatione, quam propterea incurrerunt, beneficium absolutionis impendas, iniuncta eis nihilominus pro praedictis, prout animarum suarum saluti expedire videris, poenitentia salutari. Dat. Anagnina id. iulij anno ix.]

32 Hoc anno in Vrbe exarsere non leues controuersiae inter religiosos coetus & clerum, cum illi clericorum munera affectarent, ac vicissim isti iniurias reponerent: quae ita a Bonifacio diremptae fuerunt, vt religiosi viri a defunctorum hereditibus inuitati ad exequias pergant: morientibus sacramenta non administrant: possint in suis ecclesijs ad sepulturam eos admittere, quibus lege canonica interdictum non sit: non arceantur ab audientibus confessionibus, habendis sacris concionibus, atque elemosynis excipiendis: ne in aliorum ecclesijs sine facultate confessiones audire praesument: ne parochi eucharistiae & extremae vnctionis sacramenta ijs negent, qui apud religiosum sacerdotem conscientiam expiassent: si quid controuersiae oriretur, res tota pontificij in Vrbe vicarij arbitrio permetteretur. Praeterea academiam Romae instaurauit, vt quae tot alijs ornamentis abundabat, literarum quoque gloria floureret, ac plures praerogatiuas ad academiae decus augendum contulit. Nec Romae modo, sed in alijs etiam vrbebibus, vt Firmi e & Auenione d gymnasia excitauit.

33 Agebat tunc in Gallijs Ioannes tit. SS. Marcellini & Petri presbyter Cardinalis Apostolicae

sedis legatus, cui vt prauam quamdam consuetudinem, quae in nonnullis ecclesijs irrepererat, adimeret, prouinciam commisit: Significasti nobis, inquit, quod quamplures clerici in partibus Regni Francia, ad quas a nobis pro magnis & arduis ecclesiae Romanae negotijs noscitur assignatus, non promoti ad aliquem saecrum ordinem, induti tunicella & manipulo per simplicitatem in missarum solemnibus epistolam cantauerunt, & patenam in manibus tenuerunt. Nos itaque volentes super ijs eorum in hac parte prouidere statui & saluti, discretionis tuae praesentium auctoritate concedimus, vt circa tales super hoc auctoritate nostra prouideas hac vice, prout tuae prudentiae fore videbitur opportunum. Dat. Laterani xv. non. martij anno ix.

34 Quod ad magnam illam & arduam rerum molem, ob quam Ioannes Cardinalis presbyter tit. SS. Marcellini & Petri in Gallias legatus fuerat, attinet; pontificij regesti literis b & M. S. alio Vaticano c constat, concilianda superiori anno subortae controuersiae prouinciam ipsi demandatam traditaque subiecta rerum capita, Francorum Regi proponenda, quae hisce verbis concepta ex eodem M. S. afferro.

Super reuocatione constitutionis, prohibitionis, praeccepti, & impedimenti cuiuslibet praestitorum, directe vel indirecte, per magnificum principem Philippum Francorum Regem illustrem, & per senescallos, balliuos, officiales, & familiares suos venientibus ad Romanam curiam seu redeuntibus ab eadem, specialiter venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, episcopis, & dilectis filijs electis, abbatibus, & capitulis ecclesiarum cathedralium, & magistris in theologia, & in iure canonico & civili, & alijs personis ecclesiasticis dicti regni vocatis a nobis, quod in kalendis nouemberis proxime praeteritis nostro se conspectui praesentarent; & super amotione cuiuslibet occupationis facta per eum, vel de mandato eius, aut aliquem praedictorum, & satisfactione plenaria impendenda; non obstantibus quibuscumque poenis, mulctis, comminationibus, seu processibus per ipsum Regem factis, vel auctoritate ipsius. Item ad denunciandum eidem, quod in quibuscumque ecclesiasticis beneficijs conferendis, vacantibus in curia, vel extra curiam Romanus Pontifex legitimam et potius obtinet potestatem, & post collationem cuiusvis beneficii collati in ipsis, vel eorum aliquo non potest alicuius acquiri sine auctoritate vel consensu Apostolicae sedis tactis vel expressis. Item ad denunciandum, vel declarandum eidem, quod Romanus Pontifex legatus de latere ac nuntios libere mittere potest ad quouis imperia, regna, vel loca, prout vult absque petitione cuiuslibet vel consensu, usu vel consuetudine contrarijs nequaquam obstantibus.

Item quod ecclesiasticorum bonorum, & prouentuum administratio non quibusuis laicis, sed personis ecclesiasticis noscitur attributa: & quod summa potestas administrationis & dispensationis eorum ad Apostolicam sedem spectat; & quod ipsa sedes, nullorum requisitis asseribus, de illis disponere potest, & nunc centesimam, nunc decimam, seu quamuis quotam imponere, petere, & exigere, prout viderit expedire. Item quod ipsi Regi, aut alijs principibus, seu laicis quibuscumque non licet censere vel occupare bona ecclesiastica vel inra in casibus non concessis ab homine vel a iure, vel prelatos seu alias personas ecclesiasticas super personalibus actionibus, iuribus, seu immobilibus bonis, quae ab eis non tenentur in feudum ad suum iudicium trahere & arctare, aut inquestas facere fieri, aut quomodolibet detinere. Quomodo, etiam impedi-

a Eod. l. 9 ep. cur. 2. Repressi nonnulli in Gallijs abusus.

Ioannes Card. de sopienda cotrouersia inter Pont. & Philipp. agit. b Lib. 9. ep. 16. c M. S. Vat. signat. nu. 4877. pag. 7.

Reru capita Regi Franc. proponenda.

De intercluso ad sedem Ap. itinere.

Sacerdotiorum conferendorum iure ad eam spectante.

Mittendis legatis vel nuntijs.

Ecclesiarum opum administratione.

Exigendis decimis.

Non occupandis bonis ecclesiasticis.

Responsum imperia obiectae censuraz.

Zamorensis ecclesiae vacans bona ab eo occupata.

Reuersus ad officium Ferdinandas criminis venia rogatur.

Data Tolitano archiep. pro uenit vt expiato crimine, ipsum coeui fidelium restituit.

Controuersia inter monachos & clericos episcopata a Bon. fl. 9 ep. 190. ar. 1. inter ex. nauag. de sepul. cur. cap. super ca. thidam.

Institutae Bonif. academie. a lib. ep. 78. exar. in bullar. in Bonif. VIII. e. Ext. ib. d. lib. 9. ep. 138.



tur spiritualis gladius pralatorum, ut eo libere uti non possint, & specialiter in monasterijs siue locis, quorum guardiam Rex ipse recipit, aut predecessores ipsius.

Item quod in presentia dicti Regis, nec sicut potuit prohibentis, multis presentibus bulla nostra & litera, quibus erat appensa, cum imaginibus beatorum Petri & Pauli & nomine nostro sculpto in ipsa, combusta & destructa fuerunt in dicta sedis contumeliam & contemptum; per procuratorem idoneum cum sufficienti mandato compareat coram nobis suam, si poterit, innocentiam ostensurus, & nostris pariturus beneplacitis et mandatis: & quomodo nos concepimus reuocare omnia priuilegia bullata & predecessorum nostrorum sibi, liberis, fratribus, et posteris, aut officialibus suis concessa, ut poena tanti facinoris transeat posteris in exemplum. Item quod guardia & custodia ecclesiarum cathedralium vacantium, quas vocant regalia per abusum, non abutatur; nec vacationis tempore extendat manus ad cadendas siluas non caduas, vel ad vacuanda seu destruenda vinaria, & ad alia illicita ecclesijs ipsis damnosa, quodque habitationes, domus, & maneria non depereant: sed in statu congruo conferuentur, & massarie ouium & aliorum animalium debito teneantur in statu; & deductis expensis opportunis, necessarijs, et moderatis ad custodiam seu guardiam & perceptionem proventuum, quod residuum fuerit reseruetur futuris pralatis resignandum; & quod qui secus fecerit, non solum coram competenti iudice, sed etiam in tremendo iudicio cogetur reddere rationem. Item de gladio spirituali reddendo pralatis & personis ecclesiasticis, non obstantibus priuilegijs sibi, liberis, fratribus, & posteris suis, aut officialibus suis concessis cum Non obstantibus & clausulis opportunis,

Item aperiendi sunt oculi Regis super mutatione monetæ, bis a temporibus paucis facta in magnum damnum pralatorum, ecclesiarum, baronum, & ecclesiasticarum personarum & secularium; & quomodo ad restitutionem tenetur, et quod faciet emendari. Item reuocanda est memoria super suis & suorum malefactis & excessibus, de quibus fit mentio in litera nostra clausa, quam portauit dilectus filius Iacobus notarius noster. Pluribusque interiectis de Lugdunensis principatus controuerso iure, quod Bonifacius ad archiepiscopum & clerum Lugdunensem spectare contendebat, concludit: Item expresse denunciandum est Regi per Cardinalem eundem, quod si Rex predicta non correxerit & emendauerit taliter infra certum tempus, quod & nos & Apostolica sedes merito contentemur, quod a nobili viro Carolo Andegauia comite fratre eius, & ab eiusdem Regis nuntijs datum est nobis intelligi, ex tunc nos & sedes eadem super premisis prouidebimus statuendo, ordinando, declarando, & procedendo spiritualiter & temporaliter, prout & quando videbimus expedire.

Cum hæc Philippo Regi proposita fuissent, ad singula e suorum consilio respondit a. Quæ cum non placuissent Bonifacio, questus est b apud Carolum Valesium comitem, Philippi Regis fratrem, qui concordia interpretem se fore sponderat, iniecta ab ipso spe & expectatione delusum fuisse, minasque in Regem, ni obsequens esset, intentauit.

Carolo comiti Alanxonensi.

Literas dilecti filij nostri Ioannis tituli SS. Marcellini & Petri presbyteri Cardinalis nuper accepimus, continentes responsiones, quas magnificus princeps Philippus Francia Rex germanus tuus ad articulos fecit, quos Cardinalis predictus ex parte nostra presentauit eidem. Qui-

bus diligentius intellectis, & attentius perscrutatis, & in maturam deliberationem cum fratribus nostris deductis, mirati fuimus plurimum, & valde commoti, quia responsiones eadem certæ & examinatae veritati contradicunt; nec rationi congruunt, nec consonant æquitati, nec sunt tales, neque reperimus in eis illa, de quibus debeamus merito contentari, secundum fiduciam quam venerabilis frater noster P. Antifiodorensis episcopus & tu dedistis nobis, quando recessistis de Romana curia, in Franciam redituri: vnde ipsi Cardinali rescribimus, quod de responsionibus ipsis, sicut nec debemus, minime contentamur. Ad hæc nolumus te latere, quod nisi Rex ipse responsiones huiusmodi sic corrigat & emendet, quod exinde merito contentemur, cum contra Deum non sit homini deferendum, contra Regem eundem spiritualiter & temporaliter, prout expedire viderimus, procedemus. Dat. Laterani vi. kal. martij anno ix. ]

35 Non flexit hisce minis summus Pontifex Regem, sed irritauit amplius, intolerandumque videbatur regio consilio, controuersum Lugunensem principatum a Gallica corona Bonifacij sententia diuelli. Cum vero politicorum animi ad aliquod graue diffidium inuehendum vergerent, præfules Bonifacium, adiectis multis precibus, superiori anno præmonuerant, ut reuocandæ concordia & scandalis anteuertendis operam daret: Considerantes, inquit a, tam vehementem commotionem, turbationem tam periculosam & grauem, immo grauissimam Regis, baronum, & aliorum laicorum regni predicti; & iam cognoscentes apertius, quod antiqui hostis, pacis æmuli zizanieque satoris, qui a sua principio ruina conatur, ut ecclesiastica unitatem pacis turbatione rescindat, charitatem vulneret, sanctorum dulcedinem operum inuidie veneno fellis inficiat, humanumque genus euertat omnibus modis & perturbet, faciente nequitia, fœderis, unitatis, & amicitia singularis, quæ inter sepe ditam Romanam ecclesiam ac præfatum dominum nostrum Regem ac præcessores ipsius & regnum, ad laudem Altissimi, fidei Christiane profectum, & tam ecclesie quam Regis & regni honoris & exaltationis incrementa felicia hætenus viguerunt, dissolutioni et separationi flebili & lugubri, proh dolor! orta patent, ac insurgunt vndiq; frementia scandala, crescunt angustie ecclesijs ecclesiasticisq; personis, expoliationis ac honorum & rerum direptionis pericula intentantur; & cum abhorreant laici & prorsus fugiant consortia clericorum, eos omnino a suis consilijs, & actionibus abdicando, ac si contra eos proditorie factionis conscj, vel participes extitissent, & ad contemnendum censuram ecclesiasticam & processus, si quauis auctoritate fierent contra ipsos, iam se parant & muniunt in graue periculum animarum, & alia varia & diuersa pericula, quæ nec lingua referre sufficeret, nec posset scriptura differre, sunt in promptu; ad sanctitatis vestra prudentiam circumspectam in hoc summa necessitatis articulo prouidimus recurrendum, flebilibus vocibus, & lacrymosis singultibus paternam clementiam implorantes, ac supplicantes humiliter, quatenus salubre remedium in premisis, per quod firmata fides iam longo decursu temporis inter sacrosanctam Ecclesiam, Regem, & regnum, fructuose unionis & mutuae dilectionis integritas in antiqua charitatis dulcedine consuetus status ecclesie Gallicana in pulchritudine pacis et quietis optata remaneat; prospiciatur nobis, nostrisque statibus circa vestra predicta vocationis edictum, ac predictis periculis et scandalis

Sarcienda iniuria ob exultas lit. aposto. licas lit.

De non dissipatis bonis ecclesiaru.

Restitendo episcopis gladij spiritualis vsu.

Non defraudanda moneta.

Emendandis præteritis facinoribus. Lugdunensis ecclesie iure.

Superiori ep. 16. b. 26. b.



*alis obuietur, apostolica providentia studio, ac paternae pietatis officio dignemini providere. Conseruet Altissimus beatitudinem vestram Ecclesiae sua sancta per tempora longiora.*

Inter ea cum maledicta in se spargi in Gallijs ab aduersarijs accepisset Bonifacius, pridie kal. maij Albertum Regem Romanorum confirmatum aduersus Philippum hoc anno sollicitauit a. Qua re vulgata Parisijs XIII. mensis iunij eiusdem anni habitis cleri & procerum conuentibus, haereseos calumnia ac plurium infamia criminum b impacta est Bonifacio, atque ab illius sententia, quamcumque is tandem ferret, ad œcumenicum concilium pronocatum. Qua de re hac vitæ Bonifacij scriptor c: *Philippus Rex Franciae, grauem praesentens contra se motum Papae; considerans quoque, quod prauis iacula minus feriunt minusque laedunt, suum concilium Parisijs conuocauit, omnes praelatos, comites quoque & barones personaliter, omnesque communitates regni per procuratores idoneos, ad se Parisios venire perurgens, consilium & auxilium ab eisdem contra omnes homines petiturus, specialiter contra Papam Bonifacium intentio ferebatur, fitque rumor magnus in toto regno, turbatio cordium, & confusio rerum. Multi autem, qui videbantur esse columna Ecclesiae, metu, aut odio, aut quocumque motu alio sunt concussi, & pauci inuenti sunt, qui constanter steterint in aperto. Fueruntq; in ipso cõcilio, Parisijs in ecclesia B. Mariae congregato, publice obiecta crimina ipsi Papae, & titulus haereticus, nec non suo praedecessore viuente ingressus illegitimus & intrusus ad papatum, & quod ei parendum non esset tanquam haeretico & intruso: fitque ibidem contra ipsum Papam prouocatio ad concilium generale. Debinc mittuntur per regnum ad ciuitates & collegia regni nuncij ad publicandum in ecclesijs & collegijs praedicta, & ad perurgendum personas ecclesiasticas & religiosas quaslibet, vt appellationibus & processibus huiusmodi interessent, fuitque contra ipsum Papam facta publicatio vbilibet criminum obiectorum.*

Quae fuerint ea crimina, dicere non attinet, cum per calumniam conficta exploratum sit politicorum consilio, ne Bonifacij imperia audirentur a Gallis d, antequam se is ab obiectis criminibus purgasset. Philippi vero Regis ad concilium prouocatio his verbis concepta fuit e. *Licet, inquit, pudenda patris cuiuslibet proprio libenter pallio tegeremus, ob feruorem tamen catholicae fidei & deuotionem eximiam, quam ad sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem nostram & omnium fidelium sponsam Christi progenitorum nostrorum inhaerendo vestigijs gerimus, qui pro exaltatione & defensione ecclesiasticae libertatis et fidei proprium fundere sanguinem minime dubitarunt, fidei negotio & ecclesiae statui consuli cupientes, pro vitando dispendio scandali generalis nequeunt vltorius, urgente conscientia, sub conniuentia vel dissimulatione transire, &c.* Concludit demum se a censuris, quas Bonifacius f in eum distingere possit, ad cõcilium appellare. Audi sunt simile facinus plures principes, cum Romani Pontifices in ipsos ob patrata flagitia animaduertere pararent. Quibus permotus Pius II. in Mantuana synodo edita sanctione defixit quoscunque anathemate: qui a Pontificibus Romanis ad concilia prouocarent: qua de re inferius suis locis. Nunc ad Bonifacium redit oratio.

36 Auditis ille calumnijs in se confictis, obiecto haereseos crimine, prouocatione ad concilium, alijsque perperam gestis XI II. iunij in nefarijs Parisiensibus conuentibus, plura edicta ad improbo-

rum hominum audaciam retundendam tulit: in quibus cum multa aduersus Philippum sanciret, illa Clementis V. iussu erasa e regesto fuere, relictis ijs tantummodo, quibus Bonifacius obiectum haereseos crimen diluebat, traditama Christo defendebat auctoritatem, temeritatemque prouocationis ad concilium factae arguebat: quae nos vt iacent a, afferemus. Praecipua porro rerum eo edicto comprehensarum sententia illustratur his verbis, in margine descriptis: *Litera contra processus, & appellationem Regis Franciae.* Praefixus vero mutilae sanctioni hic titulus.

*Ad perpetuam rei memoriam:*

Nuper ad audientiam pluribus erasis, haec verba seruata: Sed vbi auditum a seculo, quod haeretica fuerimus labe respersi? Quis nedum de cognatione nostra, immo de tota Cãpania vnde originem ducimus, notatur hoc nomine? [pluribusq; expunctis:] Et ecce Sancti Israel, idest Dei vicarius, hic & Petri successor, cui dictum est: *Pasce oues meas.* Et: *Tu es Petrus & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi nõ praeualebunt aduersus eam. Et quodcumq; ligaueris super terram erit ligatum & in caelis: et quodcumq; solueris super terram erit solutum & in caelis.* Propter quod qui in nauis Petri non est, peribit naufragio; qui in ea est, oportet, quod gubernatoris gubernationi subsistat. [rasis alijs]

Nunquid si super haeresi nobis imposta . . contra nos petatur a nobis, sine quo congregari non potest generale concilium, istud in exemplum tam detestabile; maxime vt omittamus ad praesens de excommunicatione multiplici, qua imponentes tenentur astricti calumniatoribus malo, vt ex pluribus patet praecedentibus, zelo; ac etiam inimicis, aut eis confederatis, quibus colligati sunt, etiam concedemus, taliterque somentum dabimus huic pesti? Nempe quos in aliorum praelatorum persona ex praedictis causis secundum scita canonum, repellere deberemus, illos in nostra sine alicuius iniuria, si nobis & fratribus nostris videbitur, poterimus merito refutare] Cetera erasa sunt. *Datum Anagniae XVII. kal. septembris anno IX.*

Quae fuerint porro illa, quae a Clemente concordia studio deleta sunt, facile e Benedicti XI. literis colligitur b, quibus Bonifacij aeta in Gallos reuocauit, traditque ipsum anathemate & interdicto, alijsque censuris Gallos perculisse, illorum hostes amplissimis ad eos magis concitandos priuilegijs exornasse; concessa vero ab Apostolica sede Gallorum Regibus deleuisse: aggressum seditiones inter Gallos serere, ipsosque praestiti Philippi Regi sacramento religione liberos pronuntiasse, Gallici regni limites suis circumscripsisse literis, quibus Gallicae genti grauia mala inuexit.

37 Ceterum questus est Bonifacius, Nicosiensẽ archiepiscopum nascentem hanc Pontificem inter ac Regem Francorum discordiam auxisse; atque vbi illum exulceratum in sedem Apostolicam cognouit, in grauiores iras concitasse: ob quod scelus illum hoc diplomate dignitate priuauit. c

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Quanto in Ecclesia Dei venerabilis frater noster Gerardus archiepiscopus Nicosiensis, si dici \* venerabilis, locum obtinet altiozem, tanto nos & Apostolicam sedem maiori deberet studio reuereri, summo opere praecauendo, ne nos, & sedem eandem offenderet, aut aliquibus iniurijs prouocaret. Sed ipse, prout accepimus, in reprobum sensum datus, contra sedem praedictam & nos, qui eum ad archiepiscopalem proueximus dignitatem, calcaneum erigere satagendo, mandatum, quod

Lib. 9. ep. cur. 53.

Non admittenda nefaria Philippi prouocatio.

Non admittenda nefaria Philippi prouocatio.

b Bened. XI. ep. cur. 145.

Galli sacrame nro fidei Philippi praestitæ liberati.

c Lib. 9. ep. cur. 55.

Nicosiense archiep. Philippum Reg. exasperat in Pontificem.



pridem a nobis, dum esset apud sedem prædictam, receperat, ut ad ecclesiam suam accederet, vilipendens nobisque illudens, ad partes Burgundiæ properavit: ibique audito, quod Philippus Francorum Rex a nostra & dictæ sedis reuerentia deuabatur, nobisque se reddebat rebellem, ad ipsius Regis se præsentiam contulit, ac apud eum & in illis partibus moram trahens, ipsum Regem callidis commentis ad huiusmodi rebellionem instigat, & fouet in ea, ac alias ibidem contra nos & sedem prædictam dolos concinnat, & machinatur quos potest. Nos autem, nolentes quod prædicta Nicosiensis ecclesia sub eius umbra spiritualiter vel temporaliter dispendium patiatur, seu quod eiusdem ecclesiæ bona, quam taliter contra mandatum nostrum deseruit, perueniant ad eundem; ipsum ab administratione bonorum omnium spiritualium & temporalium dictæ ecclesiæ apostolica auctoritate suspendimus vsque ad nostram & dictæ sedis beneplacitum voluntatis, alias contra eum nihilominus processuri, prout ceruicostatis suæ culpa exegerit, nobisque videbitur expedire. Nulli ergo, &c. *Dat. Anagninæ xviii. kal. sept. an. ix.*

Ecclesiæ administratione deicitur

Ep. cur. 59. Philippus Rex sibi aduersantes exilio afficit. bib. ep. 56.

ibid.

38 Suspensa vero tunc Gallia ingentis alicuius periculi terrore laborabat, cum illius hostes obaudiam inter Regem & Bonifacium discordiam magis ferocirent, compluresque ambigerent, an Regi an Pontifici obtemperandum esset. Maxime exagitati fuere theologia & iuris vtriusque doctores, quorum aliqui, cum regis voluntatibus se accommodare detrectarent, in exilium pulsi sunt: in alios vero Bonifacius commotus diplomate pontificio vetuit, quemquam ab ipsis laurea doctorali insigniri, donec Philippus Rex in gratiam cum Ecclesia redisset.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sedes Apostolica, sicut totus fere orbis facti euentia didicit, regnum Francorum, eiusque Reges tam antiquis, quam modernis temporibus magnis dotant largitionibus gratiarum, & amplis privilegijs communiuit: quæ si Philippus Rex Franciæ in examen debita considerationis adduceret, dictam sedem & nos, quos præcipue habuit ad sua beneplacita promptos, liberales in gratijs, & in cunctis opportunitatibus gratiosos, contumelijs non conaretur afficere, nec iniurijs prouocare; sed ad nos & ipsam ex debito gereret affectum deuotionis, & reuerentiæ specialis. Verum Rex ipse huiusmodi beneficiorum immemor, & gratiarum oblitus, elatus in superbiam, & in reprobum sensum datus, contra nos & sedem eandem tanquam impinguatus recalcitrans, non solum ab eiusdem sedis & nostra se deuotione subtraxit, sed se nobis constituendo rebellem, in illam omnium pessimam speciem ingrati tudinis incidit, qua pro bonis mala, pro gratijs contumeliæ, ac pro beneficijs maleficia compensantur.

Graues de Philippo queræ.

Adempta doctoribus concedenda magistrals iurisdictionis.

Quia vero dictus Rex non solum alios de dicto regno, sed & magistris & doctores, baccalarios & scholares existentes in studijs regni prædicti ad huiusmodi rebellionem secum trahere satagit, & iam eorum aliquos traxit; quos autem trahere non valet, a regno eicit & excludit prædicto; nos nolentes, quod ob fauorem vel timorem ipsius aliqui a nostra & eiusdem sedis reuerentia deniantes, & alias minus idonei cathedralium possint ascendere magistralem; omnes de regno prædicto, potestatem habentes dandi licentiam, regendi, seu docendi, ac approbandi volentes licentiam huiusmodi obtinere in theologica facultate, ac iure canonico & ciuili, ab huiusmodi potestate, donec

idem Rex ad nostra & eiusdem sedis mandata cum satisfactione debita reuertatur; apostolica auctoritate suspendimus; districtius inhihentes eidem, ne interim aliquibus dictam licentiam concedere quoquo modo præsumant; ac decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super hoc a quoquam scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c. *Dat. Anagninæ xviii. kal. septemb. anno ix.*

39 Iactati eadem procella ecclesiarum præfules, quorum nonnulli in Regis sententiam desistere: constantiores regno amandati. Quo accepto Bonifacius, ad suas partes confirmandas vacantibus ecclesijs præfules imponendi munus sedi Apostolica reseruauit, donec Philippus ipsi conciliatus fuisset.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sedes Apostolica &c. ut supra in proxima, vsque: Quia vero idem Rex præcipue prælatos dicti regni ad huiusmodi rebellionem & in deuotionem secum trahere satagit, & iam eorum aliquos traxit, quos autem trahere non valet, a regno eicit & excludit prædicto; nos nolentes, quod ob timorem vel fauorem ipsius, vel alia quacunque de causa in ecclesijs cathedralibus & regularibus dicti regni aliqui præficiantur, qui nobis & dictæ sedi fideles, deuoti, & alias idonei non existant; omnes prouisiones dictarum ecclesiarum, si quæ forsan vacant ad præsens, vel cum eas vacare contigerit, dispositioni nostræ ac dictæ sedis, donec idem Rex ad nostra & eiusdem sedis mandata cum satisfactione debita reuertatur, auctoritate apostolica reseruamus; districtius inhihentes omnibus & singulis, ad quos in dictis ecclesijs prælatorum electiones, vel ipsarum electionum confirmationes, aut quæcunque dispositiones pertinent earundem, ne contra reservationem huiusmodi quemquam eligere, seu electionem aliquam confirmare, aut alias de ecclesijs ipsis disponere quoquo modo præsumant; ac decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super hoc a quoquam scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo &c. *Dat. Anagninæ xviii. kal. septemb. anno ix.*

40 Dum hæc ac alia superiora Bonifacius in Philippum Regem Francorum antea decernebat, plurimæ decernere meditabatur, ut pontificijs edictis constringeret reos, quamuis ad eorum notitiam non emanarent, hanc sanctionem tulit.

Ad perpetuam rei memoriam.

Rem non nouam aggredimur, neque viam insolitam ambulamus, sed anterioris iuris calcatam vestigijs præsentis constitutionis indubitato roboramus suffragio, & inconcusso munimine stabilimus. Est siquidem iam sancitum, quod propositum publicæ citationis edictum eum ardet, qui impedit, aut facit, etiam se celando, ne ad eum possit peruenire citatio, appareatque contumax, qui sic agit; quodque in albo prætoris huiusmodi edicta proposita suæ iurisdictioni subiectos arceant & astringant magis, quam si voce præconia, quæ innotescit paucis, vel literis citarentur. Ius enim, quod talem modum citationibus posuit, violenter præsumpsisse credendum est, ut quæ in eodem albo tot ipsius albi publicum locum frequentantium oculis paterent legenda ad citati notitiam deuenirent. Vnde ad præbendam omnibus eorum, quæ sanciantur plenam lectionem & notationem mandatur, legem tabulis aut lapidibus sculptam sanctissimæ ecclesiæ describi porticibus, & affigi.

Præmissis igitur in debitam considerationem deduc-



deductis, ac in lance irrefragabilis rationis appensis, nos qui vniuersis, disponente Domino, præesse dignoscimur, volentes per hanc nouellam constitutionem nostram aliquid circa prædicta statuta expressius inueniri, declaramus de fratrum nostrorum consilio, & nihilominus hoc edicto perpetuo valituro firmamus & statuimus, vt citationes auctoritate apostolica de quibuscunq; personis, vnde cunctis, & vbicunq; sint, cuiuscunq; status, dignitatis, vel præminentie, ecclesiasticæ vel mundanæ, etiam si imperiali aut regali fulgeant dignitate; præsertim si impediunt, vel faciant per se vel alios quoquo modo ne citationes ipsæ ad eos perueniant, ex quacunque causa faciendo vt citandorum domicilia siue loca tute vel libere adiri non possint; cum, prout scriptum est, existimare debeamus an eo ire liceat vbi est citatio facienda; prouide ad instar edictorum præfatorum propositorum in albo prætoris etiam extra solemnes dies, in quibus Romani Pontifices suos sacere cõsueverunt generales processus publice id nobis specialiter & ex certa scientia iubentibus, factæ in audientia literarum nostrarum, aut in aula nostri palatii postmodum assignandæ ianuis maioris ecclesiæ loci, in quo Romana communis omnium Christiani populi nationum residebit curia, vt cunctis possint parere, & ita deferri citatis sic valeant, ac ardeant citatos post terminum lapsum, quem cõsiderata locorum distantia volumus citationibus ipsis competentem apponi, sicut si ipsos personaliter apprehendissent; non obstantibus aliquibus priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis, generalibus aut specialibus, quibuscunq; personis pontificali, imperiali, regali, vel alia ecclesiastica seu mundana dignitate præditis, alijsque inferioribus, seu ecclesijs, monasterijs, locis, collegijs & vniuersitatibus, in quacunque verborum forma concessis, per quæ talium citationum effectus possit quomodolibet impediri, etiam si de ipsis & eorum totis tenoribus de verbo ad verbum aut de proprijs nominibus personarum, & infra, oporteat in nostris literis fieri mentionem. Nulli ergo &c. *Dat. Anagninæ xvi 11. kal. septembris anno 1303.*

41 Intentus scribendis edictis Bonifacius ab hostium insidijs non cauit, atque in eorum cecidit a potestatem. De quo funesto casu hæc tradit Bernardus: Eodem anno millesimo trecentesimo tertio in vigilia natiuitatis B. Mariæ Virginis, dum Bonifacius Papa Anagninæ in patrio solo & ciuitate propria originis cum sua curia resideret, vbi tutus esse amplius merito crederetur in gente sua, & populo, & natione, ibidem consijs aliquibus domesticis suis proditus fuit, captusque, atque tentus: & thesaurus suus atque ecclesiæ deprædatus, & asportatus, non sine ignominia ecclesiæ & dedecore grandi. Cardinales vero timentes, relicto eo, fugerunt, duobus exceptis, scilicet domino Petro Hispano Sabinenfi & domino Nicolao Ostiensi episcopis. Cuius captiouis & sceleris vexillifer fuit Guillelmus de Nogaret de S. Felice, diocesis Tholosana, complices & consentaneis Columnensibus, ex quibus duos olim decapellauerat Cardinales. Super ipsum itaque Bonifacium, qui Reges & pontifices, ac religiosos, ceterumque ac populum horrendo tremere fecerat & parere, repente timor, & tremor, ac dolor vna die pariter irruerunt, aurumque nimis sitiens perdidit & thesaurum: vt eius exemplo discant superiores prælati non superbe dominari in clero & populo, sed forma facti gregis ex animo curam gerere subditorum, priusque amari appetant quam timeri.

Induisse pontificalia ornamenta & Christi e cruce pendentis effigiem amplexum manibus, vt honeste moreretur, cum irruptionem hostium sensit, Ptolemæus Lucensis a, & Iordanus b scribunt, quibus etiam Ioannes Villanus c & S. Antoninus d consentiunt, cuius verba repetimus: *Animaduertens, inquit, ciuitatem captam & palatium suum, iudicauit se mortuum; sed vt magnanimus & imperterritus ait: Ex quo proditorie sicut Iesus Christus captus sum, & deditur in manibus inimicorum, vt occidat, vt Papa mori decerno. Et fecit se parari vestibus sacris cum pallio seu ammanto B. Petri, & corona aurea a Constantino Siluestro Papa collata, & cum clauibus, & cruce in manibus resedit in papali throno. Ad quem accedens dictus Sciarra cum alijs suis inimicis, verbis contumeliosis aggressi sunt Pontificem, & deriserunt circumstantes eum, & familiares eius, qui cum ipso remanserant. Inter alios eum illudit dominus Guillelmus de Lungbareto, qui pro Rege Franciæ tractatum duxerat capturæ Pontificis, & minatus est ei, quod ligatum ipsum duceret Lugdunum, & in generali concilio solemniter deponeretur. Cui Papa, non corde deficiens, respondit: Patienter feram, me condemnari & damnari & deponi per Paternos, cuiusmodi ipse erat cum progenitoribus suis, vt Patrenis igne combustis. Quibus verbis confusus dominus Guillelmus cum rubore reticuit. Domino autem disponente ob dignitatem Apostolicæ sedis, nemo ex inimicis eius ausus fuit mittere in eum manus, sed indutum sacris vestibus dimiserunt sub honesta custodia, & ipsi insistebant prædæ, diripientes thesaurum eius & ecclesiæ, quem in palatio Papæ inuenerunt.*

Permansit Pontifex ipse custoditus tribus diebus: tertia autem die surrexit a custodia liber sine precibus alicuius aut procuratione, Domino illustrante & velamen sua cæca ingratiitudinis a populo Anagninæ auferente. Recognoscentes ergo errorem suum ciues Anagninæ, cum populo arma corripuerunt in fauorem Anistitis, clamantes per urbem: *Viuat Papa & moriantur proditores: & discurrentes per ciuitatem Anagninam eiecerunt Sciarræ de Columna suosq; complices de ea, pluribus ex eis captis, & alijs occisis. Liberatus igitur Pontifex Bonifacius cum familia sua, dolore nimis absorptus ex tanto dedecore, cum tota curia inde discedens, Romam remeavit ad S. Petrum, disponens concilium conuocare ob iniuriam sibi & ecclesiæ factam vindicandam contra Regem Franciæ.*

42 Deductum Romam fuisse a Matthæo Cardinale Ursino magna clientum comitatu obseruat Card. Baronius e: additque Iacobus S. Georgij f ad velum aureum diaconus Cardinalis maxima pompa & armorum apparatu exceptum a Romanis: adeo vt nusquam tanta gloria fulgere sit visus. Verum acceptæ iniuriæ dolore breui confectus obiit, vt idem auctor, horum omnium spectator historiæ subditis verbis prodidit.

*Multa facit multosque iuuat, multique grauatos  
Se reputant. Nonus dum sic elabitur annus,  
Heu grauis alluuiæ, funesta, & morbida nostris,  
Nec seclis audita lues prerumpit, & audens  
Ingruit. En capitur residens sublimis in alta  
Sede Petri summa, Christi que vicarius vrbe.  
Vrbe sua, tectisque suis, manibusque suorum  
Quaque satus, raptis congestis vndique gazis.  
Qui scelerum auctores? Quæ causa est? quidus  
Quid loquimur? (repensum?)  
Irruit in stolidos plebs docta furentibus armis,  
Hos cerebro, quosdamq; manu, quosdamq; recisis  
Naribus euertit, capitur qui maximus horum*

a Ptol. Luc. hist. eccl. M. S. l. 24. cap. 36.  
b Iord. M. S. Vat. sign. n. 1960.  
c Io. Vill. l. 8. c. 63.  
d Anton. 3 p. 21. 20. c. 8. S. 21.  
Eius inter hostes cõstantia.

Refringit minas.

Ab Anagninis liberatur.

e Baronius in M. S. sched. f Iacob. Card. S. Georgij ad vel. aur. l. 1. de canoniz. S. Petri de Murrone c. 11.  
Romam deducitur



Insignis  
Bonifacii  
in captum  
hoste cle-  
mentia.

Suscipitur  
a ciuibus  
magnifi-  
centissime.  
Morbo  
decubit.

Mortitur  
fidei  
orthodo-  
xæ formu-  
lam profi-  
teretur.

Diuina  
de Philip-  
po Rege  
vltio.

a 10. Vill.  
l. 9. c. 65.  
Paul. Aemil.  
ac  
Gaguin in  
Phil. Pul-  
ch. & alij.  
b. S. Ant.  
vir. 20. c. 8.  
S. 31.

Predicta a  
Morianensi  
episc. viro  
sancto.

e Ps. 104.  
d. Zachar. 2.

e 10. Vill.  
8. c. 64.

Anagnina  
magnis  
cladibus  
diuinitus  
afflicta.

f Papy.  
Masson. in  
Bon. VIII.

*Extiterat, summusque pater iam carcere liber  
Protinus hunc soluit rediens festinus in aliam  
Vrbem, quippe sacram, miro circumdatus orbe,  
Vallatusque armis. Omira potentia tantis  
Enodata malis! Nunquam sic glorijs armis,  
Sic fustus susceptus ea, cleroque decorus,  
Insignis fuit, cunctos ubi ferrea texunt.  
Prima patrem sedes Lateranensis suscipit: inde  
Actheri Petri, cuius miracula seculo  
Clara patent. Siquidem propriū defendere seruum,  
Tutarique patrem cura est deuotius illi  
Obnixum, tumulumque suum procumbere templo  
Clauiger imperitat. Pauco nam tempore fluxo,  
Decursoque die, lecto prostratus anhelus  
Procubuit, fassusque fidem, veramque professus  
Romana ecclesie, Christo tunc redditur almus  
Spiritus, & saui iam nescit iudicis iram.*

*Sed mitem placidamque patris, ceu credere fas est.  
43 Bonifacio vita functo, quamquam visus est  
Galliarum Rex ex imminente periculo euolasse,  
quod Bonifacius in eum conlasset, non tamen  
diuinas iras euasit, cum ipse plura aduersa ex-  
pertus plenam dedecore donum regiam luxu-  
rit 2, tristisque occubuerit lethi genere: eius ve-  
ro stirps quæ florentissima erat, breui exaruerit,  
sceptrumque in Caroli Valensiaci filios traductum  
fuerit. Cæterum scribit Sanctus Antoninus b. cap-  
to Bonifacio nuntios contentis itineribus, vt de  
re gratissima ad Philippum missos, ac tum ab epi-  
scopo sancto diuinam vindictam prænitiam fuisse.*

*Cæ per ciuitatē Morianensem, quæ est post transitū,  
transiret nuncius, ista referens, episcopus ciuitatis, qui  
erat religiosus & sanctæ conuersationis, hæc cum au-  
disset, coram multis ait: Hoc nouum dabit magnum  
gaudium Regi Francia: sed extrema gaudij luctus  
occupabit; nam propter tantum excessum notabile  
iudicium Dei irruet super eum & progeniem eius:  
magnas ipse luet pœnas, aduersa multa patietur, &  
plurimi insurgent contra eum & filios eius. Quod  
totum impletum est non multo post tempore: & hoc  
ideo scriptum est, vt hoc exemplo ceteri illud obser-  
uent oraculum: Nolite tangere christos meos c.  
Qui enim vos tanget (ait Deus per prophetam d) tan-  
git quasi pupillam oculi mei. Hactenus S. Antonius,  
qui ea ex Ioanne Villano e, latinitate donata  
deceperit.*

*Fuere etiam Anagnini triste diuinæ vindictæ  
monumentum, quamuis aliquibus liberato Bo-  
nifacio, eiectionisque proditoribus, crimen expiatisse  
videri potuissent: ea enim ciuitas, quæ antea po-  
pulorum frequentia, opibusque affuebat, adeo  
postea afflicta diuinitus attritaque est, vt cum de  
tot calamitatum causa in publico vrbs concilio  
quereretur, responsum fuerit, seruire in eos Nu-  
men diuinum ob patrum prodicionem, cum ob id  
execratione ecclesiastica defixi numquam rite ex-  
piati fuissent, vt ex Alexandro Bononiensi refert  
Papyrius Massonus f: Quo in statu Anagnina fuerit  
post illum repentinum insperatumque Bonifacii ca-  
sum, Alexander Bononiensis in descriptione Latij  
Hernicorumque gentis refert bis verbis: Anagnina  
vrbs antiquissima semirutæ prope ac desolata iacet.  
Cum nobis anno a Christo nato MDXXVI. transitus per  
eam incidisset, ingentibus ruinis, maximeque palatij  
a Bonifacio Pontifice Romano, quem supra compell-  
laumus, edificati, summa cum admiratione mise-  
rationeque spectatis, causam cladis a quodam ex  
optimatum numero interrogato didicimus, Bonifa-  
cii Pontificis capturam: quippe ex illo die vsque in  
presens varijs occasionibus vrbs inuisse præcipitem &  
adeoque bello, pestilentia, fame, plurimum vero ei-*

*uilibus odijs in hanc calamitatem redactam: intesti-  
nis enim contentionibus alios ab alijs eiectionis, pulso-  
rum adibus incensis, vicissimque per vim se re-  
stituentium eosdem spiritus, eandem belli rationem in  
aduersarios fuisse. Hanc ob rem non pridem, cum  
a paucis, qui supererant, ciuibus in cætu consilio-  
que communi de malorum causa quaesitum anxie esset,  
tandem hanc occurriffe, quod maiores illorum, Bo-  
nifacio Pontifice prodito, se grauissimo scelere deuin-  
xissent, idque quoniam hætenus expiatum non fue-  
rat, ideo Clemente VII. Pontifice obtestato, vt epi-  
scopum ad se mitteret aliquem, qui populum ab illa  
maiorum noxa liberaret expurgaretque. Hoc de-  
mum, precibus ac votis rite pro incolis factis, vt ab  
anathemate, quo ob manus Pontifici maximo vio-  
lenter iniectas adhuc erant obstricti, absoluti Deo ha-  
berentur, executum.*

*44 Scripsere nonnulli auctores indigna admo-  
dum de Bonifacio, vt qui ab hostibus iactata in-  
consulte literis mandarint, interque alia ex do-  
lore actum in rabiem, & proprias carnes rosisse:  
quorum mendacia vel ex ipsa corporis, quod  
post trecentos annos corruptionis experts inuen-  
tum est, inspectione patuerunt: cum enim in S. Pe-  
tri basilicæ facello, quod eximio cultu condide-  
rat, vt viuens curauerat, sepultus fuisset, atque  
Paulo V. Pontifici ex Cardinalium consilio visum  
esset veterem S. Petri a Constantino extructæ ba-  
silicæ partem, quæ supererat vetustate inclinatis  
parietibus collabentem demoliri, vt magnifico  
opere reficeretur, facellum S. Bonifacio sacrum, in  
quo huius Bonifacii sepulcrum erat, euertendū  
fuit, illiusque corpus corruptionis immune  
magna astantium admiratione repertum est, vt  
publicæ tabulæ tunc in Vrbe ad rei memoriam  
transfundendam posteritati a Grimoaldo notario  
consecræ testantur.*

*In nomine Domini amen. Anno a natiuitate  
eiusdem Domini nostri Saluatoris Iesu Christi mil-  
lesimo sexcentesimo quinto, indictione tertia, die vero  
martis, undecima mensis octobris, pontificatus sanctissi-  
mi in Christo patris & domini nostri domini Pauli  
diuina prouidentia Papa V. anno eius primo, &c.  
Amota statua Bonifacii, instar defuncti quiescentis  
cum tibiara tribus coronis ornata, alijsque papalibus  
insulis, & tabula marmorea, quæ arcam cum stem-  
matibus eiusdem Bonifacii, vnderum scilicet dua-  
rum cærulei coloris per obliquum in campo aureo te-  
gebat, reperta fuit capsula lignea ex abiete intus, in  
qua erat corpus supradicti D. Bonifacii Papa VIII.  
alta a terra palmis decem in maiori naui inter por-  
tas Rauennianam & iudicij capsula ipsa lignea longa  
palmis 8.  $\frac{1}{2}$  lata palmis 2. & unc. 5. delata fuit in sa-  
crarium: ubi presentibus dominis vicario, cano-  
nicis, archiepiscopo, episcopo, & duce ac magno po-  
pulo, meque notario, &c. fuit aperta, & visum ab om-  
nibus corpus ipsius recolendæ memoriæ Bonifacii  
VIII. adhuc integrum & incorruptum sacris vesti-  
bus ornatum. Et infra.*

*Bonifacii VIII. corpus mensuratum est in  
longitudine a vertice capitis ad plantam pedis palmo-  
rum 7. & quartorum trium. Caput in rotunditate  
palmorum duorum & quarti vnius, & vt periti me-  
dici ac chirurgi affirmarunt, ex maiori parte caluum  
erat, præsertim in summitate. Cutem capitis, nec  
non membranas superiores & inferiores, tegentes  
oculos, genas pingues, frontem latam, mentum sine  
barba (nam vixus rasus erat) cartilagines aurium  
mediocres foris prominentes habebat, facies, quamuis  
nasus & labia corrupta, seueritatem magis quam  
bilaritatem ostendebat. Dentes omnes, & quidem*



magnos & firmos, prater duos sub labio superiori, cui viuenti deerant, habebat: sano ac robusto fuit corpore, ut periti iudicauerunt.

In cingulo palmorum trium cum dimidio. Manus habebat longas & pulchras palmi vnus breuis, cum unguibus longis, signis venarum & neruorum, adeo ut videntibus summam inijceret admirationem, quomodo per tot annorum curricula tam integra & incorrupta conseruata fuissent. Pedum quilibet palmum vnum continebat. Genua, tibia, & reliqua corporis cum carne exsiccata, sana & incorrupta cernebantur, &c. Acta sunt hac Roma in basilica S. Petri & in sacrario eiusdem respectiue, templo scilicet rotundo, quod antiquitus dicebatur S. Andreas, hora xxiv. die, anno, mense indictione ac pontificatu, de quibus supra.

Quod ad gesti ab eo pontificatus tempus atinet; illud Card. Baronius ita consignat a: Sedit annis octo, mensibus novem, diebus xvi. Renunciatus enim fuit Pontifex, vt vidimus, ix. kal. ianuarij, ipso nimirum natalis Domini priuilegio, anno mcccxciv. obiit vero hoc anno v. id. octobris: quod etiam ex allato Iacobi Card. carmine colligitur.

45 Orba pastore Ecclesia, purpurati patres, ad quos creandi Romani Pontificis munus spectabat, in Vaticano palatio, vbi extremum diem Bonifacius obierat, ad sacra comitia celebranda conuenere: paucisque, vt refert Ioannes Villanus b, lapsis diebus communibus votis in eligendo Nicolao episcopo Ostiensi, non sine diuini Numinis arcano consilio, ob egregia virtutum signa, quæ in ipso emicabant, consensere. Expauit ad oblata dignitatis maiestatem vir sanctus, Christiana animi demissione insignis: ne tamen Ecclesiam in seditionum fluctus conijceret, onus pontificium admisit, Benedictus XI. (quamuis si res ad accuratius examen reuocetur, decimus nuncupandus sit) nomen sibi adsciuit, accepta in pontificium symbolum hac sententia c: *Illustra faciem tuam super seruum tuum.* De cuius tum obscuris inijtibus tum incrementis, e quibus ad augustissimum dignitatum omnium apicem assurrexit, hæc sanctus Antoninus affert. d

Is prius vocatus est Nicolaus, qui in seculo fuit vilissimæ conditionis de Treuisio (alias Taruisio) & inde Venetias accessit, pueros docens in grammaticilibus, vt paupertatem suam sustentaret. Ingressus autem ordinem Prædicatorum, non segniter conuersatus, virtutibus & scientia se dedit, vt in modico tempore doctissimus euaserit, magna memoria, & acris ingenij, omnibus amabilis. Et in ordine per omnes dignitates gradatim ascendens, ex subprior effectus, ex prioratu conuentuali ad prouincialem ascendens; inde in magistrum ordinis generalem electus, a Bonifacio VIII. propter scientiam & probitatem suam inter cardines terræ constitutus, de mum cathedram Petri ascendit.

46 His consentientia Ioannes Villanus d in Florentina historia, ac Ioannes Bonifacius e in Taruisina tradunt, quorum postremus hæc de illius natalibus scribit: e Boccasio de Boccasini notario Taruisij oriundum, emensis apud Dominicanæ familiæ religiosos viros pluribus honorum gradibus, ac doctissimis in Psalterium, Iob, atque Apocalypsim commentarijs editis, insigni cum virtutis ac scientiæ laude floreret, a Bonifacio in numerum Cardinalium cooptatum, ornatumque S. Sabinæ titulo, Ostiensi postea episcopatu admotum fuisse. Impositam illi difficillimam prouinciam sedandæ Vngariæ, quæ intestino atque externo bello consistebatur, superius vidimus f in

ea legatione, in qua plurimos labores tulit, ab ipso Venceslao Regem Boemiæ vna cū filio, qui Vngariæ regni insignia corripuerat, & Carolū iudicio postulatōs reuersumq; ad aulam pontificiam Bonifacio inter hostium minas & tumultus intrepide adstitisse vna cū Petro Hispano, ne grauius aliquid in eum hostis moliretur. Ob ea vero aliaque ornamēta virtutum ad solum apostolicum euectus, vt prudentia singulari erat præditus, mox sopiuit Vrbs intestina bella, vt Iacobus Cardinalis cecinit carmine hoc. b

Roma nouis concussa fremit, sauumque minatur Martis opus: captas timor est proripere flammās, Et clarere palam: stipulas ceu conditus ignis Incendit facile. At Christi clementia tantis Occurrit, lymphasque iacit: Benedictus eodem Tempore suscipitur vir clarus.

At præstat ipsum Pontificem, post acceptas apostolicas infulas de suis primordijs differentem, audire in literis encyclicis ad Christiani orbis præfules, quibus de electione sua certiores factos, ad explicandam ferendo tanto oneri opem adhortatur, ac diuinæ prouidentia, quæ ipsum sensum extulisset, angusta consilia adorat.

Benedictus episcopus seruus seruiorum Dei venerabilibus fratribus archiepiscopo Mediolanensi, & eius suffraganeis salutem & apostolicam benedictionem.

47 Opera diuinæ potentia plerumq; mens humana miratur, dum mirabiles personarum & temporum immutationes attendit, in quorum contemplatione sensus hominis hebetatur, dum conatur perquirere inuestigabiles vias Domini, & eius occulta consilia perscrutari. Ipse namque nonnumquam potentes humiliat, ponit humiles in sublimi, & dispensat munera gratiarum, plenam & perfectam habens ad singula, tanquam palmo concludens omnia, potestatem. Nos autem nimirum in admirationem protrahimur, ac timor & tremor nos vehementer inuadunt, dum inframentis arcana reuoluimus quot & quantas immutationes receperit hæctenus status noster, qui ab olim ordinem fratrum Prædicatorum professi, putabamus abieci esse in domo Domini, cum humilibus seruis eius, & sub obedientia iugo Creatori reddere votum nostrum: sed diuini dispositione, consilij post ministeria varia, in ordine prædicto nobis imposita, suscepimus magistri generalis officium; ac subsequenter ad Cardinalatus apicem dignitatis per Apostolicam sedem assumpti, cum aliquamdiu nostri ministerij debitum in gradu sacerdotij egissemus, præfecti fuimus per sedem eandem in episcopum Ostiensem. Nouissime vero fratrum nostrorum instantia, prout series infrascripta declarat, nos subire coegit sarcinam apostolicæ seruitutis.

Nuper enim felicitis recordationis Bonifacio Papa VIII. prædecessore nostro, sicut Domino placuit, de hac luce substracto; & sicut speramus, post labores impensos ad præmium euocato, eiusque corpore cum exequiarum solemnitate debita radito ecclesiastica sepultura, nos tunc, vt prætangitur, episcopus Ostiensis, ceterique fratres nostri episcopi, presbyteri, & diaconi S. R. E. Cardinales ad tractandum de Romani substitutione Pontificis in palatio S. Petri de Vrbe, in quo decesserat pridem ipse, conuenimus: nobisque ac ipsis ad id eligentibus per viam procedere scrutiniij, contigit illo faciente, qui concordiam diligit, quod vnico facto ac publicato scrutinio, tantafinaliter in votis eorumdem fratrum est inuenta.

a Henr. Rehdorfio annal. A. 1302. n. 19

b Iacob. Card. S. Georg. ad velaur. l. 2. de canoniz. Ca. lest. a. 12.

Ex ea dignitate ad Ostiensem episcopatum euectus.

De diuina prouidentia arcanis proloquitur.

Vt variorum dignitatum gradus gesserit.

Communitibus Cardinalium suffragijs Pontifex pronuntiatu sit.

Quibus moribus prædicator fuerit. Baronius in notis M. S. & alij plures. Nicolaus Ostiensis episcopus Bonifacio subrogatus. 10. Vill. hist. Flor. l. 8. c. 66. Prol. Luc. hist. Ital. M. S. l. 24. c. 138. Benedicti XI. nomen accipit. De illius primordijs. Formul. Mar. Ebu. li M. S. Vatic. pag. 56. Ignobilis genere patria Taruisinus fuit. 4 S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 9. in princ. Grammaticam docuit Venetijs. Prædicatorum ordinem ingressus. Ob præclaras virtutes varios honorum gradus emensis. 10. Vill. ubi sup. Bonif. Taruis. hist. l. 6. Creatus presbyter. S. Sabinæ ex magistro Prædicator. Anno Christi. 1301. n. 4. &c.



concordia, quod per eos de nobis, licet immeritis, fuit ad apostolatus officium 11. kal. nouembris proxime futuri electio celebrata. In quo præ admirationis magnitudine redditi, nec immerito, sumus attoniti: stupor nostrum animum hebetauit, eumque timor & tremor pariter concusserunt. Numquidem non admiratione dignum, quod inter tot & tantas eorundem fratrum personas, vitæ ac famæ claritate polientes, virtutibus redimitas, abundantes insuper multiplicium sufficientia meritorum, in præsendo apostolico culmine humilitas nostra, quæ illius fuerat merito postponenda, præfertur: Nonne dum iniuncti oneris molem attendimus, & nostram insufficientiam comparamus, digne inualescunt timor & tremor, ne portantis debilitas sub tantæ molis grauitate succumbat? Nonne timendum iterum, & tremendum, ne iustus iudex si rationem de talentis creditis veniat exacturus, seruum minus vtilem a bono torpentem opere sæue damnet?

48 Hæc & alia plura, quæ prolixitatis vitante gratia sermo succinctus omittit, insufficientiam nostram a tantæ grauitatis onere subducendam adeo efficaciter suggererant, quod eorundem fratrum importunitati diuersarum excusationum obicem opponendo, ea qua potuimus reluctatione restitimus. Sed fratres ipsi nostræ resistentiæ obuiantes, nostris excusationibus non admissis, nos ad cõscendendum Petri cathedram multæ importunitatis instantia deuicerunt: nosque, licet ex nostrorum defectuum conscientia diffidentes, de illius tamen confisi omnipotentia, qui non solum sufficit eisdem supplere defectus, sed & potens est omnem gratiam abũdare facere in nobis; ne sub obedientia nutriti diutius eam contemnere pertinaciter, grauique pericula, quæ immineere ipsi ecclesiæ torrique terrarum orbi ex eius vacatione verisimiliter timebantur, damnabiliter negligere censeremur; votis tandem fratrum acquieuissemus eorundem, ac ad deferendum sarcinam summi apostolatus submittentem humeros imbecilles, recepti ab eis vnanimitè in Romanum Pontificem recepimus consequenter solemnia benedictionis, & cætera secundum morem præficiendorum Romanorum Pontificum in personis prædecessorum nostrorum hæcenus obseruatum: anxio & humiliato spiritu Domino supplicando, vt ipse, qui nos huiusmodi iugum subire concessit, sic ad ipsum portandum debilitatem nostram robore fulciat, sic illud faciat sua benignitate portabile, quod sub eo nos non contingat ex nostrâ debilitate deficere; sed ita nobis & gregi dominico, nostræ vigilantia credito, sua virtute proficere, quod de talento nobis tradito dignâ possimus in extremo iudicio reddere rationem.

Quocirca fraternitatem vestram rogamus & hortamur in Domino, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus nobis compatiens in tanti ponderis grauitate, ad supportandum illud ministreris, quantum in vobis est, velur in partem apostolicæ sollicitudinis euocati, vestri auxilij fulcimentum, commissas vobis ecclesias gregesque Dominicos in eis vobis creditos gubernando solcite, fideliter, & prudenter; ac fundendo pro nobis piæ orationes ad Dominum, vt ipse in executione pastoralis officij sic sua pietate nos dirigat, quod gratum nostrum ministerium fiat; & spem certam de nobis & fiduciam habituri, quod vobis in ijs, quæ ad laudem Dei vestrarumque statum ecclesiarum spectare videbimus, fauorem libenter apostoli-

cum impendemus. Dat. Laterani kal. nouembris anno 1. ]

49 Eodem exemplo cæteris præsulibus, ac Regibus & principibus transmissæ eæ literæ a: quæ antequam in Trinacriam peruenirent, Fredericus illius Rex renuntiando in sacris comitijs Pontifici literas b scripserat, in quibus contra pacta inita cum Rege Carolo Sicilia, atque ab sede Apostolica confirmata, adeptæ regiæ dignitatis annos non a confectæ pacis tempore, quo sedis Apostolicæ beneficentia insignia regia gesserat; sed ab eo quo tyrannidem corripuerat, non sine graui Ecclesiæ contemptu consignarat: cum non sedis Apostolicæ clementia, verum armorum potentia regnum obtinuisse ostentaret. Monuit itaque improvidum principem nouus Pontifex, vt male præsumpta emendaret, verbisque studij & obseruantia in sedem Apostolicam plenis opera accommodaret.

*Benedictus &c. charissimo in Christo filio  
Frederico Regi Trinacria illustri.*

Vide, fili charissime, quod admirationis haberemus causam, nisi nostra teneret opinio, quod non admiserit sinceritas regia, & nobilitati non perperendit amica simplicitas, quod in sequentibus excederes, & in eis modestiam debitam non seruares. Tu siquidem in literis tuis, quas summo futuro Pontifici per nobilem virum Conradum de Auria admiratum tuum & consiliarium destinasti, & etiam alibi aliter te, quam tibi liceat, per conuentiones inter te & charissimum filium nostrum Carolum Regem Sicilia in pace habitas, & per dilectos filios Hugettum de Ampuria, comitem Fridericum de Ancusa magistrum rationalem, & Bartholomæum de Insula iudicem tuæ magnæ curiæ ad id nuntios tuos in scriptis piæ memoriæ Bonifacio prædecessori nostro oblatas, & ab eo confirmari petitas, ac secundum petitionem eorum ab eodem prædecessore etiam confirmatas, appellas. Tu regni tui in data literarum ipsarum annum octauum nominas & describis.

Certe credimus quod principum more literas tuas non videas: credimus quod id tibi non fuerit indicatum. Sed quia ex debito pastoralis officij, quod nobis incumbit, tui & Christianorum omnium imminet cura, ac te quadam speciali dilectione diligimus, & prosequi intendimus fauoribus opportunis; notificamus beneuolentiæ tuæ, ea tibi non esse licita nec decere. Itaque primum non licet, quia quod tibi semel in hoc placuit, amplius displicere non debet: secundum vero, si ex certa scientia faceres, quid concludat diligenter aduerteres, quia cum ex pluribus causis dominium, proprietatem, aut ius in re vna nequeat obtineri, quamuis possit aliquid ex causis plurimis possideri; tu nominando regni tui annum octauum quod ius in re, seu proprietatem denotat, apostolicam munificentiam in huiusmodi confirmatione gratis exhibitam renuis, & gratiam Romanæ ecclesiæ, tuæ & insulæ Sicilia dominæ, secundum quam annus regni tui in veritate primitus existit, excludis ipsamque contemnis; a vitioso ingressu nihilominus annos computans, & initio violento describens: ex quo videtur, quod a nemine, vel a te ipso, non a Romana ecclesia velis memoratam insulam detinere. Attende si in ijs deuotio dictis professa literis comprobetur. Considera si huiusmodi actibus earum verba concordent. Sume igitur sanum, amantissime fili, consilium: verba patris ausculta, & inclina in eius parabolas aures tuas; sic te in præmissis & alijs

Imparem se oneri arbitratus Pontificum eum recusat.

Adductus religione demum admiserit.

Præsulum implorat preces.



uotis conformando ecclesie, quod tua semper, quod optamus, ad eandem ecclesiam crescat deuotio, nosque propterea ad tua prosequendum beneplacita prouocemur. *Dat. Laterani 11. kal. decembris anno 1.*

50 Cum inter ceteras initi fœderis cum Bonifacio VIII. leges Fredericus Apostolicæ sedis stipendiarium se profiteretur, atque ad clientis principis officia nouis Pontificibus præstanda obstrictus esset, Conrado Auriæ partes imposuerat, ut Benedicto fidem regio nomine sacramento deuinciret. Qui suscepta prouincia perfunctus conceptam subiectis uerbis sacramenti formam, insertamque apostolicis literis nuncupauit. a

*Charissimo in Christo filio Frederico Regi Trinacria illustri.*

Ne rei gestæ memoriæ, diuturnitas temporis in posterum forsan obliteret, testamur tenore præsentium, quod dilectus filius nobilis uir Conradus Auriæ procurator & nuntius tuus ligium homagium, & fidelitatis iuramentum nomine tuo præsentialiter nobis nomine nostro & ecclesie Romanæ recipientibus, pro insula Siciliæ ac alijs circumadiacentibus insulis, quas a nobis & ipsa ecclesia ad vitam tuam tenes in feudum, fecit & præstitit in hac forma.

Ego Conradus Auriæ magnifici principis domini mei domini Frederici Regis illustris, sanctæ Romanæ ecclesie fidelis & uassalli, procurator & nuntius, recognoscens & confitens nomine præfati domini mei, quod quicquid in Sicilia & circumadiacentibus insulis habet & tenet, totum in uita sua tantummodo habet & tenet in feudum a prædicta Romana ecclesia ex sola gratia, & mera liberalitate ipsius; eiusdem Regis nomine & pro ipso uobis, sanctissime pater domine Benedicte undecime, diuina prouidentia sacrosanctæ & uniuersalis ecclesie summe Pontifex, & ipsi Romanæ ecclesie, pro eo quod in Sicilia & alijs circumadiacentibus insulis prædictis ipse dominus meus dominus Rex habet & tenet ad vitam suam, ligium homagium facio, & fidelitatis præsto in animam dicti domini mei & meam solitum iuramentum, uidelicet, quod ipse dominus meus Rex ab hac hora inantea fidelis & obediens erit beato Petro & uobis, uestrisque successoribus canonicè intrantibus, sanctæque apostolicæ Romanæ ecclesie. Non erit in consilio, aut consensu, uel factò ut vitam perdatis, aut membrum, aut capiãmini mala captione.

Consilium, quod sibi credituri estis, per uos, aut per nuntios uestros, siue per literas, ad uestrum & eorum damnum nemini pandet, se sciente: & si fuerit fieri, uel procurari, seu tractari aliquid, quod sit in uestrum uel aliorum damnum, id pro posse impedit, & si impedire non posset, illud uobis & eis significare curabit. Papatum Romanum & regalia S. Petri, tam in prædictis Sicilia & circumadiacentibus insulis, quam alibi existentia, adiutor erit uobis & ipsis ad retinendum, & defendendum ac recuperandum, & recuperata manutenuendum contra omnem hominem. Sicut eundem dominum meum dominum Fredericum Regem & me Deus adiuuet, & hæc que manibus meis teneo, sancta Dei Euangelia.

51 Promitto insuper procuratorio nomine dicti domini mei & pro ipso, & quod ipse dominus meus Rex pro omni eo, quod sibi, ut prædicatur, ex mera liberalitate Romanæ ecclesie ab ea in sæpeditis Sicilia & circumadiacentibus insulis habet & tenet, uobis, successoribus uestris canonicè intrantibus, & ecclesie Romanæ, ubicumque uos & successores uestri Ro-

mani Pontifices fueritis, annum censum trium millium unciarum auri in B. Petri festo persoluet; ac seruitium centum militum, conuertendum quandoque in nauale subsidium, iuxta formam & modum super hoc in conuentionibus initis habitos, uice sua tempore toto præstabit. Modus autem & forma huiusmodi præstationis in conuentionibus ipsis expressi sunt, quod quilibet dictorum centum militum tres equitaturas ad minus habeat, sitque armis bene & decenter munitus; quodque dictum præstetur seruitium per tres menses integros, expensis dicti domini mei Regis computandos a die, quo ipse miles, seu nauale seruitium egressi fuerint, aut egressum fines districtuum insularum dictarum semel in anno, quancumque uos, uel successores uestri Romani Pontifices, qui pro tempore fuerint, assaueritis eodè seruitio Romanam ecclesiam indigere; ita quod super indigentia huiusmodi uestro & prædictorum successorum uestrorum simplici uerbo stetetur. Idemque seruitium in nauale subsidium debita proportione ac compensabili taxatione præhabita, ipsdemque modo & forma iuxta uestrum, eorundem successorum, & ecclesie beneplacitum conuertetur: quodque inimicos & hostes dictæ Romanæ ecclesie pro hostibus & inimicis habebit, ac omnes ecclesias insularum dictarum plenarie restituet et restitui faciet, si forte adhuc restituta non sint, ad omnia bona & iura ipsorum, in quorum possessione erant tempore, quo insula Sicilia memorata contra clara memoria dominum Carolum rebellauit, per quoscumque præfata bona & iura ablata uel occupata sint, aut detineantur ad præsens, nisi forsitan circa prædictum tempus aliqua iusta alienatio per personas auctoritatè habentes, de prædictis bonis & iuribus rite & rationabiliter facta esset, & quod omnes prædictas ecclesias & personas ecclesiasticas ecclesiarum ipsarum præfatus dominus meus Rex libertatibus, priuilegijs, & immunitatibus a sacris canonibus eis concessis, & specialiter quod immunes sint a collectis & tallijs, gaudere permittet & faciet; quodque Romanus populus cum indigebit, idem dominus meus, eius uita durante, ad requisitionem uestram & dictorum successorum uestrorum de portibus Sicilia uictualia & legumina deferenda ad Urbem pro ipsorum usibus, cum solutione tamen iuris exitura, quod per eiusdem domini mei Regis curiam fuerit ordinatum; uosque & dicti successores uestri, eiusdem domini mei uita durante quando indigeritis, aut præfata ecclesia, præcipue pro subsidio Terræ sanctæ; anno quolibet huiusmodi necessitate durante, de præfata Sicilia partibus salmarum decem millia libera a iure quolibet exitura, & alterius cuiuscumque directus, ferenda quo uos uel ecclesia memorata mandabit, extrahatis iuxta uestrum beneplacitum uoluntatis, & extrahi facere ualeatis.

52 Et quicquid in dictis Sicilia & circumadiacentibus insulis idem dominus meus, ut prædicatur, habet, non diuidet absque sedis Apostolicæ, & dicti domini Caroli Regis Siciliæ uoluntate: ac concordiam & pacem factas & initas inter dominum Carolum Regem Sicilia illustrem, & dominum meum Regem prædictum, confirmatam per bona memoria dominum Bonifacium Papam VIII. prædecessorem uestrum, ipse dominus meus Rex gratam & ratam habebit, & generaliter uniuersas & singulas conuentiones, iam dudum inter dictam Romanam ecclesiam & felicitis memoria dominum Carolum Regem Sicilia, ducatus Apulia, & principatus Capua in concessione regni Sicilia & totius terræ circa Farum usque ad consinia terrarum præfate ecclesie Romanæ, sibi per eandem ecclesiam olim factam,

Tria millia unciarum auri census nomine spondet. Centum equites in castris pontificijs, si bellum ingruat, regijs stipendijs sustentatum uti.

Hostem hostes & amicos ecclesie habitum uti.

Ecclesiarum immunitates saluas fore.

Efferendos libere e portibus pro Vrbe commectus.

Inietum cum Carolo seruare spondet.

Conrado Auriæ fidei Benedicto, ut supremo domino, obstringere prouinciam imperio. Ep. cur. 131.

Qua uerborum forma Conradus Auriæ Fredericum sedis Apostolicæ euentem saluus sit.

Quo sacramento se deuinxerit.

Agnoscit regnum non uisibilem liberalitate pontificia possideri.



*Etiam, affirmatiue vel negatiue, de faciendo siue de non faciendo, quatenus ipsum dominum meum F. contingere possunt, quam nuper in pace inter ipsum dominum meum et pro parte ipsius, et dominum serenissimum principem dominum Carolum Regem Sicilia illustrem & pro ipsius parte initas & habitas, ac per sedē eandem reformatas & approbatas, ac eisdem conuentionibus additas; sicut si specialiter & nominatim essent expressa in iuramento & promissione presenti; plene & integre adimplebit, & inuolabiliter obseruabit tempore uitae suae, nec in aliquo ueniet vel faciet contra eas; quodque idem dominus meus Rex consentiet, & uolet. Quod si ipse praedictum censum non solueret, & seruitium non praestaret, pœnas hoc ipso incurrat appositas in persona inclita recordationis dicti domini Caroli & heredum suorum circa census octo millium unciarum auri & seruitij trecentorum militum praestatione in conuentionibus praedictis, inter dictam Romanam ecclesiam & Regem Carolum memoratum olim habitis in regni concessione praefata.*

*53 Et quod per concordiam & pacem praedictas eiusque tractatum, confirmationem factam per praefatum quōdam dominum Bonifacium, ac domini Caroli Regis vel procuratorum suorum assensum, seu praestationem, & receptionem homagij, vel dictorum militaris, seu naualis; & intitulationem, qua dictus dominus meus Fredericus Rex utetur secundum pacem praedictam, nullum praedictum, mutilatio, vel diminutio conuentionibus praedictis, initis inter dictam Romanam ecclesiam & praefatum dominum quōdam Carolum Regem, Sicilia ac dicto domino Carolo Regi Sicilia eiusque heredibus & posteris afferatur, quin post obitum dicti domini mei Regis iam dicta insula Sicilia cum insulis circumadiacentibus omnibusque alijs pertinentijs suis ad unitatem, integritatem, & soliditatem alterius partis terrae, citra Farum posita, sicut erat concessionis tempore, facta per Apostolicam sedem praefato quōdam Carolo Sicilia Regi, ipso iure & sine aliquo facto hominis, iuxta dicti tractatus pacis seriem sic reuertatur, quod liceat tunc praedicto domino Carolo Regi Sicilia & legitimis heredibus suis dictam insulam Sicilia cum insulis ei circumadiacentibus, alijsque iuribus & pertinentijs suis ad soliditatem & integritatem praedicta terra alterius citra Farum, & unitatē totius regni Sicilia auctoritate propria, & sine iussu alicuius presidentis, seu iudicis reuocare; praefatis conuentionibus inter ecclesiam & quōdam Regem praedictos habitis, & pace praedicta, eiusque tractatu in sua manentibus firmitate: & quod per detentionem, vel retentionem, aut diuisionem praedictarum insularum, iurium, & pertinentiarum ipsarum faciendas iuxta pacis praedicta tenorem, iamque factas ad uitam dicti domini mei per confirmationem praefatam post obitum eius ipsis domino Carolo eiusque successoribus nullum in petitorio vel possessorio praedictum generetur, aut ex possessione vel tenura praedictis, allegari possit praescriptio, vel opponi: quodque hominibus insularum ipsarum non possit aliquod afferri praedictum in futurum, nec per hoc insula ipsa ad praedictas unitatem, integritatem, & soliditatem immediate post ipsius domini mei Regis obitum, ut praedicitur, redeunte, in functionibus publicis alijsque debitis praestationibus grauetur in plus, quam rationalis, & moderata proportio patietur. Et iuro ut supra, quod idem dominus meus Rex praedicta per me promissa inuolabiliter obseruabit, & fideliter adimplebit. Dat. Laterani vi. id. decemb. anno 1.*

*54 Infregit postea haec sacramenta Fridericus,*

occupatamque ab ipso Sicilia insulam restituere, posteri detrectarunt: de pendendo vero trium millium unciarum auri uectigali Romanae ecclesiae promissam fidem non exoluerat hoc anno, pœnisque anathematis non se irretierat modo, verum sacrorum institium in regnum magna rei diuinæ iniuria adduxerat. Veniam porro facti flagitanti, atque expiandi criminis voluntatem praese ferenti, Pontifex clementiam apostolicam explicuit: piorum enim societati restituit Fredericum, ac ne diuinus cultus obsolesceret, templa aperiri iussit, pensitandique uectigalis, cui tunc soluendo ob exhaustum ærarium non erat, diem ad kal. maias anni proximi extraxit ea lege, ut si officio deesset statim die, pristinas censuras contraheret.

*Charissimo in Christo filio Friderico Regi Trinacria illustri.*

Romana mater ecclesia tanta suos filios benignitate prosequitur, quod ad eam recurrentibus gremium nunquam claudit; quin potius illis clementer sinum suae propitiationis expandens, in ijs libenter se fauorabilem exhibet, quae ad salutem pertinent animarum. In conuentionibus si quidem, olim inter eandem ecclesiam & te habitis, super concessione facta tibi certo modo in feudum ad uitam tuam per dictam ecclesiam de insula Sicilia & alijs insulis ei adiacentibus, inter alia continetur, quod tu censum annum trium millium unciarum auri ad generale pondus regni Siciliae singulis annis termino infra scripto eidem ecclesiae soluere tenearis; quodque si per te in solutione dicti census fuerit termino ipso cessatum, in illas pœnas spirituales & temporales incidas, quae in conuentionibus primo initis inter dictam ecclesiam & claræ memoriæ Carolum Regem Siciliae, & charissimum in Christo filium nostrum Carolum Regem Siciliae illustrem ipsius filium postea in capitulo solutionis & cessationis census, seruato ordine in eodem expresso capitulo, continetur. Verum quia in eodem continetur capitulo, quod pro generali censu regni & terræ, dictis Regibus eorumque heredibus in feudum a praefata ecclesia concessorum, octo milia unciarum auri ad pondus praedictum in festo B. Petri, vbicunque foret Romanus Pontifex, ipsi Romano Pontifici & dictae ecclesiae annis singulis soluerentur; & quod si ipsi Reges, vel eorum in dicto regno heredes quocunque termino non soluerent integre censum ipsum, & expectati per duos menses terminum ipsum immediate sequentes de illo ad plenum non satisfacerent, eo ipso forent excommunicationis sententia innodati; quodque si infra alios duos menses sequentes eundem censum sine diminutione qualibet non persoluerent, totum regnum Siciliae, & tota terra praedicta ecclesiastico essent supposita interdicto; tu, qui nondum censum praedictum trium millium unciarum pro anno praesenti soluisti, quamuis tam primus quam secundus terminus sint elapsi, propter lapsum dicti primi in excommunicationis sententiam incidisti, & propter lapsum secundi termini eadem insulae ecclesiastico subiacent interdicto; nonnulli etiam clerici illarum partium, interdictum huiusmodi non seruantes, diuina inibi dicuntur officia celebrasse; quare nobis ex parte tua fuit humiliter supplicatum, ut cum adhuc tu commode censum soluere nequeas antedictum, & tam tibi quam dictis clericis, ceterisque ipsarum incolis insularum non modicum ex praemissis imminet detrimentum, prouidere super

Pœnas, si illud infregerit, obiectas admittit.

Moriēte Friderico Trinacria ad Carolum vel successoris deuotum iri.

Nullam ex possessione praescriptionē ualiturā.

Ob solutum censum uniter se amate.

Ep. 24.

Benedictus ad illud littera.

Ve ecclesiastico interdicto contraheret Sicilia.

Creatus inde maritus luti per salum.



ijs omnibus de benignitate apostolica dignaremur.

Nos autem, considerantes tuæ deuotionis affectum, qui super ijs appetis remedium salutare, tuis supplicationibus inclinati, te ab eadem sententia, quam propter censum huiusmodi non solum statuto tempore incurristi, apostolica auctoritate absoluiimus, & interdictum prædictum etiam relaxamus, tibi vsque ad kal. maij proximo venturas, solutionis census prædicti terminum, prorogando, ac dispensando cum illis, qui interdictum prædictum taliter violauerunt, super irregularitate, quam propterea contraxerunt: ita tamen, quod tu in eisdem kal. maij venturis plene de censu satisfacias memorato; ijdemque irregulares recipiant a suis confessoribus, & etiam peragant pro violatione huiusmodi iuxta modum culpæ pœnitentiam salutarem. Quod si censum prædictum forte non solueres in huiusmodi termino prorogato, volumus quod tu in excommunicationis, insulæ vero prædictæ in interdicti sententias recidatis præfatas: & nihilominus tu in pœnas statutas in conventionibus antedictis pro cessatione solutionis in tertio termino incidas ipso facto. Per præmissa vero conventiones eadem nullam immutationem recipiant, sed alias vt prius in sua maneat firmitate. *Dat. Laterani v. id. decembris anno .i. ]*

55 Vfus est eadem benignitate erga Carolum II. Regem Sicilia, cui persoluendi census diem a festo omnium sanctorum ad natalitia Domini extraxit a. Cumque is post eiectos Luceria Saracenos ecclesiam principem, vt diuinum cultum in ea instauraret, vestigalibus locupletasset, Benedictus, vt gratiam pro amplificata re ecclesiastica reponeret, plura illius ecclesiæ sacerdotia conferendi iure Carolum exornauit b. Cuius præclara elogia, ob excisam in Sicilia ceteriori superstitionem Mahumeticam, silentio inuoluenda non videntur.

*Benedictus &c. Carolo Regi Sicilia illustri*

Sinceram habens tanquam princeps catholicus ad Regem regum deuotionis affectum, ea vigili mente prosequens, quæ ad sui laudem nominis, & amplitudinem fidei orthodoxæ conspiceris pertinere; nosque propter hoc personam tuam, nobis & Apostolicæ sedi deuotam, paternæ dilectionis brachijs amplectentes, eam non immerito fauoribus gratiosis attollimus, & apostolicis gratijs honoramus. Sane tu dudum pie cõsiderans, quod ex mora, quam faciebant Saraceni in ciuitate S. Maria, tunc vocata Luceria, derogabatur plurimum fidei prælibatæ, ab ea Saracenos prædictos, vt ex tunc inhabitarent inibi libere Christiani, exterminari fecisti spiritu Dei ductus. Et quia etiam cathedralis ecclesia ipsius vicinæ omnino parua, & in loco minus decenti extræ eiusdem ciuitatis ambitum sita erat; & habebat adeo tenues facultates, quod venerabilis frater noster episcopus S. Mariæ non valebat ex eis iuxta pastoralis dignitatis exigentiam sustentari, & propter tenuitatem prouentuum eadem ecclesia patiebatur defectum etiam ministrorum; tu hoc salubri meditatione recogitans, ad locum idoneum ad te spectantem infra dictum ambitum transferri eandem ecclesiam procurasti, eamque de bonis tuis regalibus, quorum prouentus excedunt recentarum vnciarum auri valorem annuum, dotauiisti: ex quibus nonnullæ dignitates in eadem ecclesia sunt creatæ; & ex earum residuo tam idem episcopus, quam ministri eiusdem eccle-

Annal. Eccl. Tom. XIV.

siæ decentem possunt sustentationem habere; ac incumbentia eis onera supportare. Felix Rex, qui habet intimum ad superiora respectum: terrena in cœlestia, & transitoria in aeterna felicitatis commercio commutare.

Nos autem, celsitudinem tuam in hac parte dignis in Domino laudibus commendantes; ac volentes propterea in eadem ecclesia, quam sicut regia liberalitas honorauit, non solum te, sed & successores tuos in eodem regno tui intuitu honorare concessione priuilegij singularis, vt ex hoc tu & successores prædicti magis teneamini dictæ ecclesiæ, eiusque ministris regum fauorem impendere temporibus opportunis; presentandi personas idoneas eidem episcopo ad decanatum, archidiaconatum, & cantoriam, & conferendi vice apostolica medietatem præbendarum eiusdem ecclesiæ cum vacauerint; personas similiter ad eas obtinendas idoneas, constitutionibus quibuscumque contrarijs nequaquam obstantibus, tibi & successoribus ipsis in perpetuum apostolica auctoritate concedimus de potestatis plenitudine facultatem, &c. *Dat. Lat. xvi. kal. decembris anno .i. ]*

56 Hic porro alienum non fuerit apostolica beneficia, quæ ceteris Regibus impertijt, coniungere. Albertum Romanorum Regem, & Elisabetham coniugem ea donauit prærogatiua, vt diuina in locis interdicto ecclesiastico subiectis peragenda coram ipsis curarent. Ericum Regem Daniæ lege de coniugijs postulatum, ac sacrorum communionem pulsam a Lundensi archiepiscopo piorum cœtui reddi iussit a. Contraxerat iam diu ante veritas nuptias Ericus cum Ingeburge Regis Sueciæ Birgerij germana, quarto consanguinitatis gradu coniuncta: quæ si dissoluta fuissent; ingentis belli terror impendebat, ac plures scandalum passuri erant: ad quæ auertenda malæ de legum seueritate remisit Benedictus, prouinciamque hanc Lundensi archiepiscopo imposuit: *Mandamus, quatenus imposta ipsis pro eo, quod taliter absque dispensatione apostolica contraxerunt, nec non pro copula & cobabitatione prædictis pœnitentia saluari, eisque ad tempus vsque ad tua discretionis arbitrium carnali commercio interdicto; quod in eodem matrimonio licite remanere valeant.* Agit de ijs Albertus Crantzius b, ac Birgerium Regem Erici germanam duxisse scribit, vt geminatis affinitatibus fortius inter sese deiuncti essent.

Irretierat etiã se alijs censurarum vinculis Ericus, quæ pontificia abruptis clementia c, & Christophorum fratrem, aliosque plures in sceleris commercium traxerat: Ioannem enim Rigensem episcopum, postea ad Lundensem ecclesiam traductum, & Iacobum præpositum Lundensis ecclesiæ in vinculis diu tenuerat: ob quod flagitium interdicto ecclesiastico perculsa luxerat Dania. Exercuisse vero inter se similitatem, ac de regio, & ecclesiastico iure, cum partes suas quisque infiores reputaret, acerrime contendisse scribit laudatus Crantzius a: denique missis ab Erico oratoribus ad pontificiam aulam, controuersiam compositam fuisse. Extant ea de re Benedicti ad Ioannem Lundensem archiepiscopum literæ e, quibus flagitij reos, expiato rite crimine, fidelium consortio reddere, ac dissoluere censuras iussit: *Iuxta,* inquit, *formam ecclesiæ, cum ab eis fueris humiliter requisitus, si vt præmittitur satisfactionem impenderunt.*

57 Vt supplices paterno excepit sinu sanctissimus Pontifex, ac venia illorum crimina deleuit, H h h h ita

Clementia vsus in Frederic. Pont. sol. mend. cœ. sus diem extrahit.

a Ep. Rom. 13. Caroli Regis Sic. præclarus facinus. b Ep. 519.

Ve Saraceni Luceria pulsi.

Ciuitas S. Mariæ nuncupata sit.

Cathedra- lis eccle- sia vesti- galibus aucta.

Patronatus ius Regi Carolo datu.

Ericus Rex Daniæ ob cõ sanguineã ductam uxorem notatus anathemate. a 16. ep. 30.

Soluta a Benedicto ad illius gratiam lege de cõsang censuris liberatus.

b Crantz. Dan. l. 7.

c Ep. 27. Iacobus Lund. archiep. ab Erico Rege & fratre Christoph. vinculis mactatus.

d Crantz. ubi sup.

e Ead. ep. 27.

Regem crimine expiato absoluerit iussus.



ira in contumaces seueritatis aculeos exeruit: ac ne qui patrati atrocissimi in Bonifacium VIII. sceleris præmio ac spolijs superbirent, solemnî ritu ecclesiasticum fulmen in eos omnes vibrauit: qui stato tempore omnia, quæ ad ipsos ex direpto Anagninæ Bonifacij thesauro peruenerant, non restituisent. Quam sententiam accensis facibus, & campanis puliatis promulgandam edixit, ac Bernardum Roiardi archidiaconum Xantonensem ad amissa recuperanda in Campaniam pontificia instructû auctoritate misit: cui etiam, vt seueritatem clementia temperaret, absoluedi eos, qui raptas opes redderent, potestatem demandauit.

*Benedictus &c. magistro Bernardo Roiardi archidiacono Xantonensi capellano nostro.*

Dudum nonnulli perditionis alumni nefandum flagitium in personam felicitatis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri apud ciuitatem Anagninæ, dum ibi prædecessor ipse cum sua curia residebat, committere non expauerunt: quidam uero tunc cœcæ cupiditatis ardore succensi, ad thesaurum Romanæ ecclesiæ, aliaque bona dicti prædecessoris, & fratrum nostrorum Romanæ ecclesiæ Cardinalium, & aliarum plurium personarum, tunc in eadem ciuitate existentium, manus audas extenderunt, multa de thesauro & bonis prædictis ausu nefario rapiendo, & etiam asportando. *Et infra:* Ideoque discretionis tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad partes easdem te personaliter conferens, ad inueniendum & recuperandum quæcunque de thesauro & bonis prædictis ibi poterunt reperiri, diligenter apponas, prout expedire uideris, nostra fretus auctoritate, tuum ministerium studiosum, inquirendo & procedendo super hoc ex officio summarie de plano, sine strepitu & figura iudicij, quomodocunque & per quoscunque tibi uidebitur opportunum.

Vt autem hæc, quæ tibi committimus, eo liberius exequi ualeas, quo maiori circa ea fueris potestate munitus, vocandi propter hoc ad præsentiam tuam personaliter, quoscunque uideris euocandos, etiam si extra Campaniam fuerint, & exigendi a quibuscunque tibi uidebitur de ueritate dicenda, siue de parendo mandatis tuis, aut ecclesiæ, uel quodcumque aliud iuramentum; ac absoluedi illos, qui restituerint, quæ habent de thesauro, & bonis prædictis, & qui etiã reuelauerint, quos habere sciuerint ex eisdem, ab excommunicationum sententijs, quas propterea incurrerunt, imposita ipsis pro modo culpæ penitentia salutari; standi præterea, præcipiendi, & faciendi in prædictis partibus quæcumque circa præmissa noueris expedire; immo contradictores quoslibet, & rebelles quoscunque, & cuiuscunque conditionis fuerint aut status, etiam si pontificali uel alia quauis præemineant dignitate; auctoritate nostra appellatione postposita compeccendi, ac inuocandi super hoc, si opus fuerit, auxilium brachij secularis; *Et infra,* plenam & liberam tibi concedimus auctoritate præsentium facultatem. *Dat. Laterani VII. id. decembris anno 1.]*

58 Dignam etiam apostolico zelo sollicitudinem porrexit in orientem, atque alias schismaticorum prouincias, in quibus ob diuturnum schisma uitiorum sentes excreuerant: adeo enim obsoleuerat diuinus cultus, sanctorum patrum instituta in punè conuellebantur, & labefactabatur euangelica lex, vt, quemadmodum deplorat Pontifex, ecclesiæ forma ac pulchritudo in terris Andronici Imperatoris Græcorum & Orosij Regis Ser-

uiæ illiusque fratris ac matris Helenæ ditione penitus emarcuisse uideretur. Vt igitur tot animarum stragi, atque ingentibus alijs malis, quæ ex schismate omnium scelerum fonte defluerant, occurreret Christi vicarius, Martinum Antibarensem archiepiscopum, vt in Seruia alijsque Græcorum circumiectis prouincijs ad ea emendanda incumberet, auctoritate apostolica instruit.

*Benedictus &c. venerabili fratri Martino archiepiscopo Antibarenfi.*

Ad audientiam nostram peruenerit, quod in Arbania, Polato, Canauia, Duratio, Cataro, Dulanio, Suacio, Scodro, Driuasco, Antibaro, & quibusdam alijs locis sub dominio Andronici Imperatoris Græcorum, ac Orosij Regis Seruiæ, & fratris eius S. nec non charissimæ in Christo filiæ Elenæ matris eorum Reginæ Seruiæ illustris positus, temporis nequâ faciente malitia, adeo in prælatis & clericis, religiosis quoque personis, & alijs propter diuersa, & enormia. . . criminum, quæ committuntur ab ipsis, ecclesiæ religionis est deformata honestas, quod decora mater Ecclesiæ, quam sibi speciosus forma præ filijs hominum in sponsam dignanter elegit, non habentem maculam neque rugam, facta est ibi per præuarcationem decalogi & transgressionem euangelicæ legis, & fidei catholicæ nimium indecora. Prætermisissis etenim sanctorum patrum institutionibus sacris, & canonum ueneranda censura, in collationibus sacrorum ordinum & beneficiorum nulla seruatur distinctio temporum uel ætatum: nam si simoniaca labe apud promouentes pro promouendis, uel laicalis potentia interueniat, datur hæc petentibus indistincte. Nonnulli uero ad prælationes pariter ac alia beneficia ecclesiastica, eorundem adhuc personis uiuentibus, se illicite promouere procurant, huiusmodi prælationibus, personatibus, seu beneficijs tam enormiter acquisitis damnabiliter incubantes detestandis, inseruendo potius ritibus super ijs, in quibus norma seruanda est apostolicæ dignitatis, quam approbatis æquitate canonica moribus adharendo.

Laici insuper vxorati, vxoribus suis uiuentibus de factis superinduentes alias, eis temere præsumunt se nefario contubernio commiscere; alias in prohibitis consanguinitatum & affinitatum gradibus illicite matrimonia contrahendo. Alij etiam ex ipsis, dum excessus in ecclesias, & loca religiosa, eorumque personas ab eis multiformiter irreuerenter commissos impunes pertranseunt, facilius ad grauiores reatus uel similes prolabantur, nunc incendiorum & effractionum dispendia, nunc direptionum & inuasionum diuersos & sacrilegos ausus in personas & loca prædicta committere, & alia quamplura in ecclesiasticæ libertatis depressionem, & ordinis clericalis defectum inferre grauamina præsumendo: & cum per huiusmodi & aliorum quamplurimum excessuum præsumptione pestifera ecclesiæ, religiosæ secularisue personæ tanquam lepræ resperitæ contagio faciæ sint per excommunicationis diuersas sententias, quas pro ijs excessibus in millibus frequenter incurrere dignoscuntur, a gremio Ecclesiæ alienæ, tanquam paruuli & imbecilles in fide non habentes, qui panem frangat eis doctrinæ cælestis, uel grauiua uulnera curet ipsorum, in uia deficiunt; iisque incuratis uulneribus, pereunt sauciati in prædictis sententijs & irregularitatibus, absolutio- nis & dispensationis beneficio non obtento, decedendo: præsertim cum propter intersticia magna locorum & viarum discrimina, alias etiam incom-

Theaurû  
Bonifacij  
direptum  
recupera-  
re nititur  
Benedict.  
a Ep. cur. 1

b Ep. cur.  
21.

Qui rapta  
restitu-  
erent cen-  
suris ab-  
solui iubi.

Orientali  
ecclesiæ  
prospicere  
studet Be-  
ned.

c Ep. 149.

a Ep.  
149.

Ingen-  
mala  
schismi  
inducti



Archiep.  
Anobare.  
so ijs abo-  
lendis da-  
reloperam  
iulius.

Infruitur  
auctorita-  
te ad reos  
sua libe-  
tatis.

Orosius  
Seruiz  
Res.

Ep. 126.

Excitatur  
a Bened.  
ad schil-  
na abiu-  
randum.

Ep. 117.  
e Anno  
1104. m.  
46.  
1. Ann.  
1120. m.  
37.

modis paupertatis ac senij prohibentibus pro sua  
reconciliationis, & dispensationis apostolicæ gra-  
tia, suorumque medela vulnerum ad gremium ne-  
queant maternæ recurrere pietatis. Quia igitur  
ex imposito nobis apostolatus officio sollicitudine  
quadam vrgemur, vt inter cætera, quæ circa do-  
minici gregis curam nostræ vigilantia imminet,  
in diuini nominis cultu religionis Christianæ aug-  
menta, & lucra quæramus potissime animarum;  
attendentes, quod secundum veritatis euangeli-  
cæ dogma fanis minime opus sit medicari, sed ma-  
le habentibus; de tua circumspectione confisi fra-  
ternitati tuæ præsentium auctoritate committimus,  
vt hac vice corrigas, emendes, & reformes hæc  
omnia in regno & locis prædictis, &c. ] in-  
struit auctoritate, vt censuris implicitos soluat, ri-  
teque expiet. Datum xiv. kalend. decembris an-  
no 1.

59 Vt vero pristinum ecclesiæ splendorem in  
ijs terris restitueret, ac Seruios ad Romanæ ec-  
clesiæ coniunctionem reuocaret, cum accepisset  
Benedictus Regis Orosij animo pium abrumpen-  
di Græci schismatis desiderium cœlitus influxisse,  
ipsum ad sacra vota mandanda operi, subditosque  
ad sedis Apostolicæ obsequium alliciendos, pro-  
positis cœlestibus præmijs, excitare studuit. a

Magnifico principi & Regi Seruia, ad vnitatem  
matris ecclesiæ sollicitè properare.

Romana mater ecclesia, salutem quærens iu-  
giter filiorum, dolet ab intimis, cum eorum quem-  
piam conspicit a suo gremio deuiare, ipsoque  
studet ad viam reducere veritatis. Gaudemus  
quidem in Domino, quod sicut fide dignorum  
relatione didicimus, ac alias euidentibus appa-  
rere dicitur argumentis, licet tu hætenus ac ba-  
rones & populus regni tui ab ipsius ecclesiæ obe-  
dientia recedentes, via lucis dimissa, diu per se-  
mitas ambulaueritis tenebrarum; nunc tamen  
tu inspiratione diuina ad iter aspiras redire salu-  
tis, eiusdem videlicet ecclesiæ vnitatem. Ex quo  
nos huiusmodi pium tuum propositum, tibi diuini-  
tus inspiratum, in Domino commendantes, ac re-  
ferentes exinde laudes & gratias creatori; speran-  
tes quoque, quod iidem barones & populus tuo  
exemplo laudabili, relictis tenebris, viam veri-  
tatis agnoscent; magnificentiam tuam rogamus  
& hortamur in domino Iesu Christo, quatenus in-  
spirationem huiusmodi recognoscens ab illo, qui  
omnes saluare cupit, & neminem vult perire, ad  
vnitatem properare studeas, absque damnosæ  
moræ dispendio, fidei orthodoxæ, per quam mor-  
tis æternæ vitatur interitus, & ad felicitatis per-  
petuæ gloriam peruenitur; spem plenam & fidu-  
ciam habiturus, quod te in fidei constantia, &  
eiusdem ecclesiæ obedientia persistente, Apo-  
stolica sedes te, tamquam filium prædilectum,  
sinceræ dilectionis brachijs amplectetur, eaque  
studijs efficacibus & promptis operibus pro-  
sequetur, quando tui honoris & commodi conspi-  
cere viderit incrementum. Dat. Laterani x. kal.  
ianuarij anno 1. ] Accepit etiam Pontifex Helenam  
Reginam Seruiæ, quæ præclaram fidei orthodoxæ  
amplificandæ operam dabat, in apostolicam clien-  
telam b. Fuerant iam ante Seruij Romanæ ec-  
clesiæ obsequentes, vt in Innocentio III. c atque in  
Honorio III. d vidimus, ad quem Stephanus Rex  
totius Seruiæ, Diocliæ, Tribuniæ, Dalmatiæ atque  
Ohlumiæ officiorum plenas literas ad pristinam  
cum ecclesia Romana coniunctionem confirman-  
dam misit.

60 Quod ad Imperij orientalis statum attinet;

quassata eius basi, religione nimirum orthodoxa,  
moribusque cleri & populi turpiter deformatis a,  
infideles Turcæ, vlciscete diuino Numine, eam Im-  
perij partem, quæ in Asiam excurrerat, popula-  
bantur; cum ad Andronici preces, composito  
bello Siculo, auxiliare Aragoniorum & Catalano-  
rum agmen duce Rogerio Florio Brundisino  
Constantinopolim applicuit, magnificeque ex-  
ceptum ab Imperatore, in Turcas, qui Philadel-  
phiam obsidione cinxerant, immisum est. A qui-  
bus partam insignem victoriam, narrat Gregoras: b  
Instante, inquit, vere ad Philadelphiam diutur-  
na obsidione liberandam abierunt, quæ geminis  
malis premebatur, foris hostili metu, intus hoste  
multo grauiore penuria cibariorum et fame. Ac id qui-  
dem munus pulcherrime et fortissime administrarunt.  
Et infra: Nam cum Turci Latinorum disciplinam  
militarem, armorumque splendorem, & ferocem  
impetum vidissent, metu perterriti non modo procul  
ab urbe, sed pene ultra veteres Romanorum fines  
fugerunt. Tantus enim & talis erat ille exercitus.  
Itaque & armis, & rei militaris usu, & militum  
numero instructus, vna enim militabant, non mo-  
do Romani leuissimi, sed & omnis Alanorum exer-  
citus, vt haud abs re conspectu illius hostes percelle-  
rentur, multiq; dicerent, nisi metus Imperatoris, qui  
longius eos progredi vetuerat, obstitisset, nihil fuisse  
prohibiturum, quo minus omnes Romanas et vrbes &  
prouincias breui recuperasset. Vt vero postea illi, me-  
ritis ab Andronico fraudati stipendijs, rapinas  
exercuerint in Græcos, deplorat auctor e: atque  
hos postea a Græcis in catholicos Gallici generis,  
qui Achaïam, ac prouincias finitimas, amissa Con-  
stantinopoli, retinuerant, concitatos inferius lu-  
gebimus. Nunc ad Syriæ res sermonem traduci-  
mus.

61 Hoc anno Tartari Armenique, fidei propa-  
gandæ cupidi, aduersus Saracenos ad excindendam  
Mahometis superstitionem, ingentem expeditio-  
nem compararunt; quam & illius exitum ex Ay-  
tono d, qui Regis Armeniae consanguinei ca-  
stra sequebatur, describere operæ pretium visum  
est.

Anno, inquit, MCCIII. Casanus, congregato  
iterum exercitu copioso cum magno apparatu, perue-  
nit vsq; ad flumen Euphratem, intendens regnum Sy-  
riae introire, & sectam Mahumeti totaliter destruendo,  
Terram sanctam liberam restituere Christianis:  
Saraceni vero, Casani timentes aduentum \* & in  
bello non considerent se esse pares, totam terram eo-  
rum combusserunt ante faciem Tartarorum; ita quod  
collectis frugibus, & alijs in terra crescentibus, ac  
animalibus in castris & munitionibus congregatis,  
residuum totum ignibus deuaslarunt, vt cum Tartari  
venirent, non inuenirent victualia, neque pabula  
pro iumentis. Quando Casanus intellexit ea, quæ  
faciant Agareni; & qualiter dissipauerant totam  
terram, cogitans, quod equi illis in terris taliter  
deuasatis non possent sustentari, accepit consilium re-  
manendi super litora fluminis Euphratis illa hyeme,  
& veris tempore veniente, dum herbae inciperent  
pullulare, perficere iter suum: maiorem enim curam  
habebant Tartari de equis suis, quam de seipsis,  
quia dum modico & vili cibo sciant esse contenti, de  
seipsis quodammodo non curabant. Tunc Casanus  
misit pro Rege Armenia, qui sine tarditate veniens,  
super flumine se locauit: & tanta suis ibi gentis mul-  
tudo, quod exercitus Casani per tres diatas extende-  
batur in longum, a quodam videlicet castro, quod  
vocatur Caccabe, vsque ad aliud castrum nomina-  
tum Labire: quæ quidem castra erant Saraceno-

a Ep. cur.  
149.  
Græci Im-  
perij in-  
Asiæ reli-  
quias Tur-  
cæ dissipât  
Militaris  
societas  
contra  
Turcas.

b Niceph.  
Gregor. l. 7  
Syriz. ind.  
lib. 2.

Partea de  
ijs victo-  
ria.

Androni-  
ci ea non  
vni inertia.

c Id. Greg.  
ibid.

Syriæ res.

d Aython.  
hist. orig.  
c. 44.  
Sanus. l. 3.  
p. 13. c. 8.  
Casani ad  
eam Sara-  
cenis eri-  
piendam  
expeditio  
\* cum.

Rex Ar-  
menie co-  
pias iun-  
git.



rum, sed absque insultu aliquo reddiderunt se Casano. Cumque Casanus taliiter moraretur, tempus congruum expectando, ut posset de Saracenis perficere vota sua, & Terram sanctam de ipsorum manibus liberare; & ecce diabolus obstaculum interiecit.

Nam Baydo superius nominatus terras Casani iterum introiuit, & intulit damna multa, sicut Casano extitit enarratum: unde consultum fuit Casano, quod ad propria remearet. Casanus quidem plurimum perturbatus pro eo, quod tandem differebatur negotium Terrae sanctae, iussit Cotulossa duci suo, quod cum quadraginta millibus Tartaris regnum Syria introiret, & ciuitatem Damasci caperet, & omnes perderet Saracenos. Rex quoque Armenia cum gente sua praefato duci Cotulossa est associatus.

62 Casano itaque ad propria redeunte, Cotulossa cum quadraginta millibus Tartaris & Rex Armenia cum suo posse regnum Syria introierunt, omnia deuastantes, quousque peruenerunt ad ciuitatem Hames; ibique crediderunt, sicut alias fecerant, Aegyptij exercitum inuenire: sed certos intelligentes rumores de Soldano, quod esset in ciuitate Gazara, inde nullatenus egressurus, obsederunt viriliter ciuitatem Hames, quam post paucos dies violenter ceperunt, et indifferenter omnes Saracenos gladio peremerunt: ibique inuenerunt diuitiarum copiam, & magnam multitudinem armatorum. Deinde vero se transfulerunt ad ciuitatem Damasci, ut eandem quoque obsiderent: & ecce ciues suos miserunt nuntios, supplicando quod eis concederentur inducia tridua, quas inducias habuerunt. Praecursores vero Tartarorum, qui fere per vniam diatam transuerant iam Damascum, ceperunt quosdam Saracenos, quos trasmiserunt ad Cotulosam, ut per eos inquireret certa noua. Cotulossa ergo per illos Saracenos rumoribus intellectis, quod ibi prope circa duas dietas erant mille ducenti equites Saracenorum, qui aduentum Soldani quotidie expectabant, cum festinatione equitauit, ut ex improviso illos caperet, & teneret. Et quando Cotulossa & Rex Armenia peruenerunt ad locum, ubi erant mille ducenti equites Saracenorum, erat quasi hora vespertina & paulo ante applicuerat iam Soldanus. Cotulossa ergo & Rex Armenia, qui credebant occupare solos illos mille ducentos Saracenos, videntes se sua opinione deceptos, steterunt ut consilium caperent.

Consultum itaque fuit Cotulossa, quod requiesceret nocte illa, & inimicos in crastino impugnaret, cum dies iam ad vesperam declinasset. Cotulossa vero, qui vilipendebat Soldanum & etiam gentem suam, noluit in hoc casu quiescere consilio alicuius: immo praecepit festinanter acies ordinari. Saraceni vero hoc videntes, steterunt, quia a quodam lacu, & quodam monte erant a duabus partibus praemuniti; & scientes quod Tartari absque eorum discrimine ad eos accedere non valebant, noluerunt exire ad pugnam, sed ibi firmiter expectauerunt. Cumque Tartari crederent absque obstaculo inuadendos Saracenos, & ecce quendam ante se riuulum inuenerunt, qui in certis locis transitum non habebat: unde tardauerunt Tartari multum antequam possent transire riuulum supradictum. Sed postquam Cotulossa & Rex Armenia cum maiori parte suorum riuulum transuerunt, in inimicos viriliter insultarunt. Soldanus stetit, nec de loco quidem, ubi erat, inter lacum & montem voluit se mouere. Noctis vero caligine appropinquante, dum videret Cotulossa Soldanum stantem, & nolentem ad pugnam egredi, ut sperabat, congregatis suis, iuxta montem nocte illa quieuit: veruntamen circa mille Tartarorum, qui non potuerunt de die riuulum pertransire, non fuerunt cum

alijs nocte illa. Veniente vero die ad pugnandum se Tartari parauerunt, & in Soldanum viriliter insultarunt: sed Soldanus noluit in campum venire more bellorum: sed stetit in illo tutiori loco cum gente, se quantum poterat defendendo. Tartari vero conabantur extrahere Saracenos: sed nullo modo potuerunt. Durante vero insultu a mane usque ad nonam, propter defectum aquae, quam non inuenerant nocte illa nec die, tadio & siti nimium fatigati retrocesserunt: & dimisso Soldano, recesserunt vnus post alium paulatim per turmas & acies ordinati, quousque peruenerunt ad planitiem Damasci: ibique inuenerunt abundantiam magnam aquae, & pasqua valde bona, & ordinatum fuit ibi stare, quousque hominibus & equis daretur requies opportuna, ut postmodum melius possent redire ad praelium cum Soldano.

Habitatores vero Damasci, scientes quod exercitus Tartarorum erat in illa planitie collocatus, quadam nocte aquas fluminis per quosdam meatus & riuulos discurrere permiserunt: & antequam octo hora noctis illius pertransissent, aqua in tantum creuerunt vbique, quod Tartari coacti sint surgere & recedere festinanter. Cumque nox illa esset multum tenebrosa, & fessata forent omnia plena aquis, et nulli tramites apparerent, omnes fuerunt quasi confusi; & multa animalia, arma & arnesia fuerunt in illa planitie propter aquas, & etiam quamplures homines suffocati: & inter ceteros Rex Armenia plura dicitur amisisse. Veniente vero die, per gratiam Dei aquarum pericula euaserunt: sed cum arcus & pharetrae Tartarorum, cum quibus praecipue praeliantur, ac alia arma ipsorum essent totaliter madefacta, quod illa non poterant exercere: unde fuerunt taliter stupefacti, quod si inimici eos persecuti fuissent, nullus penitus euasisset; immo illos velut aues capere potuissent.

63 Post haec vero paulatim Tartari propter illos, qui equos suos amiserant, incedentes ad litora fluminis Euphratis, sunt reuersi, nec aliquis inimicorum ausus fuit illos sequi siue inuadere quoquo modo: quandoquidem peruenerunt ad flumen, quod transire oportuit natando: & sicut melius fieri poterat super equis, dum flumen illud esset turbidum & inflatum propter abundantiam pluuiarum, multi Armeni perierunt in illo, etiam Tartari & Georgiani, & multi equi fuerunt in flumine suffocati. Et sic accidit, quod non per potentiam inimicorum, sed casu & malo consilio tanquam confusi ad propria redierunt. Hoc quidem dicitur euenisse, eo quod Cotulossa nolebat acquiescere consilio alicuius: nam si sapientibus credidisset, illa potuisset consilio faciliter euitasse. Ego enim frater Aytonus, huius historiae compilator, praesens fui: & si forte super hac materia loquor prolixius, quam decet, mihi quaeso venia tribuatur: nam hoc facio, ut in casu simili similia discrimina valeant reminisci: rebus enim consulte actis, consueuerunt fines laudabiles obtinere: & e contra, quae improvide fiunt, optatis successibus sapius carent. Postquam itaque Rex Armenia flumen Euphratem pertransiuit, non sine damno suorum, decreuit ire ad Casanum, antequam ad regnum Armenia remearet. Unde recto tramite perrexit ad ciuitatem Nimus, in qua Casanus tunc residebat; & Casanus Regem suscepit honorifice & benigne, & super amissionibus atque damnis Regi plurimum est compassus: unde eidem fecit gratiam specialem; nam sibi concessit mille Tartaros, qui suis expensis semper essent stantes in custodia regni sui, & de regno Turquiae praecepit Casanus certam quantitatem pecuniae Regi dare, de qua posset alios mille equites stipendiarios ad suum placitum retinere, Rex igitur, accepta licentia, ad regnum

Baydo Casanum di-  
Arabie.

Pass exercitus cum Armeno excindit Hames.

Letitia alii quot pre-  
lia.

Tartarum castra in Damasci planitie facta.

Dei gratia summa dispen-

Turpi Christianorum & Tartarorum fuga.

Aythia historica respectu actator.



gnam Armenia est reuersus, & Casanus ei iniunxit, quod prudenter vigilaret circa custodiam regni sui, quousque ad subsidium Terra sancte personaliter, aante Domino, posset ire.

64 Absoluimus hunc annum insigni diuina in Iudæos, qui Christi Domini odio carnificinam immanem in puero Christiano exercuerant, vltionis exemplo: Lugubrem historiam narrat hisce verbis Siffridus a: MCCCIII. Iudæi perfidi effusioni sanguinis Christiani assueti, scitum quandam puerum scholarem, Conradum nomine, filium cuiusdam militis in Vveisenseba ciuitate Turingia multis cruciatibus affligentes, & sectis omnibus neruis & venis, totum sanguinem eius elicientes, ante festum paschatis crudeliter occiderunt. Sed Deus omnipotens, qui gloriosus est in sanctis suis, innocentis pueri necem occultari non sustinens, & homicidas perdidit, & martyrium innocentis multis miraculis decorauit. Cum enim dicti Iudæi puerum occisum occulte per plura loca Turingia ducerent ad tumulandum, Deo disponente, nusquam abscondere valuerunt: inde ipsum reducentes ad prædictam ciuitatem Vveisensebam, in quadam vinea suspenderunt. Tandem, tam crudeli homicidio prodito, & rei veritate comperta, milites de castro proficientes, & ciues eiusdem ciuitatis, reliquumque vulgus una cum marchione Fridericio filio Lantrauij Turingia Alberti repugnantes turmatim occiderunt.

IESV CHRISTI  
annus 1304

BENEDICTVS XI. ALBERTI ROM. REGIS 6.  
PP. ANDRONICI IMP. ORIEN. 21.

**B**enedictus Romanus Pontifex, vt Regis pacifici vices, quas in terris gerebat, impleret, studium omne hoc ineunte anno, quarto supra millesimum trecentimum, indictione secunda, ad dissidentes filios in mutuam concordiam reuocandos contrulit. Ardebant intestino bello Etruria, Æmilia, marchia Taruifina, aliaque Italiae provinciae, in quibus humani generis hostis exitiales discordias alebat: ac præter Guelphorum Gibellinorumque vetustas factiones, Alborum & Nigrorum, de quibus supra memorauimus, odia ad mutuam ipsorum internecionem accēderat. Ad quæ extinguenda, eosque populos mutuo amore coniungendos Nicolaum virum magni ingenij, qui inter Prædicatores religiosa disciplina excultus b ad magnas virtutes adoleuerat, ac superiori anno exeunte in Cardinalium collegium cooptatus, e Spoletana sede ad Ostiensem a Benedicto traductus fuerat, paciarium creauit. c

Venerabili fratri nostro Nicolao episcopo Ostiensis A. S. L.

Transiturus ad Patrem Dominum de hoc mundo, hereditatem pacis suis legauit discipulis testamento, dicens: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*; hæc verba in vltimo quasi proponens, vt verbum pacis, quantum in omnibus altius figeretur, & præbere deberemus operas efficaces, quæ inter discordes pacis vinculum reformarent. Ipsius itaque vices gerentes in terris, pia eius permittente potentia, qui pacem super omnia diligit, inter multiplices curas, quæ promalitia temporis plus solito animo nostro se ingerunt, curam pacis præcipuam reputamus: & quia cunctorum fidelium sollicitudinem gerimus pastoralis, ad id specialiter mens nostra distrahitur, ad

id nostri sensus inuigilant, insudant studia, & labores intendunt, vt fideles ipsos, qui Dei ducti consilio perambulant viam pacis, in pacifici status stabilitate seruemus, & quos \* carthanas ille malignus spiritus, inimicus pacis, contemptor fidei & aduersarius vnitatis, in dissensiones & odia irrepit & inuoluit, ad rectitudinis semitas reducamus, ipsis voluntarijs vel inuitis, de reformatione pacis & concordiae salubriter, prout ad nostrum spectat officium, providendo, vt fiat pax in diebus nostris, & sancta mater ecclesia ex nostri ministerij studio, diuini consilij sustentatione suffulto, in suis fidelibus possideat locum pacis, quæ exuperat omnem sensum.

2 Cum igitur te ad prouincias Tusciae, Romaniolae, marchiae Teruifinae, ac partes circumadiacentes, commisso tibi inibi per nostras sub certa forma literas plenae legationis officio destinemus; attendentes, quod multi ex incolis ipsarum partium, tam vniuersitates videlicet, quam singulares personae, abutentes per insolentiam sedis Apostolicae patientia, pacem perturbant, & vnitatem nequam dissolutione dissoluunt; quodque ipsos incolas, atque partes inueterata dissentientium malitia, cuius rubigo excreuit admodum per domestica, proh dolor! & particularia scandala concutit, subuertit, dissipat, & consumit; de pacis remedio nedum generaliter, sed particulariter fore putauimus providendum. De te igitur quem largitor bonorum omnium scientiarum, & aliarum virtutum munere decorauit, & cuius magnam in magnis & arduis experti sumus industriam; quique tuae probitatis intuitu nobis, & fratribus nostris charus es quamplurimum & acceptus, indubitam fiduciam obtinentes; in eisdem prouincijs Tusciae, Romaniolae, marchiae Teruifinae, ac partibus circumadiacentibus constituimus pactis de ipsorum fratrum consilio seruatores, ac paciarium in eisdem prouincijs, & partibus te ordinantes, vt inter quoslibet in ipsis prouincijs & partibus constitutos, quos foedere pacis videris reformandos, pacem & concordiam reformare & conseruare procures, &c. ] Instruit legatum Cardinalem auctoritate, vt discordijs implicitos ad pacem ineundam cogat. Dat. Laterani 11. kal. february anno 1. Extant alia ad Nicolaum literae a, quibus ipsum in ijs prouincijs legatum creauit, eiusque auctoritatem ad alias etiam prouincias extendit: Te, inquit, *de fratrum praedictorum consilio illuc tanquam pacis angelum destinamus, fraternitati tuae in partibus eiusdem Tusciae in Imperio constitutis, Romaniola, & marchia supradictis; & nominatim in Aquileiensi, & Gradensi patriarchatibus, de eodem tantum Gradensi patriarchatu, archiepiscopatu Iadrensi cum prouincia sua excepto; nec non in toto archiepiscopatu & prouincia Rauennate, & Ferrariensi ciuitate & diocesi, ac Venetiarum partibus, plena legationis officium committentes; vt euellas & destruas, dissipas & disperdas, edifices & plantes, ac facias auctoritate nostra quodcunque ad bonorem Dei, & prosperum statum partium earundem, ac reformationem pacis fidelium videris expedire, &c. Dat. Laterani 11. kal. february anno 1. Quo vero maiorem legato ad gerendam pro dignitate prouinciam auctoritatem conciliaret, pluribus ipsum praerogatiuis ornauit b. Influxit etiam summa auctoritate, vt imperij ipsius rebelles ecclesiastica censura percelleret.*

3 Accessisse ipsum Florentiam decima martij die anni MCCCIII, scribunt Dinus Compagnus c, & Ioan-

a Siffridus Conradus puer a Iudæis caesus.

Diuina in eos vltio.

Italia cōtarijs lanata factionibus.

Adducen dae publicae paci studet Benedictus. b Bern. in ebr. Rom. Pont. Dinus Cōpagnus in M. S. ebr. lib. 3. l. 1. Villav. l. 8. a. 69.

Leonard. Aretin. hist. Flor. l. 4. s. Ant. 3. p. 11. 20. 69. S. 1. c. Bened. et. cur. 69. Pontificiarum partium id praecipuum munus.

\*Sathanas

Nicolaus Ostiensis episc. creatus legatus in Etrur. & prouinc. uinc.

Paciarij auctoritas ad conciliandos dissidentes illi adiuncta.

a Ep. cur. 68.

Eius legatio ad nullas alias prouincias ex porrecta.

Plurimam ipsi conferunt auctoritatem Pontif. b Ep. cur. 70. ad 80. c Dinus Compagnus lib. 3.



& Ioannes Villanus<sup>a</sup> ab incarnati Verbi die numeratis annis; exceptumque maximo honore ab ijs, qui intestinis discordijs fatigati pacem ambiabant: cumque demandatam sibi a Pontifice adducendæ concordia<sup>e</sup> prouinciam in publica concione exposuisset, liberam ipsi a populo restituendæ in meliorem statum reipublicæ habenas traditas fuisse; eaque instructum auctoritate in conciliandis dissentientibus ciuibus studium defixisse; veteres reipublicæ magistratus, diuiso in nouendecim tribus populo, quibus totidem præfecit signiferos, restituisse b. Confirmato ita plebis statu, Albos & Gibellinos exules in urbem reuocare aggreditur. Præcipui earum partium duces refederant Aretij, qui publica deliberatione rerum suarum arbitrium potestatemque in legatum contulere. Dum itaque Cardinalis de sopiendis veteribus odijs, excitisque exulum oratoribus, de legibus redintegranda<sup>e</sup> inter ipsos & ciues concordia<sup>e</sup> agitabat, nonnulli Florentini osiores pacis, atque alienarum opum cupidi, legati consilia discutere sunt aggressi: quibus cum generose legatus, studijs multitudinis, quæ etiam ad concordiam propendebat fretus obsisteret, nefarijs hisce artibus ad disturbanda pacis consilia vfos refert Ioannes Villanus c: adulterinas nimirum Cardinalis Nicolai nomine scripsisse literas ad Bononienses aliosque exulum amicos, vt submota omni mora, cum multo peditatu & equitatu in sui auxilium prouolarent: cum eæ copia immineret, ingens aduersus legatum tumultus Florentia<sup>e</sup> excitatus est, atque eius existimatio apud multitudinem traducta. Sedato postea eo tumultu, vrbs proceres ac magistratus legato suasere, vt ad Pratenfes contrarijs discissos studijs se conferret; dumque in ijs vel Pistoriensibus conciliandis incumberet, Florentia<sup>e</sup> modos omnes de reuocandis in gratiam ac patriam exulibus exploratum iri.

Perrexit itaque Pratum Cardinalis legatus adducendæ inter eos pacis studio: sed Florentini, vetusto in Gibellinos Albosque odio imbuti, cum legatum toto pectore ad illos patriam restituendos incumbere cernerent, promissa contrarijs artibus insidijsque eludere; nonnullos enim Pratenfes factionis Guelphæ ad concitandam in legatum ipsum seditionem subornarunt. Qui, Pratenfium minis ac furore exterritus, in rebelles anathema atque interdictum ecclesiasticum vibrauit, seque Florentiam recepit. Vbi dum in Pratenfes expeditionem sacram, impertitis indulgentijs religiosam militiam accepto crucis symbolo professuris, conflaret; atque ex agris concurrente multitudine copia<sup>e</sup> auergerentur, concepta de legato sinistra suspitione, Guelphæ & Nigræ factionis duces vna, cum alijs ad arma concurrere; quorum furore perterritus Cardinalis quarta die iunij huius anni fuga salutem consulere coactus, Perusium ad Pontificem se contulit. Cuius recessum cædes maxima, ac sæua incendia sunt consecuta d; ita vt simul misera vrbs ciuium sanguine maderet, & flammis arderet. Quam calamitatem describit Leonardus Aretinus e: *Ignis, inquit, inter missilia ac tela vires assumens, flatu in super borea adiutus, late peruagatus est, domos & singula carpando apprehendit. Taberna venalium rerum magni pretij in bis erant locis. Eas cum ignis inuaderet, vel incendio cremabantur, vel a prædonibus diripiebantur. Vrbs eodem tempore ardebat, & vicatim oppugnabatur, non secus ac si hostis intrasset. Quo minus homines ferre opera poterant, eo latius vagatus inter duo fora primum, & circa porticum frumentariam omnia con-*

*sumpsit. Inde rursus vires assumens, usque ad Annum peruenit: nec prius finis cremandi est factus, quam supra mille & septingentas ades vno incendio conflagrarint. Medicatum fuisse ignem vulgo creditum est: nec equidem abs re susceptam credulitatem existimarem, cernens etiam nunc admirabilem, ac prope stupendam illius vim, in parietes etiam ipsos ac lapides, quod reliquæ monstrant, sauientem.*

4 Grauiissimum dolorem percepit Pontifex e Florentinorum factionibus, qui eo magis effertati erant visi, quo in sopiendo eorum furore defudatum fuerat: tum grauiissimæ legato apostolico illatæ iniuriæ in ipsius vicarij Christi contemptum redundarant. Igitur ne tantum crimen impune abiret, neue effrænata in posterum improbitas sese efferret, nobilissimos patricos, qui illi seditioni faces iniecerant; ad dicendam causam apostolico tribunali se sistere imperauit. Graues sunt illius eo argumento, ac proluxæ literæ a, quæ adducendæ visæ sunt ad maiorem ijs, quæ ex auctoribus delibauimus, lucem afferendam.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Rex pacificus, qui pacis cogitationes cogitat, non afflictionis, pro mundi pace venit in mundum in vltimis, dum transiturus esset ad Patrem, pacem nobis quasi proprio testamento relinquens. Id velut præcipuum etiam in veteri testamento promittit, cum per prophetam dicit: *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna: & Israel habitabit confidenter. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat.* In pace namque dies videntur boni, pacemque iubemus inquirere & perfequi eam; vnde scriptum est: *Dissententes fratres, siue clericos seu laicos, episcopi hortentur ad pacem, & quocumque odio aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem reuocari diuturna obstinatione nequiuierint, a sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur: quod si inimicitias deponere perniciosæ noluerint, de ecclesie coetu iustissima excommunicatione pellantur.* Mandant quoque seculares principes, prouidendum, vt nulli populi seditiones faciant, & omnem pacem habeant ciuitates. Ad id constringit ratio: ad id exempla nos admonent; quia subditorum sanguis de prælatorum exigitur manibus, & agri cultor bonus agrum suum solcite colit, & tribulis ac herbis nociuis diligenter expurgat. Odiâ autem, semen iniqui hominis, cum ex corde exeant, coinquant animas: & ideo si ex illorum ad quos eorum cura pertinet, negligentia non purgentur, hoc ab ipsis, qui huiusmodi curam habent, proculdubio requiretur.

Nuper si quidem, dum Florentina ciuitas, olim florida, quam dies verni rosarum flores & lilia circumdabant conuallium, deformis facta, odijs repleta mutuis, in se vertisset crudeliter gladium suorum ciuium, lamentaretur exilia, fletet cædes & carceres, de diuite pauper, de felice misera deploraret; compatientes spiritualiter ei alijsque Tuscia<sup>e</sup> ciuitatibus, peste laborantibus simili pie cogitauimus, & ex debito pastoralis officij supradictis coacti necessario preposuimus tollere in eis Domino fauente, odiâ; inserere pacem, & quietis dulcedinem ipsis salubriter præparare: sicque de consilio fratrum nostrorum ad hæc procuranda venerabilem fratrem nostrum Nicolaum Ostiensem & Vellerensem episcopum, in quo circumspeditionem prudentiæ, puritatem fidei, & constantiæ firmitatem longa experientia noscebamus, &



noscimus, ad illas partes transfimus confiden-  
ter.

5 Nec desiderio nostro fuisset fraudati, nisi multorum peruersorum iniquitas, qui se demeritis suis beneficio pacis reddiderunt indignos, nostris obuiasset propositis; & mali, desiderantes vt Saul bonos semper opprimere, & oppressos ad David fugientes repellere, eisque refugij locum denegare propriam ciuitatem; pro sano consilium prauum nequiter assumpserunt. Cum enim legatus ipse pacis negotium ceptum felicit, & iam fere in consummatione deductum vellet perficere, nonnulli Florentini ciues, ac certi Pratenfes, & multi pacis, turbatores quietis, & iustitiae inimici (quibus pax malorum suorum, quae vt non egeant exercere cupiunt, finis, & bellum initium fore noscuntur) Lucanis conscijs, prout per literas memorati legati accepimus, Prati, dum ibi idem legatus \* non reueriti faciem eius, nec Romanam respicientes ecclesiam cuius, inanibus verbis honorantes labijs, sed corde longinqui, se iactant esse deuotos, ad impedimentum praefatae pacis seditionem cum impijs acclamationibus, & tumultum non sine praecedenti coniuratione fecerunt, Pratum ipsum nihilominus occupantes. Propter quod saepesatus legatus de se suaque familia, in quorum machinabantur vitam, merito timens; & ne idem dicta Florentina ciuitas pateretur, redire Florentiam est compulsus: dictique Lucani, seditionis huiusmodi praebituri subsidium, in equitum & peditum multitudine graui accessere Ficechium. Sed cum praetactus legatus ab incepto pacis negotio propterea non cessaret; immo duodecim aduocasset Florentinos extrinsecos, & totidem intrinsecos elegisset, de modo pacis tractaturus cum eis, sinemque laudabilem negotio praebiturus; intestina bella Lucanis eisdem, Ficechij morantibus, per aduersarios pacis, quibus iidem sauebant Lucani, sunt mota: propter quae sedanda dicti duodecim extrinseci Florentini de voluntate legati Florentia exiuerunt.

Sed, proh dolor! non ex hoc sedatae sunt, quinimo incaluerunt magis, & quasi statim Rosselinus de Lacosa, Pazzinus de Pazzis, Tegghia de Frescobaldis milites, Synibaldus de Donatis, Buondelmontes, Tonaquinci, Rubei, Vicedomini, Cauicalij, Gaudagni, Ferrutij, Rondoni, Accaioli, & Medici cum suis complicibus Florentini ciues, ciuitatem currentes, caedes fecerunt & vulnera, & ex hoc tota est commota ciuitas & sub armis miserabiliter constituta; bella in locis diuersis plurima commissa sunt, immissi ignes, & homicidia perpetrata. Interea autem Lucanis de Ficechio cum exortio maximo Florentiam propinquantibus, idem legatus, qui cum nocentibus innocens, cum dolosis reclus, cum duplicibus simplex, fidelis cum proditoribus, cum iniquis aequus, & cum iniustus iustus extiterat; vita sua, quam extinguere Lucani studebant, consulens exiit ciuitatem; quae post, paucis interiectis horis, completa bellis, suorum ciuium saedata sanguine, plena Lucanis effecta est, violatae praedis, & incendijs deformata: nobiles & populares viri, amatores pacis & legati fautores, eiectioni sunt, & relicta ciuitas in manibus ipsorum; sicque Lucani priorum sine causa, nisi temeritatis & superbiae, occisores ciuium, Lucanae & Lunensis destructores ecclesiae, Tusciae incendium; qui paulo ante prope Pistorium, dum ibi esset legatus, multos Pistorienses occiderant, nec praedictum fratrem nostrum pati potuerunt nominare lega-

tum; quique haecenus versantes cuncta, omniaque tentantes, paci praedictae vna cum Florentinis praefatis praebuerant propter conscientiam criminum suorum obstacula; sunt, nescimus quo Dei iudicio, suum scelestum propositum executi; post idem impletum propositum ad palatium, in quo Florentiae dictus degebat legatus, turmatim accedere, minas, blasphemiasque proferre nihilominus praesumentes.

In ijs vltra parricidium, & fere cuncta facinora, grauissimum scelus patriae propriae proditionem agnoscimus. In ijs non solum contra legatum nostrum, sed verius contra nos ac Romanam, cui praesidemus, ecclesiam in persona legati eiusdem intolerabile facinus, & offensa commissa notamus: in ijs homicidij, vulnerum, caedis, violentiae, rapinae, incendij & tot alia, quot ex hoc secuta sunt, & sequuntur crimina, perpetrata videmus. Non perfidior Catilinae coniuratio, vix superior Syllana crudelitas, & Mariana ferocitas parum minor. Sunt haec, quae sumus, fidelium opera? Sunt deuotorum ecclesiae actiones? Quis infidelis, quis indeuotus, aut quis sceleratus haec faceret, nisi qui in pace more solito grassari non posset, vel de suis timeret sceleribus vltionem? Haec sunt desperatorum flagitia, & in profundum scelera demersorum. An ergo qui egerunt talia sunt ecclesiae filij, an fideles, siue deuoti? Certe istos indeuotos, reliquos vero, qui passi sunt & eiectioni, cum in bono pacis sequerentur legatum, appellamus fideles.

6 Mirabile dictu! volunt ij etiam dum contra Ecclesiam agunt, filij reputari. Numquid ista poterimus tolerare, quin in eos, quos Dei timor a malo non reuocat, exurgamus; quin ipsorum, in Dei, cui aduersantur, virtute, maxillas in freno constringamus & camo? Numquid, vt mali quiescant, bonos vexari patiemur? Numquid inter improbos innocentiam permittemus perire? Absit a nobis, absit a Romano Pontifice, absit a Christianorum omnium Episcopo & pastore. Nam puniuntur mali, vt boni quiete viuunt: ac putrescunt palpata vulnera, & impunitas audaciam deteriora committendi ministrat. O miserabilis Florentina ciuitas, quam triste de te praebuisti, praebesque spectaculum! quia iam in te languerat iustitiae vigor, tepuerat animi fortitudo, & tibi libertatis gustus modico tempore nauseam generauerat. Sub paucorum, qui te deuorauerunt & deuorant sicut escam panis, seruitutis iugo redacta es, eorum sis victoriae premium atque praeda. Tibi terror facti sunt, a quibus consueuisti timeri. Facies tua, quam non sol decolorauit sed ignis, murata est. Facta es tabida, data in sibilum, & posita in derisum. Cecidisti lucifer, qui mane oriebaris. Vrbs frequens, & exultans ciuitas, in maeorem versa cognosceris, omnis lapis pretiosus quondam operimentum tuum: nunc autem para cilitium, induere sacco, & aspergere cinere, caput tuum, quia perdidisti filios, & priuigni quibus sua eo quod modica displicent, aliena placent, dominantur tibi. Narrent filij tui posteris suis quae passa es & a quibus, vt obliuioni quousque vltima fueris, non tradantur. Compatimur, condolemus, vrget nos pastorale officium, angit honor Ecclesiae, sceleratorum, qui te fere strangulatam detinent, habenda correctio, cogit vt prote filia nostra capiamus consilium, morbo tuo apponamus remedium, & ecclesiae iniuriam vindicemus.

Citamus ergo de eorundem fratrem nostrorum  
con-

De eiectione  
legato.

Sceleris  
immanitas describitur.

Vt illud  
fucato colore subornare nitantur.

Exponitur  
Florētia calamitas.

Exponitur  
Florētia calamitas.

Exponitur  
Florētia calamitas.

Exponitur  
Florētia calamitas.

Exponitur  
Florētia calamitas.

Exponitur  
Florētia calamitas.

Exponitur  
Florētia calamitas.

Exponitur  
Florētia calamitas.

Exponitur  
Florētia calamitas.

De missa  
ad illum  
componenda  
legato.

Desideret

Conflatus  
in hunc  
coniurationibus.

Disturbata  
pacis  
consilij.

Edictis Florentiae  
cecidit a  
coniuratione  
Guelphis.

Præcipui  
eorum duces.

Graves  
Benedicti  
querelae  
de Lucanis.



consilio, præsente hac multitudine copiosa, ciuitatum Florentiæ & Lucæ communia, vt per procuratores idoneos; superius vero expressos, nec non & Rossum de la Tosa, Cursum de Donatis, vtrumque Nerium de Buondelmontibus, Gerardum de Tonaquincis, Iacobum de Rubeis, Gerium Spinam milites, Burgerium de eadem domo de Tonaquincis, Paganum Bordonum Florentinos; Orlandum Salamocellum, Henricum de Bernarducijs, Orlandum dictum Malapresa, Parentem de Porcara milites, & Nicolaum Maconis Lucanos personaliter; infra octauas festiuitatis beatorum Apostolorum Petri & Pauli, proxime venturæ, peremptorie compareant coram nobis, super præmissis & alijs mandatis & iussionibus nostris humiliter parituri. Alioquin, eorum non obstante absentia, ad grauissimas pœnas tanquam super notorio contra eos, auctore Domino, spiritualiter & temporaliter procedemus. Prohibemus insuper omnibus & singulis, cuiuscumque status, dignitatis, aut conditionis existant, ciuitatibus, vniuersitatibus, & locis quibuslibet, ne prædictis communibus, aut illa regentibus, siue parti intrinsecæ ciuitatum dictarum dent auxilium, consilium, vel fauorem: alias contra facientes similes pœnas poterunt merito formidare. Hanc autem citationem & prohibitionem nostram, quam non sine causa ex certa scientia facimus, ipsos omnes arctare volumus, sicut si eorum quemlibet apprehendisset; non intendentes nec volentes per hæc in aliquo derogare potestati dicti legati, quin possit ea vti, sicut si ista per nos minime processissent. Vt autem huiusmodi noster processus, &c. *Actum Perusij xi. kal. iunij pontificatus nostri anno 1.*]

Accersiti a ad tribunal apostolicum Florentinorum proceres, ne intentatum rebellibus anathema contraherent, Perusium magna stipati clientela ad excusandum apud Benedictum facinus se cõtulere. Quo tempore Gibelline Albæque factionis duces, collectis raptim ingentibus copijs, Florentiam impetu expugnare perentarunt. b. Adductus vero est in inuidiam legatus, illud consilium Gibellinis suggestisse, dum suis ducibus orba ciuitas erat: qui mox, audita discriminis fama, Florentiam se proripere, maiorique ac antea furore ciues se laniare perrexerunt. Tributit Villanus e rem diuinæ vindictæ ob spretum Apostolicæ sedis legatum, qui pacis osoribus incussisset anathema.

Sed a funestis Florentinorum calamitatibus, qui vicarij Christi intestina ipsorum odia sopire molientis vocem audire recusarunt, ad Pontificiam in conciliandis alijs populis tollendisque simultatibus orationem conuertamus. Dissidebant quoque tum temporis, mutuisque flagrabant odijs Veneti ac Parauini: ad quos cõciliandos sanctissimus pater Firmianum episcopum misit, vt literæ apostolicæ tum ad legatum d tum ad Venetos e datæ testantur. Sopitam Benedicti Papæ studio eam discordiam indicat Venetarum rerum scriptor f, dum in Petri Gradenici Venetorum ducis gestis sine suso cruore compositam dissensionem ait.

7 Laboranti etiam hoc tempore intestinis dissensionibus Germaniæ succurrere nisus est Benedictus: ac discordia, quæ inter Gerardum episcopum Moguntinum & Albertum Romanorum Regem intercedebat, fomitem extinguere. Compulerat antea Albertus armorum potentia archiepiscopum ad indignas pactiones, nonnullisque ipsam archiepis ac iuribus Moguntinæ ecclesiæ

exuerat, monitaque Bonifacij, vt ab ecclesiasticis bonis abstineret, & comiter cum archiepiscopo transigeret, spreuerat. Cui Benedictus paternis literis proposuit ob oculos a, quantum regium honorem læderet, si ex principatus officio ad tuendam ecclesiam obstrictus illius iura violaret: restitueret itaque ablata ac damna farci- ret, ne ecclesiæ celestis sponsi in se iras concitaret.

*Alberto Regi Romanorum illustri.*

Gratiæ tibi diuinæ præmium & præconium humanæ laudis acquiritur, si tu tanquam princeps catholicus gerens ad Deum & sedem Apostolicam reuerentiam filialem, ecclesias & ecclesiarum prelatos, pontificali præsertim præditos dignitate, benigno fauore confoueas, ab ipsorum iniurijs & grauaminibus abstinendo; illos in suis iuribus manuteneas, & conserues, ac opportunis præsidijs prosequaris. Dudum siquidem ad nostrum peruenit auditum, quod tu venerabilem fratrem nostrum Gerardum archiepiscopum & ecclesiam Maguntinam diuersis pressuris & contumelijs oppressisti, idemque archiepiscopus ob timorem tuum quasdam damnosas pactiones & ordinationes tecum inire, in enorme suum & ecclesiæ prædictæ præiudicium, est coactus: quorum prætextu tu nonnulla castra, munitiones, redditus, priuilegia, iura, & iurisdictiones, & alia plurimæ bonæ, ad ecclesiam ipsam spectantia, abstulisti, occupasti, & occupata detines pro tuæ voluntatis libito minus iuste: & licet felicitis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster suis literis munificentiam tuam rogauerit & fuerit exhortatus, vt bona stabilia dictæ ecclesiæ, destructa vel non destructa, detenta per te vel alios tibi subditos, liberaliter sibi absque obstaculo dilationis & difficultatis restitueres, & faceres restitu- cum effectu; ac super damnis & iniurijs sibi illatis componeres benigne, mansuete, & curialiter cum eodem; tu tamen exhortationes & preces dicti prædecessoris obaudiens, præmissa facere non curasti. Ex quo tanto nobis maioris admirationis causa suboritur, quanto in te tanquam catholico principe & filio prædilecto speramus maioris deuotionis promptitudinem inuenire.

Quocirca celsitudinem regiam rogamus, monemus, & hortamur attente, quatenus debita meditatione recogitans, quantum honori tuo detrahitur & salutis, si tu, qui teneris alios in suo iure defendere, iura ecclesiarum vsurpes, & bona occupes earundem, per te ipsum prouide corrigas & emendes quidquid erga dictos archiepiscopum & ecclesiam minus prouide per te exitit attentatum; restituendo ipsis, & faciendo restitui, pactionibus & ordinationibus antedictis nequaquam obstantibus, bona & iura ipsorum, quæ per te & subditos tuos ablata, occupata fuerunt vel detenta, ac damnis & inimicis eis illatis adeo congruam satisfactionem exhibeas, quod idem archiepiscopus super ijs nostra precamina sibi sentiat profuisse & sedem eandem, quæ tibi fauorabiliter in cunctis opportunitatibus assistere cupimus, inuenias ad ea, quæ tibi sint placita, fauorabiles & benignos. *Dat. Laterani v. id. martij anno 1.* Albertum Gerardo conciliatû, ex Siffrido b colligitur, dum narrat, ipsam vnâ cum Othone Bauariæ duce, Rodulpho filio duce Austria, alijsque principibus & episcopis Alberto in ancipiti ac difficili bello aduersus Venceslaum II. Regem Boemiæ adhæsisse.

8 Ingentes quoque bellorum motus in Gal-

Qui opti-  
mates iu-  
dicio po-  
sulari

a Dirus  
Compagn.  
M. S. chr.  
b 3. 10 Will  
l. 8. c. 72  
Leonard.  
Arcein.  
vbi sup.  
Patritij  
Florentini  
Perusium  
ad crimē  
excusan-  
dum se  
conferūt.  
b Idem  
ib.

Tentata  
interim  
frustra a  
Gibellinis  
Florentia.  
Ciuiilibus  
auctis di-  
scordijs,  
maiorib⁹  
malis mer-  
sa.

e Io. Vill. l.  
8. c. 69.  
Veneti &  
Parauini  
mutuis la-  
borat dis-  
sensionibus.  
d Ep. cur.  
140. 142.  
e Ep. cur.  
141.

f Append.  
ad chr. An-  
dræ Dan-  
dali in Pe-  
tro Gra-  
denico.

Gerardū  
episc. Mo-  
gunt. di-  
tionis par-  
te priuat  
Albertus  
Rex Ro-  
man.

a Episc.  
Mogunt.  
a Bened.  
vt erro-  
ratiu

Indign.  
pactione  
ad quali-  
lum ab-  
gissim

Regij  
neris  
cueri  
ecclesiæ  
vexare

b Siffr.  
lib. 2. 10  
ann.  
Albertus  
in Vve-  
ceslaum  
Regem  
bellij



lijs extitere a: Philippus enim Rex indignatus Flandros iugum excussisse, effluentibus in eis effudit. Deleti sunt a Gallica classe, cui præerat Raynerius Grimoaldus Genuensis, Flādrī, & Guido comes captus. Ea Flādrorum clades maritima terrestri alia ad montem Pabuli exeunte mense septembri cumulata est. Sequenti a parta victoria die Philippus Rex Insulam obsidione cinxit, cum Flādrī nō præteritis deiecti cladibus, sed in iras maiores efferati, clausis in urbibus officinis, mutuo sacramento se obstrinxere, nisi profligato hoste vel pace obtēta domū non redituros: atq; Insulam progressi missis oratoribus, pacem vel prælīū ab Rege cōtendere; fœderisq; interpretibus Brabantie duce, ac Sabaudie comite ijs legibus cū Flādris pax sancita est, quas S. Antoninus ex antiquioribus affert b: *Sic, inquit, conclusum & factum est ibi per mediatores pacis, hoc scilicet modo: ut Flādrēses sua libertate gauderent, eis dominis suis antiquis & captiuis redditis; ac ipsi Regi darent ducenta millia parisiensium intra certum tempus: ac etiam Flādrēses Regi dimittebant illam partem Flādrī, quæ est ultra fluvium Lisa, vel Lisa versus Franciam.*

9 Nec modo sedatum hoc anno Belgicum bellum, quod Gallias valde afflixerat; verum sopita etiam dissensio est, quæ iamdiu Philippum inter ac sedem Apostolicam magno rei Christianæ damno intercesserat, vt Bernardus refert his verbis: *c Hic Benedictus similitatem & dissidium, quæ subortæ fuerat inter Regem Franciæ Philippum & Bonifacium Papam, sedauit.* Iisdem verbis M. S. de gestis Benedicti Papæ d, ac similia auctor qui ad Martinum Polonum e appendicem adiecit, & alij Et quidem Philippus Francorum Rex, post mortē Bonifacii creato Benedicto recuperandæ Ecclesiæ gratiæ, ac veteris Gallorum cum sede Apostolica coniunctionis, quam atrocia in Bonifacium vt hostem acta labefactarant, redintegrandæ sollicitus, datis gratulatorijs more maiorum literis de consecuto apostolico fastigio, nouo Pontifici Gallicanam ecclesiam commendauit; atque amplissimos oratores, qui de componendo præterito dissidio agerent, transmisit.

*Sanctissimo patri domino Benedicto, diuina prouidentia sacrosancta Romana ac vniuersalis Ecclesia summo Pontifici, Philippus Dei gratia Francorum Rex deuota pedum oscula beatarum.*

Benedictus Dominus Deus Israel, quia uisitauit, & fecit redemptionem plebis suæ: & erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Qui facit mirabilia magna solus: qui cælestia pariter & terrena salubri moderamine dirigens, ac perpetua ratione gubernans, in hac valle miseræ miserationes innumeras, liberalis in gratijs, & in misericordia copiosus exercet. Ipse quidem circa Ecclesiam suam sanctam, Petri nauiculam, matrem fidelium, Christi sponsam, quam a foundationis initio splendore virtutum mirabiliter illustrauit, pie semper continuans miserationis effectum, & paternæ exequens pietatis officium, licet eam in pelago mundi huius intumescens vndarum fluctibus agitari, & procellis conuerti patiatur ad tempus; ipsam submergi, vel periclitari naufragio non permittat: continuum semper in tribulatione solatium, in turbatione pacamen, & in aduersitate succursum, sicut rerum euentus, ac succedentium experimenta temporum manifeste declarant. [ Pluribusque gratulatorijs Benedicto sententijs, missisque in Bonifacium dictis subdit. ]

Ex eo præcipue materia nobis gaudij & exaltationis accrescet, quod regiminis nostri \* in Apostolica sede virum federe conspiciamus, bonorum omnium, sicut fama testatur & publicat, nitore conspicuum, virtutum speculum, & sanctitatis exemplar: virum vtique secundum cor nostrum, qui non quærit quæ sua sunt, sed quæ Dei ad catholicæ fidei & vniuersalis Ecclesiæ bonorum & exultationis incrementa felicia, ac statum prosperum & quietum totius populi Christiani, & promotionem felicem negotij Terræ sanctæ ducitur puro zelo.

Igitur pro tam dignæ, tam salubris, & vtilis prouisionis euentu bonorum omnium largitori ad laudes & gratias in humilitatis spiritu assurgentes, eius imploramus deuote clementiam, vt qui vos ad regimen Ecclesiæ sanctæ ad dandam salutis scientiam plebi suæ ad supernæ dignitatis honorem pia miseratione prouexit, sic creditis vobis multiplicatione talenta concedat; sic in sanctitate & iustitia coram ipso, & in viam pacis dirigat gressus vestros, quod post regiminis præsentis excursum ad cælestis gloriæ solium vna cum grege vobis commisso clementi pietate perducatur, iudicaturum cum cæteris sanctis suis omnis orbis terræ finium nationes. Cæterum nos & regnum, cuius moderamini, disponente Domino, præsidemus, & ecclesiam Gallicanam sanctitatis vestræ fauoribus fiducialiter commendamus: & ad exponendum perfectius, & plenius exhibendum beatitudini vestræ omnimoda reuerentiæ & deuotionis indicia, ecce dilectos & fideles \* Bernardum dominum Mercolij, magistrum Petrum de Bellapertica canonicum Carnotensem, & Guillelmum de Plessiano militem nuncios nostros ad sanctitatis vestræ præsentiam destinauimus, quos benigne recipere, ac eorum relatibus paterna clementia audientiam præbere placidam, & fidem non dubiam adhibere dignetur. ]

Excepti sunt a Benedicto regij oratores rerum gerendarum peritia insignes beneuole & censuris omnibus, quas ob gesta in Bonifacium susceperant, soluti; de quo extant ad ipsos in regeſto literæ a, quanquā Guillelmus e Plessiano, cum se Bonifacii calumniorē in Parisiensibus comitijs cōlituerat, atrocissimo scelere se deuinxisset; sed vicit apostolica mansuetudo clementia; memor enim sanctissimus Pontifex, quantum Gallorum in sedem Apostolicam studia illius dignitatem auxissent, temperandam censuit clementia seueritatem: cum magna affulgeret spes, eo Gallos maiori obseruantia Romanam ecclesiam complexuros, quo eius benignitatem experirentur: sacrisque eos restituit hoc edito apostolico diplomate. b

*Benedictus, &c. ad perpetuam rei memoriam.*

Cum sicut accepimus, tam archiepiscopi & episcopi, quam alij ecclesiarum secularium & regularium prælati, & alij clerici, & ecclesiastica personæ, religiosæ ac seculares; nec non barones, nobiles, & alij laici de regno prædicto excommunicationum sententijs, olim a Bonifacio Papa VIII. & alijs prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus in impediētes eos, qui ad sedē accedebant Apostolicam, vel recedebant ab ea, seu literas deferebant ipsorum, & ex alijs causis in suis processibus promulgatis; nec non latis a canone pro eo, quod se culpabiles reddiderunt in captione eiusdem Bonifacii prædecessoris, & nuntiorum ipsius, & aliorum prædecessorum prædictorum; teneantur attriti, quorum aliqui diuina celebrarunt of-

\* tempore

\* exaltationis

\* al. Bernardum Oratores mittit.

a Bened. ep. cur. 155

b Ext. in b. l. Vall. sign. lit. C. n. 25. &amp; n. 79.

Galli con tractis parati li. berati,



facia, & immiscuerunt se illis, ac receperunt ordines, & beneficia ecclesiastica sic ligati; nos præmissa omnia paterna meditatione pensantes, ac attendentes vtilitates & commoda, quæ ex eodem regno, dum in ipsius ecclesiæ deuotione perstitit, ecclesiæ prædictæ prouenerunt; quodque propter euitandum scandalum, præsertim vbi multitudo delinquit, seueritati est aliquid detrahendum; sperantes insuper, quod Rex & incolæ memorati tanto Deum & dictam ecclesiam studebunt per amplius & deuotius reuereri, quanto eadem ecclesia misericordius & gratiosius egerit cum eisdem; huiusmodi inducti considerationibus archiepiscopos, episcopos, prælatos, clericos, personas, barones, nobiles, & laicos prædictos, & quoscumque de dicto regno, qui huiusmodi sententijs Bonifacij & aliorum prædictorum prædecessorum, astringuntur, omnesque \* occasione huiusmodi captiõnis præfati Bonifacij prædecessoris, & nuntiorum prædictorum dicto vel factõ, ope, opera vel fauore quantumcumque in sententiam canonis inciderunt (Guillelmo de Nogareto milite, cuius absolutionem nobis & dictæ sedi specialiter referuamus, dumtaxat excepto) a sententijs prædictis absoluimus, restituendo eos communioni fidelium & ecclesiæ sacramentis. Cum illis insuper ex eisdem, qui prædictis ligati sententijs ordines aut beneficia ecclesiastica receperunt, qui in ipsis ministrare personaliter ordinibus, & eadem beneficia retinere; nec non cum eis, qui sic ligati diuina celebrarunt officia, vel immiscuerunt se illis, super irregularitate inde contracta auctoritate prædicta de misericordia; quæ super exaltator iudicio, dispensamus. *Dat. Perusij 11. id. maij anno 1.*

Edita quoque sunt plura alia a Benedicto diplomata ad Gallos pristinis iuribus asserendos, quibus expresse Philippus Rex censuris est solutus a: academijs conferendæ laureæ doctoralis abrogatum a Bonifacio ius restitutum b: clericis ad honores ecclesiasticos patefactus c: aditus. Conciliauit d: etiam controuersiam: Narbonensem archiepiscopum inter ac vicecomitem; sustulitque e: interdictum ecclesiasticum, quo Apamias Bonifacius VIII. ob illius vrbis ac montis S. Antonij dominatum regio iussu a: Fuxensi comite, tum præfecto Carcassonenfi, viris ecclesiasticis ereptum, perculerat, ex quo magna discordia inter Bonifacium ac Philippum exarserat; & corpora sepultura ecclesiasticæ tradi iussit, modo criminum dolorem in extrema vitæ periodo ostendissent.

10 Tulerat etiam Bonifacius plures alias in Philippum eiusque studiosos sententias: absoluerat sacramenti religione eos, qui ipsi astricti erant: promulgarat literas quibus regni Galliarum limites describebat: contulerat plura Philippi hostibus priuilegia; ex quibus omnibus grauissima similiter in Gallos mala redundarant. Quibus remedium laturus Benedictus, huiusmodi in eum cæterosque ipsius partibus addictos conscripta acta publica reuocauit f: ne inde aliqua mali labes emanaret, atque inter Apostolicam sedem regnumque Galliarum firmissima pax atque amor mutuus coalesceret. Extant de his insignes subiectæ literæ, quæ ob dignitatem prætermittendæ non sunt visæ.

*Charissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri.*

Ad statum tuam & regni tui felicem paternis desiderijs a pirantes, ad ea libenter intendimus, per quæ status ipse, submotis impedimentis quibuslibet, votiuus iugiter successibus prosperetur,

& salutaria, dante Domino, recipiat incrementa. Dudum siquidem, prout ex parte tua fuit expositum coram nobis, Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster nonnullos contra te ac regnum tuum consiliarios, familiares, officiales, fautores, & valitores tuos regni prædicti processus fecit diuersorum tenorum; variasque sententias promulgauit: gratias, priuilegia, & indulta tibi & eis concessa suspendit: pluribus insuper nonnulla priuilegia in tuam & regni prædicti læsionem concessit: declarationes circa fines seu limitationes edidit dicti regni, ac nonnullos, qui tibi iuramento fidelitatis, & ex alijs vinculis & obligationibus tenebantur astricti, ab huiusmodi iuramenti vinculis & obligationibus prorsus absoluit, in tuum & aliorum prædictorum, & eiusdem regni non modicum præiudicium & grauamen.

Nos autem, qui regalem magnificentiam apud Deum, & homines cupimus exaltari, volentes tibi, regno, consiliarijs, familiaribus, officialibus, fautoribus, valitoribus, & incolis præfatis, ne prætextu processuum, sententiarum, suspensionum, declarationum, & absolutionum huiusmodi aliquid tuo seu eorum statui vel saluti dispendium spiritualiter aut temporaliter imminere valeat, prouidere; omnes & singulos processus habitos, & sententias promulgatas, suspensiones, & declarationes, absolutiones, vt præmittitur, factas contra te, regnum, consiliarios, familiares, officiales, & valitores præfata per eundem prædecessorem in quacumque forma verborum, quibuscumque de causis, siue dicti processus & sententiæ, suspensiones, declarationes, & absolutiones fuerint publicati, siue non, siue verbo tantum, siue in scripturam redacti extiterint; auctoritate apostolica de apostolica plenitudine potestatis reuocamus, annullamus, & viribus vacuum: teque ac regnum, consiliarios, familiares, officiales, fautores, valitores, & incolas suprædicta (Guillelmo de Nogareto milite, cuius absolutionem nobis specialiter referuamus, dumtaxat excepto) ad plenum reponimus, & reducimus in eum statum, in quo eratis ante processus & sententias, suspensiones, declarationes, & absolutiones prædicta; vt ex eis vel eorum aliquo tibi, vel eis, aut tuo vel ipsorum statui, aut saluti præiudicium nequeat prouenire vel obstaculum aliquod interponi. Omnia quoque priuilegia & indulgentias, cuiuscumque genti, vniuersitati, vel loco, seu singularibus personis, cuiuscumque conditionis, status, aut dignitatis existant, in tuum seu dicti regni præiudicium ab eodem prædecessore post motam discordiam inter te & ipsum, quomodocumque & in quacumque forma verborum concessa, eadem auctoritate cassamus, irritamus, & ex nunc viribus vacuum, decernendo, ea nullius existere firmitatis. Nulli ergo &c. *Dat. Perusij 11. id. maij anno 1.*

11 Ornauit præterea Philippum Regem priuilegijs concessis a prædecessoribus, quæ cum Bonifacius, ardente discordia, conuulsisset, pluribus diplomatibus a redintegrata fuere. De quibus hæc Bernardus b: *Priuilegia ac libertates, quibus Regem priuauerat Bonifacius prædecessor, eidem Regi restituit & concessit, sicut antiquitus, in hebdomada pentecostes, presentibus Regis nuntijs, Perusij in consistorio.* Nec veteres modo prærogatiuas instaurauit, verum etiam nouis affecit: inter quas clericos c, qui in regni Parisiensis sacello diuino cultui insistent, ab episcopi Parisiensis ac metropolitani Senonensis auctoritate exemit: tum ad Philippi, Ioannæ Reginæ, successorum ac regni stirpis prin-

Benedictus de...

Redintegrata Philippo...

Quæ Benedictum rationes flexerint ad clementiam.

\* qui

Guillelmo de Nogareto prædicationi, qui Bonifacium cepere, signifer exceptus. Clerici pristina gratiæ muneribusque restituti.

Ibid. ep. cur. 145. b Ibid. ep. cur. 147. c Ibid. ep. cur. 148. d Ep. com. 613. e Ep. cur. 149. Apamijs templorū &amp; sacrorū vsus redditus.

Gesta a Bonifacio in Philippum Regem reuocata.

Ibid. ep. 146.



principum, qui Gallicum sceptrum sustentarent, attingentium gratiam legem Bonifacianam de sepulturis soluit a. Concessit præterea b Philippo biennales decimas e vectigalibus sacerdotum, donatis tamen immunitate ijs, quorum opes tenues erant, redigendas, tum ad leuandam ærarij in Belgico bello profusi inopiam, tum ad nouam monetam iusti ponderis ac pretij, qua S. Ludouici tempore in vsu fuerat, confirmandam.

12 Cum vero iam ante ad coercendam principum auaritiam, qui non obtenta ab sede Apostolica facultate, in extorquendis a clero subsidijs grassabantur, deuinxisset Bonifacius anathematè laicos, qui stipendia, aut vectigalia, decimas, pecuniaue a clericis exigenter, siue ea ex ipsorum bonis vel ecclesiarum redigerentur; cui pœnæ etiam obnoxios esse voluerat eos, qui soluerent, aut promitterent, consentirentve se soluturos; Benedictus ad molliendam illius decreti acerbitatem, e Cardinalium consilio legem in eos tantum vigere iussit c, qui exigerent aut ad exigendum consilium, operam, studiumve conferrent: laesos autem, qui sua extorquenti cessissent, ea pœnaliberauit. Quam rem gestam Perusij in purpuratorum patrum consilio narrat Bernardus; eaque de re locutus subiungit: *Ibidem edidit quandam constitutionem, qua incipit: Quod olim, in qua restrictit pœnam constitutionis Bonifacij prædecessoris sui, qua incipit: Clericis laicos; libro VI. decernens, ut in soluentibus aut recipientibus a sponte soluentibus pœna dictæ constitutionis Bonifacij non vendicet sibi locum.* Præter hæc Pontifex, qua occasione clerici bona ecclesiastica in principum subsidium diuinae possent, ex Lateranensi consilio, illustrauit his verbis: *Ceterum attendant solisite ecclesiarum prælati & alij clerici, quod Lateranense concilium in huiusmodi subuentionibus solum casum necessitatis, aut communis vtilitatis, ubi laicorum ad id non suppetunt facultates, deliberatione prouida noscitur excepisse; & deinde generale statuisse concilium, propter quorumdam imprudentiam etiam in hoc casu Romanum Pontificem, cuius interest cõmunibus prouidere vtilitatibus, primitus consulendum. At tante igitur caueant, ne prædictorum conciliorum transgressores existant, aliquid in casu prædicto, & multo magis si casus ipse non subsistat, quoquo modo vel titulo, inconsulto Romano Pontifice, occasione subuentionum dictarum concedendo laicis, vel etiam promittendo: alioquin tanquam canonum tam solemnium temerarij transgressores, quas proculdubio, Deo propitio, idem insiget Pontifex, grauissimas pœnas poterunt merito formidare, &c. Datum Perusij xv. idus maij anno I.* Nonnullis etiam alijs Bonifacij decretis vim ademit d, ad quod se hac ratione impulsus fuisse ait: *Quia etiam prædecessor ipse de fratrum suorum consilio statuta non edidit supra dicta, eadem communicato fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica totaliter duximus suspendenda. Dat. Laterani xix. kalend. february anno I.* Hæc verò Bonifacij gesta conuulsi sanctissimus Pontifex, vel æquitate vel diuinæ gloriæ zelo adductus.

13 Cum vero supplices veniam poposcissent Petrus & Iacobus Columnæ, in eos ita clementiam explicuit, vt neruum ecclesiasticæ disciplinæ non dissolueret: hisce x. kal. ianuarij superioris anni sancitis e: *Eis, inquit, quæuis alia, \* quam præfatarum depositionis a cardinalatibus, priuationis benedictorum & ecclesiarum, confiscationis bonorum & iurium, qua dictis ciuibus, nempe Romanis, seu alijs sunt concessa, & in habilitatis ad papatum sententia siue pœna abstulit, redimus, &c. In-*

Sciarram verò Columnam, Guillelmum Nogarorum & alios impios, qui Bonifacium ceperant, distrinxit seueritatem, vt Bernardus subiectis verbis testatur a: *Benedictus Papa denuntiavit excommunicatos publice et in scriptis actores sceleris, et captionis prædecessoris sui Bonifacij Papæ VIII. nominatim & expresse Guillelmum de Nogaroto, Sayram de Columna, & quosdam alios nominatim, & generaliter omnes alios complices captionis, & facinoris cum eisdem, qua ipse Benedictus Papa fide viderat \* occulta.* Eadem in M. S. rerum gestarum Benedicti b, atque apud Martinum Polonum c referuntur. Sed ad veritatem historici in luce collocandam pontificium diploma visum d est adducendum.

*Benedictus, &c. ad perpetuam rei memoriam.*

Flagitiosum scelus, & scelestū flagitium, quod quidam sceleratissimi viri, summum audentes nefas, in personam bonæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, non sine graui perfidia commiserunt, puniendum prosequi ex iustis causis hucusque distulimus: sed vltierius sustinere non possumus, quin exurgamus, immo Deus in nobis exurgat, vt dissipentur inimici eius, & ab ipsius facie fugiant, qui oderunt eum: dissipentur dicimus, si vere pœniteant, sicut ad prædicationem Ionæ, Ninive conuersa est: alias vt Jerico subuertantur. Olim siquidem, dum idem Bonifacius Anagninæ propriæ originis loco cum sua curia resideret, ipsum nonnulli perditionis filij, priuogeniti sathanæ, & iniquitatis alumni, omni pudore postposito, & reuerentia retroiecta, prælatum subditi, parentem liberi, & vassalli dominum, Guillelmus scilicet de Nogaroto, Renaldus de Supino, Thomas de Morolo, Robertus filius dicti Renaldi, Petrus de Genazano, Stephanus filius eius, Adenolphus, & Nicolaus nati quondam Mathiæ, Giffridus Bussa, Orlandus & Petrus de Luparia ciues Anagnini, milites Sciarra de Columna, Ioannes filius Landulfi, Gottifridus natus Ioannis de Ceccano, Maximus de Trebis, & alij factionis ministri armati hostiliter & iniuriose ceperunt, manus in eum iniecerunt impias, proteruas erexerunt ceruices, ac blasphemiarum voces funestas ignominiose iactarunt. Eorum etiam facta & opera per eiusdem factionis complices & alios thesaurus Romanæ ecclesiæ ablati violenter extitit, & nequiter asportatus.

14 Hæc palam, hæc publice, hæc notorie, & in nostris etiam oculis patrata fuerunt. In his læsæ maiestatis, perduellionis, sacrilegij, legis lule de vi publica, Cornelie de sicarijs, priuati carceris, rapinæ, furti, & tot alia, quot ex huiusmodi facto facinora secuta sunt, crimina, & felonie etiam delictum commissis notamus: in ijs stupidi facti sumus. Quis crudelis hic a lacrymis temperet? Quis odiosus compassionem non habeat? Quis deses, aut remissus iudex ad procedendum non surgat? Quis pius siue misericors non efficiatur seuerus? Hic violata securitas. Hic immunitas temerata. Propria patria tutela non fuit, nec domus refugium: summum Pontificium deonestatum est; & suo capto sponso, Ecclesia quodammodo captiuata. Quis locus reperietur amodo tutus? Quæ sancta, Romano violato Pontifice, poterunt inueniri? O piaculare flagitium, o inauditum facinus, o Anagnina misera, quæ talia in te fieri passa es! Ros & pluuia super te non cadant, in alios descendant montes: tæ autem transeant, quia te videntem, & prohibe-

Proditores, qui ceperant Bonifacium, iudicio postulati.

a Bern in chr. Rom. Pont. Profl. Luc. h. sp. eccl. M. S. l. 24. c. 38. \* oculata b Extrat in bibl. nostra sign. lit. C. nu. 25. & n. 79. c Mart. Fol. lib. 5. Ford. M. S. Vat. sign. n. 1960. & alij. d Ben. ep. cur. 168. Describitur eorū scelus.

Præcipui illius auctores.

Captum Bonifacium blasphemis vocibus profecerunt.

Diripere thesaurum ecclesiæ.

Flagitij immanitas exaggeratur.

Execratio in Anagninos, qui Bonifacium opem non tulerint.



Ep. cur. 144. Ep. cur. 153. 174. Atribue aduultu etiam iusti pretij monetam de cimæ biennales. Bonifacij Constitutio de no exigendis a clero ve dig. temperata. Ep. cur. 161. & ex 174. Quod o. l. m. Penæ in exactors tantum constituit. Quo casu clerici principibus subuenire reneatur. Ep. cur. 44. Bonifacius decreta sine Cardin. consilio editis vis adempta a Bened. Iacobus & Petrus Columna. Ecclesiæ conciliati. Ep. cur. 35. extas etiam in ter extra. uag. cap. Dudum De schis. præter. quæ quod



re valente, fortis cecidit, & accinctus robore superatus est. O infelicissimi patratores, non imitati quem nos imitari volumus David sanctum, qui in christum Domini, etiam inimicum, persecutorem, & æmulum suum, quia dictum erat: *Noli tangere christos meos; manum extendere noluit, & in extendentem irruit gladio iuste fecit.* Infandus dolor, lamentabile factum, perniciosum exemplum, inexpressibile malum, & confusio manifesta. Sume lamentum Ecclesia, ora tua fletibus rigent elegi, & in adiutorium debitæ vltionis filij tui de longè veniant, & filia de latere surgant.

15 Verum quia scriptum est: *Feci iudicium & iustitiam; & Honor Regis iudicium diligit;* nos in prædictis sic iudicium, quod ad honorem nostrum pertinet, facere cupimus, quod a iustitia minime diuertamus. Ideoque forma iuris, quæ (sicut hæc sunt) seruat in notorijs, obseruata; præfatos superius nominatim expressos, cæterosque participes, qui hæc in sapeditum Bonifacium in personis proprijs exercuerunt Anagnia, omnique, qui in ijs dederunt auxilium, consilium, vel fauorem, denuntiamus de fratrum nostrorum consilio, præsentem hac multitudine copiosa, promulgatam a canone excommunicationis sententiam incurrisse, ipsosque citamus peremptorie, quatenus infra festum sanctorum Apostolorum Petri & Pauli proxime venturum personaliter compareant coram nobis, iustam, dante Domino, nostram super præmissis, quæ vt prædicatur, notoria sunt, auditori sententiam, nostrisque mandatis & iussionibus humiliter parituri. Alioquin, eorum non obstante absentia, contra eos, via incedentes regia, procedemus, &c. *Actum Perusij v. id. iunij pontificatus nostri anno 1.* Cum Pontifex recensitis, quæ improbi homines aduersus Bonifacium antea gesserant, quorum se oculatum testem, vt vidimus, affirmat, nullam de ipso veneno necato mentionem faciat, minime subsistere videntur, quæ tradit Mattheus Vvestmonasteriensis a, Benedictum contra Bonifacij occisores proclamasse, veneno infectum interijisse.

16 Dum Perusij versabatur Benedictus, eo accessisse Iacobi II. Regis Aragonum oratores, nimirum Vitalem e Villanoua & Guillelmum e Cerialia, vt regio nomine ob acceptas iure fiduciario a Bonifacio VIII. Sardiniam & Corsicam insulas sedi Apostolicæ sacramento fidei se obstringerent; exceptosque perhumaniter a Pontifice quinta iunij die huius anni in publico Cardinalium consistorio clientelarem sponsonem præstitisse refert Surita b. Illustrantur hæc Clementis V. literis, qui elapsis post duobus annis, promulgauit e Iacobum Regem Benedicto XI. oratorum opera, quibus regio diplomate eam prouinciam contulerat, acceptam iure fiduciario Sardiniam Pontifici retulisse: quamuis inopina Benedicti morte rei gestæ acta publica conscribi non potuerint.

*Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.*

Ne in posterum rei gestæ memoriam diuturnitas temporis forsan aboleat, præsentium inscriptione testamur, quod accedentes olim ad præsentiam piæ memoriæ Benedicti Papæ XI. prædecessoris nostri dilecti filij Vitalis de Villanoua miles & Guillelmus de Lateria ciuis Barcinonensis procuratores, nuncij, ac ambasciatores charissimi in Christo filij nostri Iacobi Regis Sardinia &

Corsicæ illustris; & recognoscentes quod idè Rex ratione regni Sardinia & Corsicæ, ad Romanam ecclesiam pertinentis, quod felicitis recordationis Bonifacii VIII. prædecessor noster sibi & heredibus suis sub certis modis & conditionibus in perpetuum feudum concesserat; cui quidem Bonifacio prædictus Rex ipse personaliter pro eodem regno vassallagium ligium, & homagium fecerat, & iuramentum fidelitatis præstiterat; tenebatur cuiuslibet Romano Pontifici infra annum post creationem ipsius per procuratorem, seu procuratores suos, ad hoc legitime constitutos, similiter pro eodem regno vassallagium ligium, & homagium facere, & iuramentum fidelitatis præstare; ac exhibere infra mensem, postquam taliter huiusmodi vassallagium ligium, & homagium fecerit, & iuramentum præstiterit, literas suas, eius aurea bulla bullatas, modos, conditiones, & conventiones huiusmodi plenarie continentes, in quibus idem Rex recognosceret, se dictum regnum sub eisdem modis, conditionibus, & conventionibus in feudum a Romana ecclesia prædicta tenere, eaque se promitteret seruaturum; procuratorio nomine dicti Regis pro eodem regno in ipsius Benedicti prædecessoris & fratrum suorum præsentia constituti infra annum post creationem ipsius huiusmodi vassallagium ligium, & homagium fecerunt, ac præstiterunt in ipsius Regis animam huiusmodi iuramentum; sibi que postmodum infra mensem præsentauerunt & exhibuerunt ex parte Regis eiusdem literas ipsi, eius aurea bulla bullatas: in quibus non solum modi, conditiones, & conventiones prædictæ, sed etiam totus tenor literarum dicti Bonifacii prædecessoris super concessione huiusmodi confectarum inseritur; recognoscendo & confitendo procuratorio nomine dicti Regis, quod idem Rex regnum prædictum sub ipsis modis, conditionibus, & conventionibus receperat: ipsosque modos, conditiones, & conventiones, dicto nomine obseruare per omnia promiserunt, prout super ijs plenam ab eodem Rege acceperant potestatem, sicut de eadem potestate constabat, per instrumentum publicum dicti Regis simili munimine roboratum: quæ quidem literæ & instrumentum præsentata, vt prædicatur, dicto prædecessori Benedicto, in archiuo dictæ Romanæ ecclesie referuantur. Dictusque Benedictus prædecessor huiusmodi vassallagium ligium, & homagium, recognitiones, & promissiones facta, & iuramenta præstita a dictis procuratoribus præfati Regis nomine, vt præfertur, de prædictorum fratrum consilio acceptauit; quamuis eodem Benedicto prædecessore morte præuento, dicti procuratores & nuncij literas eius super hoc habere nequiverunt, prout hæc omnia ex eorundem fratrum assertione nobis constat, quibus fidem plenariam adhibemus, &c.] Reliqua ad annum mcccvi. spectant, quæ suo loco afferemus. *Dat. Burdegala v. kal. iunij anno 1.*

Adactis sacramento in pontificia verba Aragonum Regis oratoribus, Benedictum ipsi ad triennium decimas vassallagium ecclesiasticorum, quæ in regnis ipsius obuentura erant, ad Sardiniam & Corsicam comparandas concessisse, testatur Surita a. Cum vero inter cæteras leges a Bonifacio Regi Iacobo dictas, dum id regnum ipsi iure fiduciario tradidit, cautum fuisset, Sardinia & Corsicæ Regem Imperium Romanum non consecuturum, nisi filium e patria potestate emisisset, haud leuis coniectura est, Iacobum permotum ea causa ad

Auctores scijque facinoris denunciantur anathematis co- uaxisse.

Sistere se iudicio ad excipiendam sententiam iusti.

Opinio de Bonifacio veneno sublato re fellitur. a Vvestm Fior. hist.

Missi ad Benedictum a Iacobo Rege oratores.

dsur. lib. 5 annal. c. 65. & ind. lib. 2. hoc an. c Clem V. l. 1. ep. 258

Fidem regno nomine illi obstringere. Clementis V. de re gesta lit.

Ve facti Bonifacii ob accipiendam sententiam in Sardinia & Corsicam factum se denunciant.

Singulis Bonifacii vassallagium ligium, & homagium facere, & iuramentum fidelitatis præstare; ac exhibere infra mensem, postquam taliter huiusmodi vassallagium ligium, & homagium fecerit, & iuramentum præstiterit, literas suas, eius aurea bulla bullatas, modos, conditiones, & conventiones huiusmodi plenarie continentes, in quibus idem Rex recognosceret, se dictum regnum sub eisdem modis, conditionibus, & conventionibus in feudum a Romana ecclesia prædicta tenere, eaque se promitteret seruaturum; procuratorio nomine dicti Regis pro eodem regno in ipsius Benedicti prædecessoris & fratrum suorum præsentia constituti infra annum post creationem ipsius huiusmodi vassallagium ligium, & homagium fecerunt, ac præstiterunt in ipsius Regis animam huiusmodi iuramentum; sibi que postmodum infra mensem præsentauerunt & exhibuerunt ex parte Regis eiusdem literas ipsi, eius aurea bulla bullatas: in quibus non solum modi, conditiones, & conventiones prædictæ, sed etiam totus tenor literarum dicti Bonifacii prædecessoris super concessione huiusmodi confectarum inseritur; recognoscendo & confitendo procuratorio nomine dicti Regis, quod idem Rex regnum prædictum sub ipsis modis, conditionibus, & conventionibus receperat: ipsosque modos, conditiones, & conventiones, dicto nomine obseruare per omnia promiserunt, prout super ijs plenam ab eodem Rege acceperant potestatem, sicut de eadem potestate constabat, per instrumentum publicum dicti Regis simili munimine roboratum: quæ quidem literæ & instrumentum præsentata, vt prædicatur, dicto prædecessori Benedicto, in archiuo dictæ Romanæ ecclesie referuantur. Dictusque Benedictus prædecessor huiusmodi vassallagium ligium, & homagium, recognitiones, & promissiones facta, & iuramenta præstita a dictis procuratoribus præfati Regis nomine, vt præfertur, de prædictorum fratrum consilio acceptauit; quamuis eodem Benedicto prædecessore morte præuento, dicti procuratores & nuncij literas eius super hoc habere nequiverunt, prout hæc omnia ex eorundem fratrum assertione nobis constat, quibus fidem plenariam adhibemus, &c.] Reliqua ad annum mcccvi. spectant, quæ suo loco afferemus. *Dat. Burdegala v. kal. iunij anno 1.*

Ve facti Bonifacii ob accipiendam sententiam in Sardinia & Corsicam factum se denunciant.

Ob accipiendam sententiam in Sardinia & Corsicam factum se denunciant.

Obligatus a Regi Iacobo coribus fides.

Concessio Iacobo ad Sardiniam & Corsicam comparandas concessisse, testatur Surita a. Cum vero inter cæteras leges a Bonifacio Regi Iacobo dictas, dum id regnum ipsi iure fiduciario tradidit, cautum fuisset, Sardinia & Corsicæ Regem Imperium Romanum non consecuturum, nisi filium e patria potestate emisisset, haud leuis coniectura est, Iacobum permotum ea causa ad







nostri Iesu Christi noscitur dedicasse, tanto potiori diligentia excitamur, quanto veneratione maiori, & est dignitatibus ac prerogatiuis pluribus decorata. Volentes igitur, vt in eadem ecclesia sit iuxta eius condecenciam determinatus numerus ministrorum, per quos suscipiat laudabiliter, dante Deo, diuini cultus augmentum, vestris iustis postulationibus inclinati, decem & octo canonicorum, & vigintiduorum beneficiatorum, seu stipendiatorum, nec non quaternarium acolythorum numeros, qui videlicet stipendiarij, & acolythi illam partem reddituum, & prouentuum ecclesie predictae percipiant, quam haecenus consueverunt percipere, & habere in ecclesia ipsa taxauimus; statuentes, vt de cetero eidem numeris eadem ecclesia sit contenta, nisi adeo ipsius excreuerint facultates, quod merito illos exigant augmentari; & quod nullus recipiatur ibidem ultra numeros supradictos, quousque aliquis defuerit de eisdem, &c. Datum Laterani **iv. non. martij** anno 1. J

**21** Exarserat iamdiu grauis inter clerum, & religiosa sodalitia controuersia, an qui apud monachos sacra exhomologesi crimina expiarant, ad illa iterum parochia aperienda obstricti essent: nec illam Bonifacius, quamuis de pluribus alijs controuersis sententiam tulisset, diremerat: quam primum in Parisiensi academia ventilatam tradit Eberhardus **b**; necessitatis vero non esse ea repetere Benedictus pronuntiauit: tum censuras ac sententias in religiosos viros, qui fidelium confessiones sacras exceperant, latas non valere. Ausus tamen postea est Ioannes e Poliacio Parisiensis doctor inanes argutias contra haec effutire, quas ipsemet in Cardinalium consistorio Ioanne **XXII.** summo Pontifice damnauit **c**: sed de eo in sequenti tomo. Redimus ad Benedictum, qui praeterea edixit, in plateis conciones habere, ad populum religiosi viris licere: eos tamen eadem hora, qua dioecesanus e sacro pulpito ageret, concionari vetuit, cum aequitas posceret, vt inferior superiori cederet. Edixit etiam religiosarum familiarum praefectis, vt viros tantum pietate & doctrina conspicuos habendis sacris concionibus admouerent, atque subiectam illius sanctionis rationem adduxit: *Quia post baptismum inter cetera magis ad salutem confert propositio verbi Dei, qua audientes illud, quod est victoria nostra, instruuntur in fide, doceantur fugienda fugere, & sectanda sectari, ac qua per peccatum lapsi resurgunt, & poenitentiae sacramentum perficiunt; grandis nobis sollicitudo incumbit, vt tales ad haec promoueant subditos, a peccatis prohibeant increpationis vino, peccatorum suorum modeantur vulnera, eosque ad illa poenitentiae acrimonia purgandum & tegendum prouocent, & inducant. Ad id exequendum scientia diuinae legis exposcitur, desideratur ordo, & vita integritas etiam postulatur; scriptum est enim: Tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi: quia labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius. Alias prout ad eum pertinet inter peccatum, & peccatum non possunt discernere, nec peccator existens, Dei debet narrare iustitiam, & testamentum illius assumere per os suum. Nam cuius vita despicitur, consequens est, vt eius praedicatio contemnatur, &c.* Consignata est haec constitutio his postremis verbis, quae in iuris canonici libris desunt. *Dat. Laterani **XIII. kal. martij.***

**22** Affecit pluribus alijs beneficijs religiosos

viros atque inter cetera haec in notis Baronij recensentur **a**: *Muniuit Benedictus multis priuilegijs ordinem Calesinorum, & Seruorum.* Et quidem Benedicti extat diploma, quo Seruorum S. Mariae familiam, quae sibi id nomen pietatis sensu in Virginem delibuta, cui addixerat seruitutem, impouerat, confirmauit; atque vbi nonnullis verbis prolusit, apostolicas curas in omnes quidem diffundi, tum vero singulari studio in ijs tuendis, qui excolenda vinea dominicae, amplificandaeque diuinae gloriae se consecrarent, addendas; subijcit **b**: *Sane vos, qui ordinem sancti Augustini per sedem Apostolicam approbatum profitemini, & seruatis ex deuotionis affectu, quem geritis ad Beatam Mariam Virginem gloriosam, assumpsistis vobis vocabulum ab eadem, seruos vos eiusdem Virginis humiliter nominando; dictumque ordinem S. Augustini nihilominus, iuxta pias & bonas institutiones vestrae regulae, in honorem ipsius Virginis editas laudabiliter seruastis haecenus & seruatis: ac vobis per specialia priuilegia, dicta sedes indulgit, quod celebrare possitis capitulum generale, ac in eodem capitulo priorem vobis generalem eligere.* Et infra: *Nos autem qui ad ipsam Virginem dominam nostram libenter deuotionem, quam possumus, exhibemus; nolentes, quod aliquis contra vos & regulam ipsam quidquam possit detractionis impingere, quin eadem regula plenam habeat apostolici muniminis firmitate, ad omnem hesitationis materiam circa hac de quorumuis animis amouendam, vestris supplicationibus inclinati, regulam & omnes institutiones praedictas expresse auctoritate Apostolica confirmamus, &c.* Datum Laterani **III. idus februarii** anno 1. Extat etiam hoc diploma in Seruitarum annualibus **c**; sed de his haecenus. Nunc ad res orientales properat oratio.

**23** Hoc anno, inquit Cardinalis Baronius **d**, ante obitum Benedicti episcopus orientaliu scripsit literas Chaldaice ad ipsum Benedictum Romanum Pontificem, quibus fidem catholicam est professus, fateturque Romanam ecclesiam esse caput omnium ecclesiarum. Habetur libro priuilegiorum Romanae ecclesiae; habentur illic ipsa litera. Producimus eas et memorato volumine, quae subiectis verbis concepta sunt.

*In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen. Sanctissimo Patri nostro domino Benedicto aduena & peregrinus Hyabalaba, qui per gratiam domini nostri Iesu Christi factus fuit Isalicus & Patriarcha totius orientis, petit a sanctitate vestra benedictionem, & inclinatur vobis cum humili salutatione in charitate Domini nostri Iesu Christi.*

Superabundanti patri in sanctitate, & superexcellenti in spiritualibus donis vicario Domini nostri Iesu Christi, super totam fidem Christianam sedenti, super sedem beati Petri Apostoli pastoris nostri & patroni, Patri patrum, Regi Regum, sanctissimo Papae Benedicto, quem Deus induit sanctissima ac dignissima veste. Custodiat Deus per vestram sanctam orationem ab omni aduersitate, & tribulatione omnes illos, qui signum sanctae Crucis in suis frontibus susceperunt: & postquam inclinauimus humiliter, & dulciter salutando, quod praestantius est, oramus nos omnes continue pro vobis. Et nouit sanctitas vestra reuerenda, quod religiosus vir ac sanctus frater Iacobus ordinis Praedicatorum, quem Deus in via, quam assumpsit, dirigat & confirmet, venit ad nos, & manifestauit nobis, quomodo sanctus pater Bonifacius Papa, cuius animam Deus habeat, de hac

Sacerdotum, in Lateran. basilica inferuentium Numini, definitus a Bened. numerus.

Bened. ap. cur. 67. Extat etiam maiori ex parte inter extrauag. cap. Inter ceteras. De priuileg. b Eberhard. apud Canis. antiq. lect. to. I. pag. 325. e Extrauag. Vas electionis De hereticis.

Ioannes e Poliacio contra obgannit, ac danatur.

Notes in concionatoribus desiderata.

a Bar. in fehed. hoc an. Calesin. priuileg. aucta dicto.

b Ep. 47. Seruata Ord. August. a. d. Virg. uicure. mentum. p. 100.

c Ann. Seruor. V. boe.

d Baronius notis M. J.

f Lib. priuileg. Rom. Pontificum. pag. 277.

Quanto honore orientalis patriarcha Rom. Pontificem profectus sit.



vita tenebrosa ad lucem perpetuam transmigravit. Insinuavit insuper nobis, quod istud donum permaximū, \* & maxima sedes throni apostolici, ac vniuersalis paternitas omnium fidelium, ac summus pontificatus omnium pontificum in omni Ecclesia catholica & apostolica Deus omnipotens & piissimus vestra contulit sanctitati, quam Deus custodiat & conseruet.

24 Insinuavit etiam nobis dictus frater, quod vos, Dei voluntate & dispositione, & Spiritus sancti gratia ordinante, sedem Romanam apostolicam obtinetis: & dixit nobis quod in vobis relictas sanctitas, religio, sapientia, & feruor fidei cum deuotione, & habetis amorem caelestium cum desiderio exaltandi fidem Christi plus satis, quam ipse sciret nobis exprimere. Quibus auditis, gaudium nostrum multum accreuit, & dolor & tristitia a nobis recessit, & laudamus ac benediximus Iesum Christum dominum nostrum, qui promisit nobis per suum Euangelium: *Non relinquam vos orphanos*; & postulauimus a misericordia eius, quod sit benedicta vestra paternitas, & dominatio super omnes generationes; & faciat Deus vos agnoscere in tota fide nostra Christiana, cui infideles inuident, pontificatus vestri benedictionem & clementiam; & exaltet verbum vestrum super vniuersum mundum, & corroboret conceptum animi vestri ad honorem suum, & faciat vestrum consilium benedictum: & postulamus a vestra sanctitate, quatenus dignemini recordari nostri, & omnium Christianorum in vestris sanctis orationibus, & postulamus etiam humiliter, quatenus omnium praelatorum, & religiosorum, & clericorum, ac ceterorum omnium fidelium, vestro regimini commissorum, orationibus & suffragijs, quibus valde indigemus, dignemini nos efficaciter commendare; & postulet a Deo, vt det suae Ecclesiae sanctae securitatem, consolationem, & pacem, & det populo suo felicitatem, & gratiam spirituales & temporales. Tota enim spes nostra pendens in vestris sanctis orationibus est, & in vestro regimine, ac gubernatione: nec habemus ad quem dirigamus oculos nostros post Deum, nisi ad vestram pietatem & misericordiam, qui pater noster estis loco domini nostri Iesu Christi. Deus omnipotens aperiat portas misericordiae suae super filios sacro baptismate generatos in sua benedictione, & dirigat eis vias saluationis per vestras orationes. Quod si sanctus pater noster summus Pontifex, quem Deus custodiat & conseruet, fidem nostram scire vel audire voluerit, haec est, quae sequitur.

25 Credimus in vnum Deum aeternum, summe sapientem, viuum, omnium bonorum largitorem, omnipotentem: vnam substantiam, & tres personas Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Vnam deitatem. Patrem generantem, Filium genitum, Spiritum sanctum procedentem. Vnum dominum: vnum adoratum Creatorem rerum visibilibus & inuisibilibus: infigurabilem, incorporeum, & inimaginabilem super omnem intellectum: immensum, & incomprehensibilem propter humani intellectus debilitatem. Quapropter ad aliquam fidelium manu ductionem dicimus & confitemur, ipsum Patrem generantem suae loquentem, Filium autem genitum suae verbum, Spiritum autem sanctum tam verbi quam loquentis esse spiritum, suae vitam; & propter hoc scriptum est in principio Genesis: *Dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Sicut etiam videmus in sole ipsum cor-

pus solare, & radium suae lucem ab ipso exeuntem, & calorem ab utroque manantem: quae tria vnum solem dicimus, & non tres; sic & tres personas vnum Deum. Confitemur etiam quod in fine saeculorum vna persona de tribus diuinis, illa scilicet, quam assimilauimus radio solari, vel verbo Dei, induit perfectam humanitatem de virgine Maria propter salutem hominum, & vt ostenderet nobis lucem veritatis: & fuit vnita diuinitas humanitati, & humanitas diuinitati inseparabiliter, & sine fine. Et ista est fides nostra in dominum nostrum Iesum Christum Deum nostrum, qui est completus Deus, & completus homo in vna persona: totus apud Patrem, & totus in matre. Et ab illa hora, qua per Gabrielem archangelum ex parte Dei virgini Mariae annunciatio facta de Filio nascituro, & dictum est ei, *Aue gratia plena, Dominus tecum*, &c. ex tunc diuinitas non dimisit humanitatem, nec in cruce, nec in sepulchro: ita tamen, quod diuinitas pati non potuit, nec mori, nec aliquam poenalitatem sustinere.

26 Et confitemur nihilominus, quod domina nostra virgo sancta Maria genuit & peperit Deum & dominum nostrum Iesum Christum, qui est homo perfectus, & vnitus Deo perfectio, sicut attestatur sanctum Euangelium, quando dixit Angelus ad pastores: *Annuncio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Saluator mundi, qui est Christus dominus Deus in ciuitate David*. Et nos etiam acceptamus, & recipimus fidem, & dicta omnium illorum, quae ordinata sunt in Niceno concilio per sanctos patres cecxviii. quorum orationibus nos Deus custodiat. Illorum ordinationem, & dicta nos recipimus sicut dicta quatuor Euangelistarum, & sicut ordinationes Apostolorum, & sicut epistolas Pauli: & elongamur & separamur ab omnibus, qui dictis sanctis patribus contradicunt.

29 Profitemur insuper sanctum Romanum summum Pontificem, & patrem vniuersalem omnium fidelium Christi: & confitemur, quod ipse est successor beati Petri vniuersalis vicarij Iesu Christi super omnes filios Ecclesiae ab oriente vsque in occidentem; cuius amor & dilectio in nostris cordibus est firmata, & nos sub eius obedientia sumus; & requirimus & imploramus suam benedictionem, & sumus parati ad omne eius praecipuum; requirentes humiliter & implorantes eius auxilium in necessitatibus nostris, & tribulationibus, in quibus longo tempore iam fuimus, & permanemus: & ipse pius pater ne auertat a nobis faciem suam, cum simus omnes fratres in Christo, & eius filij per veram fidem catholicam: & dignetur corda nostra erigere in gaudium & consolationem per literas suas, mandando nobis quae facere debeamus, quae accepta & grata sint suae sanctitati. Et insinuamus sanctitati vestrae reuerentiae, quod nos imposuimus & commisimus verbotenus verba aliqua praedicto fratri Iacobo exhibitori praesentium, tanquam fideli & veraci nuncio, coram vobis proponenda, cui debeatis credere in omnibus tanquam nobis: & illa, quae loquetur de nobis, vera sunt, quia nos cognouimus firmiter in eo veritatem & fidelitatem. Inclinamus cum salutatione & oratione sanctis & electis dominis nostris Cardinalibus, & omnibus alijs praelatis, & Regibus, & sacerdotibus, & religiosiis, & baronibus, & fidelibus omnibus, qui obedientes sunt fidei Romanae ecclesiae. Det nobis Deus suam benedictionem, & sancti patris nostri summi Pontificis per merita & orationes Apostolorum Petri & Pau-

Comparatio e creaturis ad mysterium aliquatenus illustrandum petita. De Verbo incarnato.

Nunquam dimissa ab eo humanitate.

Virgine Dei matris.

Niceni concilij auctoritate.

Primaeva Romanae ecclesiae.

Benedicti imperijs se subijcit.

Salutat. Cardinales, Archiepiscopus, & Reges occidentales.

Quam au gulle de pinnacu Rom. ecclesiae se sentit quod est

Fuisse precatur Pontifici.

Eius se precibus committit.

Eiusdem auctoritatem obnoxium se agnoscit.

Fidei suae formam exponit. Orthodoxum dogma de Deo vno & trino.

Infinitas eius perfectiones delineat.

Spiritus sancti a Patre & Filio processionem.



Pauli. Omnes prælati orientis, qui circa nos sunt, archiepiscopi & episcopi, & sacerdotes, & religiosi, & alij fideles supplicat vobis, & salutant cum orationibus, & petunt a vobis orationem, & benedictionem. *Scriptum feria secunda in crastino Pentecostes XVIIII. die mensis maij MDCXV. ab Alexandro Rege in ciuitate Maraga regno Persarum.*

27 Obiisse hoc tempore Casanum Perfidis Regem, qui tanto ardore cultui Christiano restitueret Syriam exoptauerat, luget Aytonus subiectis verbis a: atque ex eo ob successoris Carbaganda apostasiam impietatem inualuisse inter Tartaros, & Armeniam a Saracenis infestam esse: *Rex Armenia ad terram suam redijt, nimirum ab expeditione, superiori anno suscepta in Saracenos, sed postquam ibi applicuit, parum habuit de quiete. Post hæc vero, sicut Deo placuit, Casanus fuit quadam graui infirmitate detentus: & quia sapienter in vita sua egerat, valuit etiam ultimo commendari: unde suum sapienter condidit testamentum, & sibi instituit heredem & successorem Carbagandam fratrem suum. Postquam ordinauit prudenter ea, quæ erant ordinanda circa negotium regni sui & domus suæ, fecit pulchras constitutiones & leges; quas suis dimisit in memoriam: quæ quidem a Tartaris firmiter obseruantur. Post hæc Casanus diem clausit extremum, & successit sibi in regno Carbaganda frater suus. Iste Carbaganda fuit filius cuiusdam bonæ memoriæ domina, quæ fuit vocata Erockaton, quæ fuit in fide Christi deuotissima & fidelis, & quamdiu vixit, faciebat sibi diuina officia quotidie celebrari, & tenebat Christianum presbyterum & sacellum; unde iste Carbaganda fuit baptizatus & nominatus in suo baptisate Nicolaus: & quamdiu mater eius vixit, in fide Christianorum permanfit: sed post obitum domina matris suæ dilexit societatem Saracenorum; unde fide Christianorum relicta, adhasit seclæ perfidi Mabumeti. Rex vero Armenia de obitu Casani fuit plurimum perturbatus: nam per hoc inimici fuerunt in magna superbia eleuati, &c.*

28 De illatis ab impijs cladibus, repressoque eorum furore dicitur inferius: nunc adiungemus, Pontificem instaurandæ in Asia religionis cupidum, cū faciliori traiectu e Constantinopoli traduci posse cruce signatas acies in Syriam perspiceret, si orientis Imperium ab orthodoxis recuperaretur; Caroli Valesij comitis Andegauenfis consilia de expeditione in Andronicum schismaticum conficienda, dotalibusque vxoris iuribus asserendis laudasse b, atque ad ea perducenda studium apostolicum spondidisse.

*Nobili viro Carolo nato elava memoriæ Philippi Regis Francorum comiti Andegauenfi.*

Clarissimè patet operibus tuæ sinceritatis præcelsa deuotio, & humanæ laudis præconio commendanda. Paterna siquidem affectione recepimus tui contemplatione dilectum filium magistrum de Pertico canonicum Parisiensem cancellarium tuum, & nobilem virum Petrum de Erbovilla militem Carnotensis diocesis, nuncios & ambaxiatores tuos, quos nuper ad nostram præsentiam transmisti: & quæ nobis ex parte tuâ exponere curauerunt, intelleximus diligenter. Licet autem ad ea, quæ tui honoris & status respiciant incrementa sedes Apostolica, quæ te tamquam filium prædilectum gerit in visceribus charitatis, libenter intendat; ad negotium tamen Imperij Constantinopolitani, ad quod, prout nobis per eosdem nuntios intimaſti, te potenter accinges, tanto auidius opem & fauorem impendit,

quanto illud ratione fidei sedem contingit specialiter supradictam. Ideoque super commutandis votis cruce signatorum, qui tecum voluerint ad eruendum dictum Imperium de schismaticorum manibus proficisci, ac super legatis & alijs obuentioibus deputatis Terræ sanctæ subsidio tibi pro prosecutione dicti negotij eiusdem Imperij concedendis, prout a nobis fuit ex parte tuâ petatum, annuimus, prout in nostris super ijs confectis continetur literis, votis tuis. Generalem autem prædicationem crucis, quam similiter ex parte tua dicti nuntij pro eodem negotio petierunt, præsentis temporis & regni Franciæ statu considerato, distulimus: ad eam tamen, & concessionis decimæ prouentuum ecclesiasticorum, aliasque subuentiones tibi pro eiusdem prosecutione negotij faciendas, quas expedire videbimus, eiusdem regni conditionibus prospere diuina fauente clementia succedentibus, procedere iuxta tuum votum, nisi interim generale passagium fieret, intendimus; reque alias circa hæc apostolicis fouere præsidijs tempore opportuno. Negotium itaque prælibatum virtute tuæ magnanimitatis assume, & assumptum tamquam vir strenuus viriliter prosequaris: nam in ijs & alijs, vbi expedierit, apostolicus non deerit tibi fauor. *Dat. Perusij v. kal. iunij anno 1.*

29 Contulit vero prouinciam episcopo Syluaneensi a, vt legata, aliasque obuentiones Terræ sanctæ subsidio addictas, ad comparandum Imperium Constantinopolitanum, præter decimas, deriuaret: quæ etiam ad tolerandos eius expeditionis bellicos sumptus conuertendæ essent, si in Terram sanctam cruce signatorum copiæ non trajicerent: eaque instruxit auctoritate, quæ ad minus obeundum atque aduersantes sibi percellendos necessaria videretur: demum Apostolicis literis fideles ad capeſſenda in tam iusta causa arma, edomandosque schismaticos permouit. b

*Venerabili fratri episcopo Syluaneensi.*

In supremæ præminentia dignitatis disponente, Domino constituti, ad vniuersas orbis prouincias, quas professio Christianæ religionis includit, apostolica diffundimus considerationis intuitum pro earum statu salubriter dirigendo. Sed dum Imperium inclytum Constantinopolitanum a cultu religionis ipsius, qui vigere solebat hætenus in eodem, separatum attendimus, illudque ab olim per quondam Michaellem Palæologum, dum vixit, & post eius obitum per Andronicum eius filium, eorumque complices & fautores schismaticos, & ab vnitare Christianæ fidei deuiantes, damnabiliter occupatum, multo nimirum mœore replemur, & ad subueniendum ei de illo remedio, per quod ad fidem reduci valeat orthodoxam, vias & modos libenter exquirimus, opemque ac operam promptis studijs exhibemus. Quorum namque possunt Christianorum animi non turbari, dum in grauem superni Patris offensam, & dispendiosam Apostolicæ sedis iniuriam, & iniuriosa dispendia prauum genus schismaticæ gentis elata cornua leuasse conspiciunt, ac tam nobile imperiale solium occupasse? Pro certo ad ipsum Imperium de filiorum alienorum manibus liberandum, ipse fidei zelus debet corda fidelium inflammare. Nam si, quod absit, idem Imperium ad Turcos, aliosque Saracenos & infideles, a quibus dictus Andronicus iugiter impugnatur, deuenire contingeret, non posset demum faciliter erui de manibus eorundem. O quam graue discrimen, & ingentem confusionem reciperet si, quod

Promissio  
illipubli  
lica præ  
dia.

b Ep. 803.

Benedicti  
ad fideles  
de recu  
perando  
Constanti  
tinopolit  
perio lit

Andronic  
cum Imp  
a Turcis  
oppugnari.  
Grave  
imminet  
periculum  
ne in eor  
manus  
cidat  
periculum

quod

a Aythen.  
hist. orient.  
cap. 45.  
Cassani  
obitus.

Carbaganda frater  
Perficum  
sceptrum  
capeſcit.

A fide  
desciscit.

Delecta  
inde in  
Oriente  
res Christi  
ana.

Carolus  
Valesius  
expeditio  
nem in  
Andronicum  
agit.  
b Ep. 803.

Consilia  
commun  
icat cum  
Benedicto



quod Deus auertat, talis catus emergeret, Romana mater ecclesia, totaque religio Christiana.

30 Cum itaque dilectus filius nobilis vir Carolus comes Andegauenſis, cuius intereſt ratione vxoris ſuæ, chariſſimæ videlicet in Chriſto filia Catharina Imperatricis Conſtantinopolitana illuſtris, ad eiufdem recuperationem Imperij offerat ſe potenter velle intendere, & ad id viros viresque ſuas exponere; multique barones nobiles & potentes, zelo deuotionis accenſi, pro ipſius Imperij recuperatione ac reductione ad fidem catholicam cum eodem comite, ſicut idem comes affirmat, ſint proficiſci parati; nos qui ad tam neceſſariam, ſalubrem, & felicem, Deo fauente, expeditionem Chriſtianos principes debemus querere, inuitare, quaſitos & inuitatos modis, quibus poſſemus, ad hoc inducere, præmijs, ſubſidijs, & auxilijs prouocare; cupientes vt huiusmodi negotium, quod non modicum Apoſtolicam ſedem, omneſque Chriſti fideles ratione fidei prælibatæ contingit, ſalubrem ſortiatur effectum; ac attendentes, quod ex eiufdem felici cõſummatione negotij Terræ ſanctæ ſubſidium, quod ex cauſis diuerſis tamdiu fuit hætenus præpeditum, diuina fauente clementia poterit prouenire, &c. [tum armis ſuſcepturis, ſtipemue in ſumptus bellicos collaturis indulgentias proponit, additque.]

Rogamus itaque vniuerſitatem veſtram, & hortamur in Domino, quatenus ad huiusmodi tam pium, tam ſalubre negotium proſequendum in auxilium dicti nobilis potenter & viriliter aſſurgatis, vt idem nobilis, veſtro cooperante fauore, in ſuis proceſſibus proſperetur; voſque tanti boni mereamini participes effici, ac proinde diuinam, dictæ ſedis, & noſtram gratiam vberius obtinere. Si enim conſideratis, filij, quantas Græcorum eccleſia non ſolum Romanæ, ſed toti Eccleſiæ contumelias inferat; ſi contemptum ſciretis eorum, ſi ipſorum errorem in fide, ſi odium noſceretis; ſi ne hortatu noſtro contra eos caperetis arma, ac negotium fidei ardentibus animis ſumeretis. Dat. Peruſij xii. kal. iulij anno i.]

31 Dum in ijs cõſilijs verſabatur; Benedictus auxiſſeſq; Cardinalium collegium, hoc anno creato Gualterio Anglo preſbytero tit. S. Sabinæ in locum Guillelmi Angli, qui vna cum Nicolao Pratenſi ſuperiori anno renunciatus Cardinalis obijerat: qui quidem omnes in ordine Prædicatorum, at ipſemet Pontifex religioſam diſciplinam erat profeſſus, Peruſij deceſſit: qua partim in vrbe, vt ex ſcripta ſuperioribus literis die, partim Romæ cõmoratum cõſtat: confirmantque Bernardus, & auctor qui ad Martinum Polonum appendicem adiecit, alijque, ipſum celebrato paſchate Roma Peruſium aulam apoſtolicam traduxiſſe. Et ſane extant in ipſius regeſto literæ apud S. Petrum Romæ vi. id. aprilis datæ a tum apud Montemſtaſconem b xviii. kal. maij, tum Peruſij c vi. id. maij, vbi plures alia exarata. Tenuerat Petri ſedem menſes octo dies xvii. vt tradunt memorati auctores d, & alij: creatum enim xi. kal. nouembris ſuperioris anni in encyclicis de ſua electione literis e ipſe affirmat, deceſſiſſeſq; nonis iulij ſcriptores teſtantur, e quibus Bernardus f hæc aſſert: *Hic Benedictus obiit in Peruſio nonis iulij pontificatus ſui anno primo, ſepultuſque fuit in eccleſia fratrum Prædicatorum Peruſij ante altare anno Domini mccciv. vbi diuina virtus & bonitas eiufdem (gratia Benedicti, & nomine) merita cepit euſdentibus miraculis declarare; maxime in demonibus expellendis de corporibus obſeſſorum, & in multis infirmitatibus, & languori-*

bus propulſandis quorundam. Non pauca euidentia & probata alijs ſcriptura memorie ſunt madata. De editis miraculis alij plures conſentiunt a, e quibus Ioannes Bonifacius b, ait eo mortuo cõcurriſſe Peruſinos, ac plures morbis varijs, implicitos illuc ſe deferendos curari ob conceptam de ipſius ſanctitate exiſtimationem; ac tum ad eius feretrum parata diuinitus plura miracula, depulſos ex ægrotu corporibus morbos, reſtitutum cæcis oculoru lumen, energumenos dæmonibus liberatos. S. Antonini vero de Benedicto teſtimonium in ſigne eſt. c

32 De hoc Benedicto legi in chroniciſ ordinis quindecim miracula fidei teſtimonio comprobata, meritis eiufdem facta de diuerſis infirmitatibus, quorum infirmorum nomina, & locorum deſcribuntur, & infirmitatum, que ob breuitatem dimitto. Repetenda illa vel ſaltem ſimilia ex Leandro d viſa ſunt ad ſanctiſſimi Pontificis gloriam illuſtrandam: Ipſa die, qua ad calum migravit vir ſanctus, tantus fuit populi concurſus ad eum videndum, vt agminatim ciues & inurbana plebs totas vias complerent, vt vix epalatio in templum Prædicatorum deſerri poſſet, potueritque poſtero die ſepeliri. Porro adnitebantur omnes ſancti viri pedes exoſculari, rati ſe oſculo veniam eiufdem meritis a Domino facilius criminum ſuorum poſſe obtinere. Et cum ſcriptum didicerimus: *Qui ſe humiliat, exaltabitur; ſic huic ſanctiſſimo viro contigit: quippe paſſim hinc inde miracula exire videbantur. Extemplo mulier quædam, per annos quindecim capitis dolorem paſſa, ſe ſancto viro vouens, reſceſſit exinde ſoſpes. Cuidam filius paruulus, mox voto ad beatum Pontificem & precibus emiſſis, qui cibo potuque tribus continuis diebus abſtinuerat, & de vita deſperatus, ſoſpes reſtituitur; vt cõtinuo pedibus ipſe ſuis domum reuertetur, qui paulo ante ad tumultum viri Dei veluti mortuus allatus fuerat. Mulier altero brachio capta, inuocato Benedicti nomine, mox ſanum recepit. Mulier cum vno puero viſu, quem amiſerant, donantur. Mancipium vicecancellarij, alterum brachium debilitate oppreſſum habens, exaudiens quæ fiebant meritis viri Dei in templo Prædicatorum ad eius tumultum miracula, fiducia plenum extemplo brachij libertatem precibus obtinuit. A fluxu ſanguinis mulierem, qua per annum paſſa fuerat, curauit. Puero ad ambulandum impotenti, pedibus & tibijs capto, in frequenti populo greſſus elargitur.*

33 Mulier a diabolo obſeſſa ad tumultum viri ſancti perducta eſt paulo poſt eius deceſſum, vt liberaretur eiufdem precibus, quo plurimum agitabatur, & ſic agitabatur ac vt interdum ingentes & horridas voces emittere compelleretur, quo fiebat, vt aſpicientes in ſui miſerationem deduceret. Ore ipſius miſelle iniquus ſpiritus Latine tam eleganter loquebatur, vt admirarentur omnes. Igitur ad tumultum viri Dei Benedicti muliere poſita vnus ex Prædicatorum ordine pater venerabilis in frequenti clericorum & laicorum cõetu, & duobus patribus Minoritibus\* agere diabolum ſanctiſſimis verbis cepit, quos exorcismos vocant, id eſt adiurationes dicens: *Dei ex parte & ſerui ſui Benedicti Pape te adiuro, vt hinc exceas, mulieremque iſtam Dei facturam relinquant. Tunc ſermone literali hoſtis antiquus reſpondit: Occine Benedictum autumas, me ne hinc poſſe pellere, quem non valuit Franciſcus? Porro antea mulier Aſſiſium ad D. Franciſci tumultum deducta fuerat. At venerabilis pater: Scio, inquit, a Deo optimo maximo tanta poteſtate vtramque donatum, vt te hinc expellere poſſint: ſed poteſt hanc Deus ſancto viro Benedicto reſeruare pro nunc facultatem, quam diuo Franciſco non fecit. Ad malignus ſpiritus impatiens*

Carolus Valeſium vxoris Imperatricis iura recuperare meditari.

Rem Symacum ex eo facile illuſtratuiri. Apollonia ad ſuam ex-peditionem exhortatio.

Mortuo Pontifice diſſipatu conſiliu.

a Ep. cur. 132. b Ep. cur. 135. c Ep. cur. 138. d Bern. d. Rom. d. Pont. Ap. p. n. d. Mar. ni Polon. auctor & alij. Quanto tempore in pontificatu ſederit. e Bern. ep. 8. Illuſtrata miraculis ingenib. tantu Põ. ſanctas. f Bern. ar. 114.

a Anton. 3 p. tit. 20. 6. 9. in princ. & tit. 23. c. 11. in. prin. Leand. de inris illuſt. ord. Prad. l. 3. in Bened. Bozins l. 7. de ſignis eccleſie c. 1. ſig. 25. pag. 252. S. Anno, & alij. b Bonif. hiſt. Taruſ lib. 6. c Anton. tit. 23. 6. 11. in. princip. d Leand. l. 3. de viris illuſt. ord. Prad. in. Bened. XI Sanati eius precibus ægri.

Energumini liberati.

\* præſentibus








# CONCILIUM BVDENSE

ANNO DOMINI MCCLXXIX.

NICOLAO III. PONT. MAX. CELEBRATVM.



*Constitutiones Vngariae Philippi quondam legati  
circa reformationes praelatorum  
& cleri.*

**S**anctae a constitutiones editae per venerabilem patrem dominum Philippum, Dei gratia Firmanum episcopum, in Vngaria, Polonia, Dalmatia, Croacia, Rama, Seruia, Lodomeria, Gallicia, ac Cumania Apostolicae sedis legatum, de consilio & consensu archiepiscoporum, episcoporum, electorum, atque abbatum; praepositorum, archidiaconorum, priorum, ministrorum, custodum, guardianorum, plebanorum, canonicorum, rectorum, & aliarum personarum, & clericorum; necnon capitulorum, tam cathedralium, quam aliarum ecclesiarum, secularium & regularium, Cisterciensium, S. Benedicti, Praemonstratensium, S. Augustini, Praedicatorum, & Minorum, ac aliorum ordinum, congregatorum in concilio celebrato in castro Budensi Vespriensis diocesis, per eundem legatum ad honorem & gloriam sanctae & indiuiduae Trinitatis, ad reuerentiam, & honorem sanctae Romanae ecclesiae & beatissimi ac sanctissimi patris domini Nicolai III. & successorum eius, ad releuationem, fulcimentum, ac defensionem fidei catholicae, & ecclesiasticae libertatis; necnon reformationem vitae, morum, & actuum cleri & populi legationis praedictae, sub annis Domini MCCLXXIX. indictione VII. die quartadecima intrante septembris, in quo videlicet die terminatum fuit concilium supra dictum, pontificatus sanctissimi patris domini Nicolai Papae III. anno II.

**2** Quia sicut praelati, quosque sibi subditos dignitate & auctoritate praecellunt, ita moribus, vita, habitu, & conuersatione honestis praecellere & praecedere debent eosdem; cum eorum vita, si sit bona, & amplius si sit mala, trahatur a subditis in exemplum; statuimus quod ipsi praelati coronam & tonsuram patentibus omnino auribus circulare in iuxta regularium, seu religiosorum generalem consuetudinem approbatam, cum nulla religio pontificali religione sit maior, de caetero deferant ab omni excessu in capillis, & defectu notabili in corona protinus abstinentes. \* Sicut enim seruantes, in praedictis sibi subditos poterunt reformare.

**3** Praeterea statuimus & ordinamus, quod praelati de caetero, cum equitant vel etiam in publico pedestres incedunt, habeant & deferant cappas rotundas, sub quibus habeant & deferant camiscias albas siue rosetas, quas semper sub cappis siue mantellis, ante pectus vel post collum hinc inde connexas, deferant, cum in publico, hoc est extra secreta habitationis eorum ipsos contigerit ire vel stare. Prohibemus autem ne ipsi praelati de caetero deferant vel habeant mantellos, cum quibus hactenus equitare, & quos in proprijs & alienis hospitij non solum coram famulis suis, sed etiam coram alijs consueuerunt deferre: permittimus autem, quod possint habere mantellos rotundos,

siue tabarda longitudinis moderata, eosque deferre cum capucijs separatis ab eis tempore pluuioso, niuoso, seu pruinoso; & cum ad exercitus, seu curiationes, aut expeditiones ex certis & necessarijs causis, a sacris canonibus minime reprobatis, eos contigerit proficisci. Insuper prohibemus, ne praelati, vel ecclesiarum cathedralium canonici deinceps sub mantellis vel cappis pro paratura varios quorumcumque colorum siue varietatum, nisi forte varietates huiusmodi essent in pellibus agninis, vulpinis, & linceis, seu zendardum rubeum vel in aliquibus vestibus fimbrijs, hoc est premidiones seu ornamenta nobilia, exterius apposita deludria, seu biuaria, seta, aut de aliqua alia simili materia deferant villo modo.

**4** Prohibemus ne praelati aut alij in dignitatibus, personatibus, seu canonicatibus ecclesiarum cathedralium, seu collegiarum, siue in ecclesijs curam animarum habentibus, aut in sacerdotio constitutis manicas deferant confutitias, nec togas siue guarnacias, seu supertunicalia, aut quaecumque alia vestimenta desuper portent aperta: sed ipsa superiora indumenta circumcirca vsque ad fimbrias habeant clausa nulla collaria, nisi forte in tabardis vel mantellis ad equitandum, circumcirca omnino rotunda, vel bottones, siue fibulas aureas vel argenteas, aut aliquid auri vel argenti habentes ornatum in aliquibus suis vestibus deferentes. Quod si qui contrarium fecerint, vestes huiusmodi per suos ordinarios auferantur in vsus pauperum, aut in alios pios vsus conuertendae: nihilominus qui in hoc inuenti fuerint excessisse, nisi ad mandatum sui superioris se correxerint, vsque ad satisfactionem a suis beneficijs sint ipso facto suspensi.

**5** Interdicimus omnibus clericis portare annulos, nisi sint praelati, quibus licite competat ex officio dignitatis vel ex priuilegio sedis Apostolicae specialis, consuetudine in hoc contraria non obstante. Quod si quis de caetero clericus anulum portans inuentus fuerit, auferatur ei annulus per suum ordinarium, & non reddatur eidem: immo idem transgressor clericus etiam tantumdem ad valorem illius annuli in rebus alijs cogatur pauperibus erogare. Clericus autem qui anulum dare dioeceseo vel praedictam, quantitatem soluere contemneret, ab ingressu ecclesiae arceatur, donec anulum reddat & poenam soluat praedictam.

**6** Statuimus, quod nulla persona ecclesiastica in domibus siue curijs, in quibus habitant, tabernam vbi vinum minutatim vendatur, vel vbi viles, leues, seu suspectae hospitentur aut conuersentur personae, habere, tenere, vel sustinere praesumat. Quod si quis in his excesserit, & a suo superiore monitus non emendauerit infra terminum sibi dandum, ex tunc vsque ad emendationem condignam ab ingressu ecclesiae excludatur.

**7** Statuimus etiam, & inuolabiliter obseruari praecipimus, quod omnes & singuli, de aliquibus religionibus siue ordinibus ad pontificalem dignitatem assum-

Arcendo vestium luxu.

Annulorum vsus praelatis tantum permittitur.

Vetium ecclesiasticis popinas adire.

Praelati e familijs religiosis ex cetero cultum seruare iussi.

Extant in lib. priuileg. Rom. M.S. Vatic pag. 203. Et in M.S. 404. bibl. Vall. sign. B. n. 12. pag. 520. Concilium Budense. Di hoc concilio facta est mentio Ann. Chr. 1279. n. 34. Celebratum a legato Apo. Nicolao III. Pontifice.

Nicolao III. Pontifice.

De consuetudine episcoporum.

Sic

Et corporum cultu.



pti, aut in posterum assumendi, illius religionis siue ordinis, de qua vel de quo assumpti fuerint, vel de cætero assumuntur, habitum tam in vestibus, quam in calceamentis & quibuscumque alijs toto tempore vitæ suæ deferre teneantur, & deferant in publico & secreto; nec habitum illum vlllo tempore dimittant, aut vestes, calceamenta, vel aliqua alia deferant in colore, forma seu materia, contraria vel dissimilia religioni siue ordini supradictis. Qui vero contra huiusmodi sanctum & regulare statutum venire præsumperint, ingressum ecclesiæ, & executionem pontificalium sibi nouerint interdicta. Per hanc tamen constitutionem non interdiciamus ocreas, nec cappas rotundas, aut mantellos ante pectus vel post colulum connexos, in colore & alijs supradictis religionibus seu ordinibus congruentes.

Ecclesiastici re mi licari non implicandi.

8 Perpetuo prohibemus edicto, ne prælati & alij clerici cuiuscumque sint ordinis, dignitatis, aut status, seditionibus, prælijs, spolijs, rapinis, incendijs, & alijs scæuis factis se aliquatenus immiscere præsumant: nec bellicis actibus se implicent, vel inuoluant: nisi forte pro ecclesiarum suarum & patriæ defensione, non ad impugandum vel propulsandum, sed ad defensionem tantum, si necessitas eos compellat; & tunc in proprijs personis non pugnent. Clerici officia, vel commercia non exercent, maxime inhonesta: mimis, histrionibus, & ioculatoribus non intendant; & tabernæ prorsus euitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Comam & tonsuram patentibus auribus habeant congruentes, & in officijs ecclesiasticis & in alijs bonis studijs se exercent diligenter. Exercentes autem in talibus a suis moneantur prælatis: & si moniti parere contempserint, ab officio & beneficio suspendantur, nec prius talis suspensio reuocetur, quam ad arbitrium prælatorum pro eo fuerit satisfactum: ac sub certa pœna sufficienter caueant, quod in talibus vel similibus vltierus non excedent.

Non ferenda ab ijs capitis sententia.

\*chirurgie

9 Nullus clericus sententiam sanguinis dicter, aut proferat, aut sanguinis vindictam exercent, aut vbi exercetur interfuit: nec quisquam clericus literas dicter aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas: nec illam partem cerugiæ \* exercent, quæ ad vitionem, vel incisionem inducit: nec quisquam purgationi aquæ feruentis seu frigidæ, seu ferri candentis ritum cuiuslibet benedictionis aut consecrationis impendat; scientes, quod si ex huiusmodi mors vel membri mutilatio fuerit subsequuta, irregularitatis laqueum non euadet.

Laicis ecclesiarum administratione non admittenda.

10 Prohibemus, quoque ne archidiaconi & alij rectores ecclesiarum laicis vel clericis vxoratis suas præsumant committere vicarias: & ad hoc dicti archidiaconi & ecclesiarum rectores per suspensionem officij & priuationem beneficij, laici autem vel clerici vxorati, ne huiusmodi vicarias recipiant, per excommunicationis sententiam a suis diocesanis compescantur omnino.

Arma ab ecclesiasticis non circumferenda.

11 Districte præcipimus, ne sacerdotes vel clerici, in quouis ordine constituti, gladium vel cultellum, quod vulgariter dicitur bord, portent, nisi eis manifesti timoris causa ingruerit: nec tunc absque licentia prælatorum portent.

Vetita mulierum cohabitatio.

12 Inhibemus districtius, vt nullus clericus beneficiatus, aut in sacris ordinibus constitutus mulieres aliquas in domibus suæ habitationis retinere vel alibi eis cohabitare præsumat: qui vero ipsas nunc tenet, nisi infra tres menses, ab vltimo die præsentis synodi in antea numerandos, eas a cohabitatione sua prorsus eiecerint, vel qui eiectas resumpserint, vel eis cohabitauerint, ex tunc se sciant ex-

communicationis sententia innodatos: a qua sententia per suum diocesanum absolui possint, primo de suis cohabitationibus mulieribus prædictis eiectis, ac ipsis clericis ab earum omnino cohabitationibus separatis, & sufficienti præstita cautione, quod contra constitutionem huiusmodi de cætero non venient, sed ipsam omni tempore inuiolabiliter obseruabunt.

De sacrorum iuramentis cultu.

13 Suademus, vt quotiescumque clericos contigerit simul vel singulariter incedere ante altare, seu figuram B. Virginis, aut etiam Crucifixi, & maxime cum pro diuinis officijs intrant chorum, inclinent capita sua, depositis pileis reuerenter, atque instruant & inducant laicos diligenter.

Distinctione Mariæ sicut caput.

14 Volumus, quod omnes clerici, quotiescumque in diuinis officijs Ave Maria audierint, flexis genibus se reuerenter inclinent: prohibentes ne clerici beneficiati aut in sacris ordinibus constituti discalciati, seu nudis pedibus chorum intrare, seu in ipso stare præsumant, dum ipsa diuina officia celebrantur. Item quod presbyteri sine cappis rotundis vel superpellicijs ad psallendum horas canonicas, maxime vespers, matutinas, vel missam, ecclesias ingredi, vel in eis stare non præsumant; nisi forte essent extranei viatores aut etiam peregrini.

Quoniam natus est dominus.

Debita datione.

15 Quoniam sicut audiuius, nonnulli ecclesiarum prælati & personæ ecclesiasticæ nostræ legationis, et maxime regni Vngariæ, cum suas dioceses vel parochias visitant, vel ex alijs causis ad ecclesias ipsas declinant, grauibus & importabilibus fere descensibus non solum in prælatis & clericis, verum etiam in laicis reprobandis atque damnandis, ecclesias, vel parochias ipsas plerumque aggraunt & molestant; nos huiusmodi descensus graues, onerosos, difficiles & importabiles fieri de cætero prohibentes, statuimus quod, cum prælatos & personas prædictas ex iustis & rationabilibus causis ad ecclesias ipsas declinare contigerit, sic se honeste habeant & modeste se suasque familias a superfluis & illicitis cohibentes, quod per immoderatos descensus huiusmodi ecclesiæ importabiliter non grauentur; in prædictis & alijs taliter se habentes, quod ipsi nõ quæ sua sunt, sed Iesu Christi potius quærere videantur. Qui autem in prædictis excesserint, per superiores suos abstinere atque desistere, & de illatis grauaminibus satisfacere laicis & grauatissimis per censuram ecclesiasticam & alia prompta remedia, sublato cuiuslibet frustratoris appellationis obstaculo, compellantur.

Non habenda prioratus ipsorum.

16 Prohibemus ne aliquis abbatiam, præposituram, prioratum, plebanatum, capellaniam, vel aliquod beneficium ecclesiasticum de manu recipiat laicorum; statuentes quod archiepiscopi, episcopi, & alij, ad quos de iure, vel consuetudine, seu priuilegio abbatum vel aliorum confirmatio, institutio, vel prouisio spectat, nullum confirmare vel instituere præsumant, nisi eis prius de canonica ipsorum electione, & eligentium ac electi inter eos plene conster; veris patronis in illis ecclesijs, in quibus illius obtinent patronatum, iustitia ac iure plene seruatis ac saluis, quæ eis a sacris canonibus conceduntur atque seruantur.

Arce intruisti in facie dote.

17 Cum ad beneficia ecclesiastica, curam habentia animarum annexam, tales quæri debeant & admitti, qui in ipsis beneficijs velint & valeant residere; & personaliter per se ipsos & non per alios deservire; ordinamus atque præcipimus, vt omnes & singuli plebani, rectores, & capellani ecclesiarum parochialium totius legationis nobis commissæ in ipsis deserviant per se ipsos & non per vicarios; prohibentes, ne aliqui talium ecclesiarum rectores de cætero absque diocesanorum consensu, quibus eccle-

Constituentia residentia.



# CONCILIUM BVDENSE.

ecclesia ipsa subsunt, aliquos instituant vicarios, vel institutos in eis teneant, vel sustineant: & qui contra fecerint, fructibus & prouentibus illius ecclesie per annum sint ipso iure priuati, dictique fructus de mandato diocesani episcopi in libris & ornamentis ecclesiasticis ad opus eiusdem ecclesie irreuocabiliter expendantur; nec antea percipiant de fructibus ecclesiarum ipsarum, quam sufficienter cauerint, quod huiusmodi constitutionem inuolubiliter obseruabunt. Illos autem, qui contra tenorem constitutionis presentis receperint vicarias, suorum ordinariorum arbitrio relinquimus puniendos.

18 Coniurationes, conspirationes, & colligationes inter personas ecclesiasticas quocumque modo, fraude, vel ingenio omnino de cetero fieri prohibemus; factasque, nec non iuramenta, promissiones, obligationes, & alia super predictis prestata, vel quae de cetero super eis fieri contigerit vel prestari, aut earum occasio, penitus reprobamus, dissoluimus, atque cassamus: & eos, qui huiusmodi promissiones, obligationes, aut etiam iuramenta sub aliquibus etiam pecuniarijs vel alijs poenis fecerunt, aut etiam praestiterunt, protinus absoluentes ipsos decernimus & ad obseruationem coniurationum, conspirationum, & obligationum ipsarum, vel solutionem aliquarum poenatum siue pecuniarum aliquatenus non teneri: statuentes quod qui in talibus de cetero inuenti fuerint excessisse, praeter excommunicationem, quam ipso facto incurrant, a suis diocesanis aut alijs suis superioribus per priuationem perpetuam aut etiam temporalem beneficiorum, quae obtinent, & alias poenas taliter castigentur, quod poena ipsorum transeat alijs in exemplum. Quam constitutionem, quantum ad poenas imponendas ad promotiones seu mediationes praedictarum coniurationum, conspirationum, colligationum, iuramentorum, promissionum & obligationum praedictarum extendi volumus & mandamus.

19 Statuimus quod cum ex deliberatione & ordinatione episcoporum, archiepiscoporum, & aliorum ordinariorum synodus fuerit celebranda, per duos, tres, vel tot dies, qui sufficere videantur, antequam se ponant in via eundi ad synodum, rectores patriarchalium ecclesiarum, earumque perpetui vicarij, qui praesidentes synodo faciendae fuerint generaliter, siue specialiter, seu singulariter euocati, diligenter inquirent, si qui sint infirmi, seu debiles in parochijs suis; eosque visitent, etiam non requisiti, & faciant circa eos quidquid necesse fuerit ad animarum salutem.

20 Statuimus etiam, & praecipimus, vt omnes tam regulares quam seculares in dignitatibus, seu personatibus constituti illius metropolitanae, in qua prouincialis, & illius diocesis, in qua episcopalis synodus fuerint celebranda, veniant; nisi remanserint de suorum superiorum licentia speciali, de quorum ordinatione synodus fuerit facienda: & si taliter impediti fuerint, quod ad synodum venire non possint, legitimum excusatorem clericum cum pleno mandato ad acceptandum, & recipiendum ea, quae in synodo fuerint ordinata, transmittant; in eundo & redeundo honeste ambulent, & honesta acquirant hospitia, & in eis circumspicte se habeant & modeste, ne vita mores & gestus clericorum populo fiat in scandalum & contemptum. Qui vero ex causa ad synodum ire vel venire non possunt, eam archidiaconis, & archidiaconi suis diocesanis studeant nunciare. Quod si in veniendo, & denuntiando rationabilem causam negligentes, seu contemptores extiterint, ad diocesanorum suorum arbitrium puniantur. Praeterea sta-

tuimus, quod archiepiscopi, episcopi, abbates, & quilibet alij, qui ex privilegio mitris vtuntur, mitrati cum superpellicijs, stolis, & cappis, seu pluuiabibus; praepositi vero, priores, & alij inferiores praelati cum superpellicijs & stolis si diaconi saltem sint, & si velint pluuiabibus seu cappis; rectores vero & simplices sacerdotes cum cottis seu superpellicijs, & stolis tantum; inferioris vero status, vel ordinis clerici cum cottis synodum intrent, & in ea deuote & cum reuerentia vsque ad finem, nisi casus necessitatis emerferit, perseuerent. Religiosi quoque, nullam praelaturam vel administrationem habentes perpetuam, permittimus in habitu suo cum stolis in synodo posse stare, etiam si administrationem habeant.

21 Statuimus etiam, quod omnes abbates, praepositi, priores, plebani & alij ecclesiarum praelati & rectores, curam animarum habentium, promoti ad dignitates seu curas praedictas ante concilium Lugdunense nouiter celebratum, si presbyteri non sunt, in proximis futuris quatuor temporibus successiue se faciant vsque ad sacerdotium ordinati, aut omnino dimittant huiusmodi dignitates & curas: & per suos diocesanos seu superiores, sublato cuiuslibet appellationis obstaculo, amoueantur a dignitatibus & curis praedictis, nisi in sacerdotes fuerint ordinati. Instituti autem siue instituendis post concilium Lugdunense praefatum per diocesanos & alios superiores eorum denuntietur singulariter singulis, & vniuersaliter vniuersis, quod nisi infra annum a die suae constitutionis in dignitatibus & beneficijs, curam animarum habentibus, in presbyteros fuerint ordinati, ipso iure huiusmodi beneficijs sint priuati, & beneficia illa per illos, ad quos eorum ordinatio spectat, ex tunc de personis idoneis libere ordinentur.

22 Statuimus, vt per omnes ecclesias, chrisma, oleum sanctum, & Eucharistia sub fideli custodia clauibus adhibitis conseruetur; ita vt non possit ad illas manus impia extendi. Si vero is, ad quem spectat custodia, ea incaute reliquerit, tribus mensibus ab officio & beneficio suspendatur: & si per eius incuriam aliquid inde nefarium contigerit, grauius puniatur.

23 Nullus permittatur deseruire altari, vel epistolam legere nisi in superpellicio & cappa clausa. Sacerdos quoque diurnum officium pariter & nocturnum distincte & aperte, quantum Deus dederit, celebret & deuote.

24 Quia multorum assertione comperimus, & pro certo didicimus, quod in multis ecclesijs, ac monasterijs, & ecclesiasticis beneficijs nostrae legationis multi per secularem potentiam absque libero, & legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, ad quas ipsarum electio, ordinatio, prouisio, & institutio pertinere dignoscitur, damnabiliter sunt intrusi, ac quotidie intruduntur contra sacrorum statuta canonum & ecclesiasticam libertatem; ex quo multa prouenerunt & proueniunt quotidie detrimenta, & animarum deploranda pericula subsequuntur; statuimus, quod nullus laicus, cuiuscumque auctoritatis extiterit siue status, aliquem de cetero in ecclesijs, vel monasterijs, aut ecclesiasticis beneficijs legationis praedictae ponere vel intrudere quacumque occasione, vel auctoritate, quin potius transgressione seu temeritate, praesumat; saluo & reseruato iure patronatus veri competentis patroni, prout canonica iura declarant. Decernimus autem institutiones, siue intrusiones talium nullas esse, nullumque ius competere sic intrusis; & nisi intrusi huiusmodi infra sex menses ecclesias, monasteria, siue

Cultus in synodis vsurpandus.

Suscipiendi sacri ordines a pastoribus animarum.

Eucharistia & oleum sacrum seruanda in ecclesijs.

Celebrandum a sacerdotibus diuinum officium.

Sanctio aduersus intrusos & intrusos.

Non in eadem da conspi- ratorum societate.

Contu- niendi in- firmi a pa- rochis.

Indicte synodi ad- eundae.



siue beneficia, quæ de facto modo sunt adepti prædicto, omnino & sine difficultate dimiserint; & quicumque alij de cætero aliqua beneficia ecclesiastica per manus receperint laicorum, & electionibus, postulationibus, provisionibus, seu institutionibus ad minas, comminationes, terrores, siue impressiones laicorum quorumcumque aliorum præsumperint consentire; ex tunc se sciunt excommunicationis sententiæ subiacerè, ipsosque per diœcesanum, & alios, quibus ecclesiæ, monasteria, & beneficia sunt subiecta prædicta, arctius compellendos ea dimittere, & satisfacere de fructibus & prouentibus exinde perceptis, inuocato ad talium proteruiam conterendam, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

25 Inhibemus ne personæ ecclesiasticæ agant, vel respondeant, siue fideiubeant, aut se astringant, vel obligent corâ iudice seculari, nisi de his, & super his, quæ ad seculare non ecclesiasticum forum spectant; & de quibus absque factorum canonum iniuria & contradictione in prædictis, vel alijs potest per ecclesiasticas personas seculare forum adiri. Personas autem ecclesiasticas, quæ contra huiusmodi inhibitionem venire præsumperint, & iudices seculares, qui personas præfatas coram se agere, respondere, vel fideiubere, aut se astringere, vel alia facere, quæ ad forum seculare non pertinent, contra priuilegia ordini clericali vel personis ecclesiasticis, generaliter seu specialiter ab homine vel a iure concessa, compulerint; nisi postquam de hoc exceptum fuerit coram eis, ab huiusmodi processu omnino desisterint, & reuocauerint omnem processum habitum contra personas prædictas; excommunicationis sententiæ volumus subiacerè, a qua per diœcesanos locorum, in quorum iurisdictione personæ huiusmodi consistunt, post satisfactionem idoneam & condignam iuxta formam ecclesiæ possint absolui.

26 Nullus sacerdos, vel aliqua persona ecclesiastica de personalibus iniurijs, vel eleemosynis ecclesiæ factis coram seculari iudice audeat litigare, nisi de licentia sui episcopi.

27 Prohibemus sacerdotibus & alijs clericis in sacris ordinibus constitutis districte, ne secum prolem habeant, quam in sacro ordine genuerunt, propter scandalum: & ne huiusmodi parochiales sacerdotes in domibus suis habeant aleas vel taxillos districte prohibemus. Filij autem siue filij prædictorum in familia, siue famulatu, seu pro famulis maioris ecclesiæ, cui sunt immediate subiecti, redigantur, ac etiam teneantur.

28 In concilio statutum est, ut amodo reliquæ extra capsam nullatenus ostendantur, nisi in præcipuis festiuitatibus, vel ad hoc ex deuotione concurrentibus peregrinis, sicut quarundam ecclesiarum laudabilis consuetudo exposcit, nec aliquo modo exponantur venales: inuentas autem de nouo nemo publice venerari præsumat, nisi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ. Qui vero contra fecerit, si clericus fuerit, ab officio & beneficio se nouerit suspensum; si laicus, per mensem ingressum ecclesiæ sibi nouerit interdictum.

29 Nullus passim recipiatur ad prædicandum, nisi fuerit authentica persona, vel alias per sedem Apostolicam priuilegiata, aut ad hoc per episcopum destinata. Quæstores quoque ecclesiarum tantum ea dicant populo, quæ in literis domini Papæ vel episcopi continentur: sacerdotes tamen loci populum sibi commissum diligenter inducant ad eleemosynas erogandas intuitu pietatis, non animo extorquendi. Nullus etiam quæstuaris pro hospitalibus vel alijs similibus locis recipiatur ad eleemosynas quærendas sine literis domini Papæ, aut

legatorum eius, vel diœcesanorum ipsorum.

30 Statuimus, quod ornamenta ecclesiæ non obligentur pignori, nisi pro necessitate ecclesiæ de licentia episcopi cum consilio parochianorum. Præterea statuimus, quod nullus prælatus, superior vel inferior, aut ecclesiarum rector pro alio fideiubere, nec possessionem ecclesiæ suæ, vel alias res ecclesiasticas quascumque, mobiles aut immobiles vel se mouentes, præsertim sacras, pro alieno facto obligare præsumat, nec etiam pro suo facto proprio; nisi euentem in utilitatem suæ cedat ecclesiæ, & cum licentia diœcesanorum, & cum assensu capituli siue conuentus illarum ecclesiarum siue monasteriorum, quæ habent capitulum vel conuentum. Transgressores autem constitutionis huiusmodi per suos superiores compellantur reficere omne damnum, quod monasterio & ecclesiæ ex fideiussione vel obligatione huiusmodi incurrisserint.

Statuimus & statutum etiam declaramus, quod ecclesiarum rectores de bonis mobilibus, vel iuribus, seu libris, aut ornamentis ad ecclesias ipsas spectantibus, nihil dare, concedere, vel donare possint in uita; nec de ipsis seu alijs, mobilibus, vel immobilibus, aut se mouentibus acquisitis contemplatione ecclesiarum ipsarum possint condere testamentum, nisi in casibus a iure permisis: quod si contra factum fuerit, illud decernimus irritum & inane; præcipientes districte, quod successores eorum, qui in talibus exceßerunt, prædicta bona cum auctoritate diœcesanorum & etiam iudicum secularium, si fuerit opportunum, ad ius & proprietatem ipsarum ecclesiarum efficaciter studeant reuocare; ipsique prælati se fauorabiles & promptos ipsis rectoribus exhibeant in prædictis. Et si qui de dictis rectoribus in reuocatione huiusmodi fuerit negligens, ipsos ad id per diœcesanos prædictos compelli volumus & mandamus: archidiaconi quoque, singuli uidelicet in singulis archidiaconatibus suis, tam de prædictis quam alijs ad bonum & utilitatem ecclesiarum suorum archidiaconatum curam & sollicitudinem habeant diligentem: & si quid super prædictis ac alijs difficultatibus emergerit, illud diœcesanis suis studeant quam citius nunciare.

31 Nullus clericus nostræ legationis, in quouis ordine constitutus, peregrinari extra regnum vel prouinciam suam præsumat absque diœcesanorum episcoporum, vel aliorum suorum ordinariorum licentia speciali: quod si quis contrarium fecerit, a beneficio ecclesiæ vel ecclesiarum, in qua vel in quibus beneficiatus extitit, per unius anni spatium sit suspensus.

32 Decernimus, ut nemo incognitus ad ministrandum in sacris ordinibus admittatur, nisi sui ordinis vel successoris eius literas omni suspitione carentes ostendant, suscepti ordinis mentionem facientes expressam: & qui contra constitutionem huiusmodi venire præsumperint, tales ad celebrationem diuinorum admittendo vel retinendo, post trianam admonitionem vel vnam peremptorie a diuinorum perceptione & ingressu ecclesiæ arceantur: & de hoc per diœcesanos episcopos inquisitio frequens fiat.

33 Præcipimus, ut ecclesiarum parochiani singulis diebus dominicis & festiuis ad diuina officia, specialiter ad missam, vadant ad suas parochiales ecclesias, ibique diuina officia, prout Deus dederit, audiant diligenter: nec ipsi parochiani, relicta sua parochiali ecclesia vel contempta, ad alias ecclesias, cuiuscumque sint ordinis, religionis, aut status, siue huiusmodi ecclesiæ sint parochiales siue non, ad audien-

Ecclesiastici iudicium tribunalia adire vetantur.

Spiritus in sacerdotum domibus non educandi. Ars lusoria non usurpanda.

De reliquiarum ueneratione.

Qui ad sacras conuersiones habendas admittentur.

Operi ecclesiarum non opponatur.

Nec illi ratione distringantur.

Peregrinatio non obediens inconstituta præsumatur.

Nulli ad rem diuinam peragenda admittendi, nisi ipsos initiales constiterit.

Frequenter ad fidelibus ecclesiæ parochiales.



# CONCILIVM BVDENSE.

dienda diuina officia, & specialiter missam præsumant accedere, maxime diebus dominicis & festiuis, aut in alienis parochijs vel ecclesijs ad huiusmodi officia permittantur, seu ipsi per alios, quam per suos parochiales presbyteros ministrantur ecclesiastica sacramenta, exceptis clericis religiosis transeuntibus & peregrinis, qui ad huiusmodi officia in parochijs, siue ecclesijs possunt recipi alienis; & nisi forte causa deuotionis maioris aliqui circa hoc a sede Apostolica sint muniti priuilegio, aut indulgentia speciali. Parochiani vero, contra constitutionem huiusmodi venientes, a perceptione sacramentorum; illi autem, qui contra constitutionem huiusmodi parochianos alienos receperint ad diuina, vel eis administrauerint ecclesiastica sacramenta; ab executione suorum ordinum nouerint se suspensos: & qui parochianis alienis taliter suspensis ecclesiastica ministrare præsumperint sacramenta, excommunicationis sententiam ipso facto se nouerint incurrisse, a qua congrua satisfactione exhibita illi parochiali rectori, cuius parochiano ministrare præsumpsit ecclesiastica sacramenta, per diocesanos episcopos secundum formam ecclesiæ possint absolui.

34 Omnes autem abbates, præpositi, priores, & alij prælationem habentes, saltem semel, de suis omnibus redditibus & expensis, & statu ecclesiarum suarum; cæteri vero administratores, camerarij, seu officiales, tam interiores quam exteriores, bis in anno duobus terminis, vno videlicet in festo S. Thomæ Apostoli, altero in festo S. Georgij, reddant in capitulo plenariam rationem, consuetudine quarundam ecclesiarum, vbi pluries ratio reddi solet, in suo robore duratura: in quibus si prælati & officiales, vel prædicti negligentes seu infideles & mendaces inuenti fuerint, secundum qualitatem culpæ per episcopum vel alium suum superiorem puniatur. Alij vero ipso facto administrationes admittant, grauius iuxta arbitrium episcopi vel sui superioris alterius puniendi.

Inhibemus abbatibus, præpositis, prioribus, plebanis, rectoribus ecclesiarum, & clericis vniuersis, ne ipsi mutuo dent, vel accipiant, abbates præpositi vltra duas vel tres marchas, cæteri vnam marcham sine notitia & consensu capituli sui, vel maioris partis, ac diocesani episcopi assensu speciali.

35 Prohibemus insuper, ne inferiores prælati absque episcoporum, nec ipsi absque archiepiscoporum, nec ipsi metropolitani absque sedis Apostolicæ licentia speciali aliqua de bonis immobilibus vel iuribus, ad monasteria siue ecclesias suas spectantibus, nisi in casibus a iure permissis, alienare præsumant: quod si contra fecerint, pro irrito habeantur: & alienantes, si inferiores prælati sint, a suorum ordinum archiepiscopi & episcopi a pontificalium executione sint ipso facto suspensi: quam suspensionem superiores ordinarij alienantium, alienatis prius ad ius & proprietatem monasteriorum seu ecclesiarum reuocatis, vel alias indemnitati ipsorum monasteriorum et ecclesiarum prouiso, valeant relaxare.

36 Statuimus, quod ecclesiæ parochiales, vel aliæ ecclesiæ, seu monasteria per maiores, seu minores, vel personas, seu magistris, aut capitula cathedralium ecclesiarum, vel aliarum ecclesiarum prælatos nonis, iniustis, & indebitis exactionibus nõ grauentur, nec eis noui imponantur census, aut indebitas exactiones inducant, nec veteres augeant pensiones: qui vero inuenti fuerint in talibus ecclesiis molestare aut aggrauare prædictas, si episcopi per metropolitanos eorum, si inferiores personæ per suos diocesanos a talibus per censuram ecclesiasticam

& alia opportuna remedia desistere compellantur.

37 Cum tam de iure, quam de generali consuetudine multarum ecclesiarum archidiaconi iurisdictionem habeant causas matrimoniales & plerumque alias audiendi, examinandi, atque decidendi; statuimus atque præcipimus, quod nulli de cætero in regno Vngariæ & prouincia Poloniæ in archidiaconos assumantur, nisi in iure canonico taliter sint instructi atque periti, quod causas huiusmodi secundum iura & rationabiles consuetudines locorum, in quibus huiusmodi iurisdictionem obtinent, audire, examinare, atque decidere possint; vel alias in artibus sint aut in alijs scientijs taliter informati, quod in talibus, annuente Deo, verisimiliter proficere possint: & si tales in archidiaconos assumi contigerit, teneantur ad minus triennio in canonico iure studere, dimissis in ipsis archidiaconatibus talibus vicarijs, qui honeste possint supplere vices eorum. Hanc autem ad studium, quantum ad constitutionem triennij, ad iam institutos archidiaconos extendi volumus & mandamus; nisi & instituti iam facti sint, & instituendi post suas institutiones fiant absque vitio & culpa ipsorum adeo pauperes, debiles, vel infirmi, aut alias inhabiles ad studendum, quod studium incipere nequeant, vel perficere, aut terminare incæptum: quibus impedimentis cessantibus, teneantur incipere & incæptum perficere studium, vt superius est expressum. Ad prædicta quoque implenda archidiaconi supradicti a suis diocesanis per amotionem & priuationem perpetuam a suis archidiaconatibus compellantur. Indulgemus autem archidiaconi supradictis quod infra triennium, quo studio præfato vacabunt, archidiaconatum & aliorum beneficiorum suorum fructus & prouentus cum ea integritate percipiant, cum qua ipsos perciperent, si in dictis archidiaconatibus vel beneficijs personaliter morarentur, quotidianis distributionibus, quæ in pane & vino singulis vel certis diebus exhibentur, dumtaxat exceptis; nisi in fraudem præsentis constitutionis redditus, qui consueuerunt in pecunia percipi, ordinarentur pro distributionibus panis & vini.

38 Prohibemus, ne causæ matrimoniales, nisi discretis & grauibus ac honestis, committantur personis, & habentibus iuris canonici peritiam vel causarum experientiam in talibus opportunam. Statuimus, vt iudex in causis matrimonialibus testes per se ipsum, vel alium discretum & honestum iuris peritum, vel bonam experientiam causarum habentem, examinet.

39 Quia nonnulli prælati, seculares & regulares, subditis suis inhibent, ne ecclesiarum siue monasteriorum suorum statum personarum & rerum eorumdem superioribus suis seu alijs, per quos ad notitiam eorum perueniat, insinuent, vel exponant, eosdem subditos sub iuramenti interpositione, & alijs vinculis astringentes, vel in ipsis si secus fecerint excommunicationis sententiam proferentes; nonnulli etiam ex eis subditos ipsos plerumque alios sibi obligant, ne de cætero dicant siue deponant, denuncient aut faciant aliquid contra eos, per quod malum vel damnum aliquod incurere possint; ex quibus frequenter venit, quod cum superiores ecclesias & monasteria ipsa visitant, ipsorum monasteriorum, seu prælatorum, aut etiam subditorum statum scire non possunt, propter quæ multa in eis tam in capite, quam in membris, quæ correctione & reformatione indigent, remanent incorrecta; nos contra huiusmodi detestabiles & periculosas astutias providere volentes, omnia super his vincula interposita, obligationes omnes super hoc initas, sententias, & quæcumque alia huiusmodi occasione subsecuta, iniurata, facta, vel

Archidiaconi non præficiendi nisi scientia iuris canonici exculsi.

Causæ matrimoniales diligenter discutendæ.

Sacramenta de non deferendis prælatorum culpis rescissa.

Exigenda de sacrarum opum administratione ratio.

Interdictæ earum alienatio.

Non imponenda ecclesijs grauiora onera.



vel quæ in posterum ferri vel fieri contigerit, penitus reuocamus, relaxamus, atque cassamus, ac cassa & irrita nuntiamus; decernentes subditos & alios supradictos a prædictis obligationibus, sententijs, atque pœnis totaliter absolutos, & ad eorum obseruationem aliquatenus non teneri.

40 In concilio prohibetur, & nos prohibemus inuiolabiliter obseruari, ne suppellectilia sacerdotis propria, seu alia in ecclesijs reponantur aut etiam teneantur, nisi propter hostiles incurfus, aut incendia repentina ad eas oporteat habere refugium: sic tamen, vt necessitate cessante, extra ecclesiam portentur. Librum qui dicitur manuale, habeant singuli presbyteri parochiales, ubi contineatur ordo baptisimi, catechismi, extremæ vnctionis, & huiusmodi, nec non libros alios, in quibus possint tam diurnum quam nocturnum officium celebrare.

41 Præcipimus sacerdotibus, vt diuino officio celebrato, & populo regresso ad propria, ecclesias suas firmare debeant diligenter. Prohibeant etiam sacerdotes sub pœna excommunicationis choreas in cœmeterijs vel in ecclesijs duci; quia, vt ait Augustinus, melius est festiuis diebus fodere vel arare, quam choreas ducere. Sub anathematis interminatione prohibemus, ne quis ciuiles causas in ecclesijs vel cœmeterijs agitare præsumat. Nullus etiam de nouo ædificare in cœmeterio permittatur: nec fimus, vel immunditiæ aliæ in cœmeterijs aduentur. Talia facientes, quousque satisfecerint, ad voluntatem rectoris ab ingressu ecclesiæ illius arceantur.

42 Præcipimus, quod ecclesiarum rectores in suis ecclesijs vigilias fieri a laicis non permittant, cum ex hoc scandala proueniant & peccata, nisi forsan in illis ecclesijs, in quibus ex deuotione fidelium vigilæ tales consueuerunt fieri ab antiquo. Ad dilatandum in diuinis officijs ecclesiæ decus, præsentis constitutione duximus statuendum quod præpositi, canonici, plebani & alij ecclesiarum rectores, & clericij vniuersi in præposituris, canonijs, & plebanatibus, rectorijs, & alijs ecclesijs, in quibus beneficia existunt, vel a quibus ecclesiastica recipiunt stipendia, residentiam facientes, horis canonicis, ad minus matutinis, missæ vel vespers inter sint; cum eis ad hoc sint ecclesiastica beneficia deputata, vt de ipsis honeste debeant viuere, ac Deo & dictis ecclesijs in ipsis diuinis officijs cum reuerentia deseruire. Quod si quis eorum in prædictis \*pareat negligens vel remissus, & per diœcesanum, vel capitulum, vel alium superiorem admonitus non emendauerit; sed huiusmodi negligentiam, ne dicamus contemptum, non videatur emendationi, sed consuetudini potius deputare, quotidianis distributionibus illius diei, quo abique rationabili causa absuit a diuinis in aliqua de tribus horis prædictis, ipso sit factò priuatus per diœcesanum vel alium superiorem suum, si huiusmodi negligentiam vel contemptum non studuit emendare, officia continuando prædicta, grauius puniendus. Et vt huiusmodi constitutio melius obseruetur, deputentur aliqui a singulis capitulis cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum, qui absentias & negligentias talium notent & scribant, parochialium vero sacerdotum & aliorum clericorum negligentia & offensæ in talibus & alijs, quæ a cura & sollicitudine pendunt eorum, per archidiaconos, præpositos, aut alios, & demum per episcopos, quibus subsunt, corrigantur, & salubriter emendentur.

43 Præsentis quoque constitutione declaramus atque decernimus, quod consuetudo, secundum quam archidiaconi Vngariæ pro occisis gladio, siue fuste, vel aliorum armorum genere, seu veneno, aut quocumque alio damnabili & reprobato

modo consueuerunt recipere vnâ marcham argenti, antequam sic occisi tradantur ecclesiasticæ sepulture, ad eos, qui fulmine percussi, fluminibus suffocati, exusti incendio, arboribus oppressi, aut de equo cadentes, vel alijs similibus, siue fortuitis casibus diem clauserunt extremum, seu interijisse noscuntur, nullatenus extendantur, nec ab eorum heredibus, propinquis, siue amicis marcha huiusmodi exigatur: sed sic defuncti, dummodo pœnitentes decesserint, vel in morte pœnitentiæ signa apparuerint manifesta, sicut alij Christiani ecclesiasticæ sepulturæ tradantur: archidiaconi vero per suos ordinarios ab huiusmodi exactione indebita arceantur.

44 Prohibeant etiam sacerdotes, ne laici publice teneant concubinas: & qui post admonitionem tenuerit, tam ipse quam ipsa ab ingressu ecclesiæ arceantur: & si per hoc se non emendauerint, per suos diœcesanos fortius compellantur. Cum ex vicinitate turpium mulierum, & maxime meretricum publicarum, quæ corpora sua pro vili pretio vel mercede venalia indifferenter exponunt, multis plerumque peccandi occasio ministratur, vt de multis alijs spiritalibus & tēporalibus, quæ sæpissime ex earum vicinitate damnabili consueuerunt contingere, periculis taceatur, religio Christiana ac multorum bonorum honestas enormiter infametur; statuimus, quod nulla persona ecclesiastica aut etiam secularis, vniuersitas, collegium, vel conuentus huiusmodi infames & abominandas personas in aliqua ciuitate, castro, vel villa in domibus seu possessionibus suis habitare permittat, nec eis vel aliquibus alijs ipsarum nomine vel pro ipsis aut infamatis de lenocinijs, fauore, commercio, aut conuersatione, siue protectione taliū mulierum domos ipsas, vel possessionem suam eis concedere, locare, vendere, vel donare quocumque modo vel fraude præsumat: quod si quisquam contra huiusmodi constitutionem venire præsumpserit, tandem per ordinarios locorum & presbyteros parochiarum, in quibus violatores constitutionis huius degerint, ab ecclesiæ arceantur ingressu, & a perceptione sacramentorum habeantur suspensi, donec ipsis turpibus personis de dictis domibus & possessionibus prorsus eiectis, & præstita sufficienti cautione, quod vltius in talibus non excedent; & ad mandatum ordinariarum, siue superiorum, vel presbyterorum parochialium suorum tantum de bonis suis in pios vsus expendant, quantum pro huiusmodi locatione, venditione, seu concessione perceperint, aut percepturi fuerint occasione prædicta. Personæ autem ecclesiasticæ, si in prædictis excesserint, præter prædictas pœnas per ordinarios siue superiores suos grauius puniantur. Hanc autem constitutionem ad publicos adulteros, & incestuosos, & ad publicas adulteras & incestuosas, quos & quas excommunicationis sententiæ decernimus subiacere, extendi volumus & mandamus.

45 Statuimus, quod ad bona decedentium episcoporum seu episcopatum, & aliorum inferiorum prælatorum, secularium seu religiosorum, monasteriorum vel aliarum ecclesiarum vacantium nullus laicus, quantæcumque & cuiuscumque sit altitudinis, existentia, conditionis, vel status manus suas extendi faciat vel permittat, bona huiusmodi auferendo, aut etiam occupando occasione iuris patronatus, vel alio quocumque prætextu. Quod si quis laicorum contra constitutionem huiusmodi venire præsumpserit, ingressum ecclesiæ, & perceptionem seu participationem sacramentorum vsq; ad satisfactionem omnium occupatorum, subtractorum, ac etiam ablatorum sibi nouerit interdictos, saluis alijs prædictis, et in alijs constitutionibus nostris expressis.

Deon  
prelio  
penite  
morte  
pellicu

Statuta  
publica  
concupi  
narios.

Leno  
& leno.

Pellenda  
vndique  
meretri  
ces.

Ecclesia  
stica bona  
a laicis  
occupan  
da.

Supellex  
sacerdotū  
in eccle  
sijs non  
locanda.

Libri ri  
tuum ab  
ijs tenen  
di.

Choreæ in  
loco sacro  
non per  
mittendæ.

De vigilijs  
in Eccle  
sia obseru  
dis.

Diuinis  
officijs per  
agendis.  
\*appareat

Vetite  
nonnullæ  
extorsio  
nes.



46 Statuimus, quod nulla persona ecclesiastica aut etiam secularis, cuiuscumque sit existentiæ, ordinis, dignitatis, vel status, vel sub prætextu iuris patronatus, quod se habere dicat, contendat, vel asserat, aut in veritate habeat in aliquibus monasterijs vel ecclesijs nostræ legationis, seu alio quocumque prætextu vel modo monasteria vel ecclesias prædicta, in quibus iura huiusmodi se habere contendunt, aut aliquid de bonis vel iuribus, ad ipsas ecclesias vel monasteria spectantibus, per se vel alios occupare, vendere, donare, permutare, locare, aut alio modo quocumque alienare, seu bona ipsa aut fructus aliquos in perpetuum vel ad tempus, aut alias in feudum siue in pignus dare, concedere, vel recipere; aut aliquid aliud circa dispositionem & ordinationem ecclesiarum & monasteriorum prædictorum, seu bonorum, mobilium vel immobilium aut se mouentium iurium eorundem propria auctoritate attentare præsumant: veris patronis ecclesiarum & monasteriorum legationis præfatæ, in quibus ecclesijs & monasterijs ius obtinent patronatus iure competenti occasione huiusmodi patronatus seruato in tantum, in quantum in hac parte patronis ecclesiarum canonica instituta concedunt. Transgressores autem constitutionis huius, postquam a diocesano & alijs superioribus illarum ecclesiarum, in quibus prædicta, vel prædictorum aliqua attentauerint, per charitatem admoniti fuerint, nisi infra terminum ab ipsis diocesanis, vel per alios dictatum ecclesiarum superiorum statuendum eisdem, ab ipsarum ecclesiarum, vel monasteriorum, seu bonorum, ac iurium eorundem super prædictis molestatione & perturbatione destiterint, & ad ipsorum diocesano- rum, seu aliorum superiorum arbitrium satisfecerint de damnis & iniurijs irrogatis occasione prædicta monasterijs & ecclesijs præfatis; ex tunc se sciunt excommunicationis sententiæ subiicere: a qua, iuxta tamen formam ecclesiæ, per diocesano, satisfactione præmissa & sufficienti cautione quod ulterius in talibus vel similibus non excedant, possint absolui præfatos.

47 Præfenti quoque declaramus statuto atque præcipimus, quod quæcumque persona secularis, cuiuscumque sit existentiæ, dignitatis, aut status, quantumcumque liberaliter & absolute concedat, donec tradat seu tradidisse intenderit vel intendat, voluerit vel velit, monasteria seu ecclesias, in quibus ius tantum obtinent patronatus, monasterijs vel alijs ecclesijs secularibus, illud faciat & facere debeat de illorum diocesano seu prælatorum licentia seu assensu, in quorum diocesi vel iurisdictione ecclesiæ vel monasteria ipsa consistunt: & tam prædicta, quam alia personæ regulares aut seculares, cuiuscumque ordinis, dignitatis, religionis vel status, quantumcumque liberaliter & absolute concesserint, donauerint, vel tradiderint, aut concedant, donent, vel tradant, seu concessisse, donasse, tradidisse, intenderit vel intendat, ecclesias, in quibus ius tantum obtinent patronatus, locis vel personis prædictis, nihil aliud intelligatur seu præsumatur conferre aut etiam contulisse; nec personæ, aut loca prædicta aliud ex collatione huiusmodi recipere vel acquirere, quam ius in eisdem ecclesijs seu monasterijs conferentibus competens patronatus: statuentes & expressius prohibentes, ne aliqua personæ ecclesiasticæ aut etiam seculares, quibus de monasterijs, vel ecclesijs huiusmodi sunt donationes, concessiones, vel collationes factæ, vel in posterum fient, aliquid, nisi quantum patronis canonica iura concedunt, exigere, vel extorquere, aut capere motu proprio, vel accipere de bonis mobilibus vel immobilibus, aut se mo-

uentibus, vel de iuribus monasteriorum, aut ecclesiarum ipsarum; nec in eis statuere aliquas prælaturas, seu etiam rectorias, nec remouere siue suppressere, vel etiam reuocare statuta, nec de ipsis monasterijs, vel ecclesijs aut temporalibus, seu spiritualibus, vel iuribus eorundem, nisi quantum ad defensionem pertineat, ad quam patroni tenentur disponere; aut etiam se intromittere, vel aliquos in ipsis monasterijs aut ecclesijs instituire, vel destituere, huiusmodi iuris patronatus prætextu, quocumque inuento colore, præsumant. Decernimus autem irritum & inane quidquid a præfatis personis circa monasteria & ecclesias, & alia omnia & singula supradicta contra tenorem præsentis constitutionis temere contingeret attentari. Per hanc autem declarationem & constitutionem nullum veris patronis super his, quæ sibi competunt, id est iuris patronatus, præiudicium generetur. Si qui vero, quocumque præsumptione contra constitutionem huiusmodi venientes, monasteria vel ecclesias in prædictis vel prædictorum aliquo molestare, seu perturbare\*, aut de ipsis monasterijs, vel ecclesijs, seu bonis, & iuribus eorum se intromiserint quoquo modo, ingressu ecclesiæ & perceptione sacramentorum ecclesiasticorum se nouerint interdictos, donec satisfactione præmissa a perturbatione, & molestatione, & alijs supradictis destiterint, & per diocesano, illarum ecclesiarum seu monasteriorum, quæ huiusmodi occasione læserant, ad ecclesiæ ingressum & sacramentorum perceptionem fuerint restituti\* ecclesiastica ministrauerint sacramenta, per sex menses a collatione sacramentorum nouerint se suspensos.

48 Cum multorum assertione didicerimus, pestem quamdam in regno Vngariæ & alijs terris nostræ legationis contra clerum & ecclesiasticam libertatem inualuisse iam dudum; videlicet quod laici ecclesias, monasteria, earumque possessiones & iura, iuris patronatus seu alio quocumque prætextu, non absque damnabili & manifesta sacrilegij nota, quasi indifferenter occuparunt hæcenus, & quotidie occupant, & damnabiliter detinent occupata, quarum aliqua sunt deputatæ habitationi & vsibus laicorum, alia vero vsibus iumentorum & aliorum animalium, altaribus & alijs ad cultum diuinum ibi statutis pia deuotione fidelium & auctoritate Pontificum, destructis & totaliter deformatis; nos contra huiusmodi pestem, quæ pati nullo modo possumus nec debemus, omnino intendentes de salubri remedio prouidere, omnes & singulos ecclesiarum & monasteriorum bonorum ac huiusmodi detentores ex parte Dei omnipotentis, & sub obtestatione diuini iudicij admonemus, quatenus ecclesias, monasteria, earumque possessiones & iura, quæ taliter occuparunt seu detinent occupata in regno & terris prædictis, diocesanis episcopis, vel alijs ordinarijs, aut alijs ecclesiasticis personis, ad quas prædicta spectare noscuntur, infra sex menses a die publicationis præsentis constitutionis computandos, cum fructibus exinde perceptis reddere & restituere non postponant. Alioquin præfatos detentores, quos excommunicationis sententiæ decernimus subiicere, ad requisitionem illorum ordinariorum, in quorum diocesi, vel iurisdictione, aut ecclesijs, vel earum bonis, & iuribus prædicta sunt commissa, vel de cetero committentur, ab omnibus prælatis regni Vngariæ, quantum ad Vngaros, & ab illis de Polonia quantum ad Polonos vsque ad restitutionem & satisfactionem condignam excommunicatos publice præcipimus nuntiari, pulsatis campanis & candelis accensis diebus dominicis & festiuis: contra quos, si

Non quous colore alienada.

De iure patronatus & collatione sacerdotiorum plurimam constituta.

\* præsum- pserint

\* qui autē ijs

Sacerarum opum inuafores ad eas restituendas postulari.

Censuræ ijs obiectæ.



opus fuerit, inuocetur auxilium brachij secularis.

49 Cum ecclesia & monasteria secundum traditiones euangelicas, apostolicas, atque canonicas sint & esse debeant domus orationum, non speluncæ latronum, vel munimenta prædonum; dolenter referimus, quod quidam, & non pauci, in regno Vngariæ & terris nostræ legationi subiectis multa monasteria multasque ecclesiasticas possessiones & iura ad ipsas spectantia occupasse, pleraque ex eis incastellasse dicuntur; & cum \* ipsi & ecclesijs, & monasterijs ad laudem Dei continua debeantur ecclesiastica officia celebrari, & pro animabus tam defunctorum, quam uiuorum deuote preces & orationes deferri, in ipsis tyranni raptores habitant & prædones, rapinæ spoliisque reconduuntur & prædæ, & quod valde horrendum est, loca ipsa Deo dedicata & sanctificata frequenter humano sanguine & semine polluantur. Cum autem ea, quæ sunt iuris diuini, nullo modo debeant ad humanos vsus conuerti, maxime tam detestabiles & profanos; nos nulla ratione volentes tantam iniquitatem & peruersitatem conuenientibus oculis pertransire, omnes & singulos cuiuscumque existentia, nobilitatis, status, aut conditionis, qui ecclesias, monasteria, aut bona vel iura ipsorum occupare, incastellare, vel uolenter inuadere præsumperunt, aut inuasa seu occupata detinent, aut de cætero inuadere seu etiam incastellare & occupare propria temeritate præsumperint (nisi infra terminum seu terminos omnibus communiter & singulis singulariter ab illis prælatis, in quorum diocesi & iurisdictione ecclesiæ, monasteria, bona, & iura consistunt præfata, peremptorie statuendos, monasteria, ecclesias, possessiones & iura illis personis ecclesiasticis, ad quos pertinent supradicta, libere & absque difficultate reddiderint & restituerint, & de fructibus, proventibus, atque damnis ad mandatum prælatorum ipsorum satisfecerint competenter, cauerintque sub certis pœnis, quod ulterius in talibus non excedent) anathematis vinculo decernimus & volumus esse ligatos, a quo absolui non possint, nisi prædicta restituerint, & ad mandatum ipsorum prælatorum plene satisfecerint, ut superius est expressum.

50 Statuimus quod nullus iudex ordinarius vel etiam delegatus faciat, vel etiam se facturum promittat, iustitiam alicui per gratiam seu receptam pecuniam vel promissam, aut per alias sordes prætextu alicuius odij, temporalis emolumenti, fauoris, seu lucri: & qui contrafecerit, per annum officium iudicandi sibi nouerit interdictum; ad eliminationem litis parti, quam læserit, nihilominus condemnandus, prout in constitutione felicis recordationis D. Innocentij Papæ IV. de re iudicata, edita in concilio Lugdunensi, cauetur.

51 Statuimus, quod iudices ordinarij, aut etiam delegati omnes illos, quos per denunciationem vel alio legitimo modo excommunicatos sciuerint esse ab homine vel a iure, ab agendo, patrocinando, vel testificando in suo foro vel curijs, aut iudicijs ex officio suo repellant: iudices autem, qui exceptionem excommunicationis contra agentes, aduocantes, vel testificantes obiectam non admiserint, sed ea non obstante tales admiserint ad prædicta, per mensem unum iudicandi officium sibi nouerint interdictum: & processus cum talibus excommunicatis habitus sit irritus ipso facto, nec per processus huiusmodi iudicium excipienti excommunicationem, siue ipsam exceptionem habuerint, siue non, ex quo per eum composita fuit huiusmodi

exceptio, & non fuit admissa, aliquid præiudicium generetur.

52 Statuimus, quod iudices seculares exceptionem rei iudicatæ per ecclesiasticum iudicem, de qua quidem re cognitio ad ipsum ecclesiasticum iudicem de consuetudine vel de iure pertinet, & viam ipsi propositam admittere non omittant. Item, contra ecclesiastici iudices, cum de re iudicata, per secularem iudicem de his, quæ ad eius iurisdictionem spectare noscuntur, ex eis coram eis exceptionem huiusmodi, prout de iure tenentur, admittant. Quod si dicti iudices exceptiones huiusmodi forte admittere recusauerint, per ordinarios, de quorum iurisdictione fuerint bona, de quibus vel persona, contra quas fuerit iudicatum, ad recipiendam & ad admittendam exceptionem huiusmodi per opportuna remedia compellantur: cum quos Dei timor de malo non reuocat, pœna coercere debeat temporalis.

53 Statuimus, quod vniuersi & singuli nostræ legationis, cuiuscumque sint existentia, dignitatis, aut status, temporalem iurisdictionem habentes, ad requisitionem prælatorum seu iudicum ecclesiasticorum contra rebelles & inobedientes eis, vel eorum sententias contemneres, seu non parentes alias rei iudicatæ ab eis de his & super his, quæ principaliter vel incidenter de consuetudine vel de iure ad forum, iurisdictionem, seu cognitionem ipsorum spectare noscuntur, reuerenter brachium suæ iurisdictionis impendant; rebelles & inobedientes, atque non parentes huiusmodi, ac excommunicatos quosque ab ipsis prælatis, seu ecclesiasticis iudicibus, seu alias ab homine vel a iure redire ad ecclesiæ unitatem ac satisfacere pro causis, pro quibus excommunicationes huiusmodi incurrerunt per occupationem bonorum, quæ sub sua iurisdictione sunt, & alia opportuna remedia compellendo, ad quod præfati iudices per censuram ecclesiasticam compellantur: ipsi vero prælati & ecclesiastici iudices versa vice laicorum iudicium sua iurisdictione in his & super his, quæ canonicis non obuiant institutis, quoad uiuent, & contra inobedientes, & rebelles illorum, ac ipsorum secularium iudicum iustis sententijs non parentes, gladium suæ potestatis & auctoritatis, ecclesiasticam scilicet censuram, impendant, cum ab ipsis secularibus iudicibus super hoc fuerint requisiti.

54 Statuimus, quod omnes causæ ad forum ecclesiasticum pertinentes, coram ordinarijs vel ecclesiasticis iudicibus iuxta sacras & legitimas sanctiones agitari, tractari, vel ventillari debeant, & per eos libere & absque impedimento vlllo vel obstaculo terminari: & si qui, quando super huiusmodi causis Apostolicam sedem ac alios superiores, ad quos appellare iura permittunt, appellari contigerit, tam appellantes quam appellati ad præfatum sedem, seu ad superiores prædictos accedere super appellationum prosecutionibus libere & absque inhibitione aliqua permittantur. Si vero Rex, seu Regina, vel quicumque alij de regno prædicto, postquam coram ipsis de hoc protestatum fuerit vel exceptum, contra constitutionem huiusmodi venerint, de causis huiusmodi cognoscendo, vel appellantes ad sedem Apostolicam seu superiores præfatorum, a prosecutione appellationum ipsarum quomodolibet prohibendo, seu alias contra constitutionem huiusmodi excedendo ab huiusmodi prohibitione, impedimento, seu cognitione omnino non destiterint, Rege seu Regina præfatis in prædictis excedentibus tam diu ecclesiæ sit interdictus ingressus, quousque omnem processum per eos habitum, in causis prædictis, quem

\* in

Ecclesiæ in arces comurari vetitæ.

Iustitia ex questu non administranda.

Anathematis rei legum beneficium priuandi.

Ve ex pto in iudicio sit admittenda.

Defini anathematis ad officium cogendi.

De pro uocationibus.



# CONCILIUM BVDENSE:

quem cassum & irritum nunciamus; omnesque prohibiciones & grauamina reuocauerint cū effectu: alij vero duces, barones, & alij inferiores iudices, contra constitutionem excedentes præsentem, nisi infra triduum postquam coram eis vt supra denunciatum, protestatum fuerit vel exceptum, prohibiciones, impedimenta, grauamina, ac processus super huiusmodi reuocauerint cū effectu, ac procedendo in causis huiusmodi destiterint, ipso facto excommunicationis sententiæ se nouerint subiaccere, a qua, cōgrua satisfactione præmissa, ab episcopis, in quorum diœcesi persona vel res, super quibus vel contra quos processerint, iuxta formam ecclesiæ possint absolui.

55 Cum Regum, principum, baronum, & aliorum catholicorum fidelium proprium & peculiare ab antiquo fuisse noscatur, ecclesias, monasteria, loca, sacra Deo ædificare; destructas vero, siue concisas, aut in se siue in ministeris, vel in facultatibus, iuribus, priuilegijs, vel immunitatibus suis diminuta siue oppressa releuare, reficere, defendere, ac etiam restaurare, prout per facti euidentiam, videlicet per ædificationem, refectionem, & reparationem ecclesiarum & monasteriorum multis & latis possessionibus, ædificijs, iuribus, priuilegijs, prærogatiuis & immunitatibus dotatorum, antiquitas ipsa omni digna ueneratione & imitatione restatur; multum profecto ab antiquorum & maiorum suorum videntur vestigijs deuiare, qui ecclesias ipsas, vel eorum bona, seu iura destruunt, scindunt, occupant, vel inuadunt, seu earum priuilegia & immunitates imminuunt, & infringunt, aut qui talibus tacite vel expresse consentiunt, seu qui talia in his similia contra Deum, eiusque ecclesiam atque ministros impie committentes, per assumptæ potestatis vel iurisdictionis officium, non compescunt & ab ipsis desistere per remedia opportuna non cogunt. Declaramus igitur atque decernimus, ecclesias, & ecclesiasticas personas ab omnibus angarijs & parangarijs, exactionibus & collectis, & alijs superinductionibus, oneribus, & muneribus sordidis laicorum; nec non a præstationibus tributorum, pedagiorum, seu vectigalium pro ecclesiasticis personis, euectionibus, & rebus ipsorum, qui non causa mercimonij siue negotiationis, sed pro suis & ecclesiarum suarum necessitatibus per terram siue per aquam ducunt seu transeunt, omnino immunes & exemptas esse iuxta canonicas & legitimas sanctiones, nec per aliquos, cuiuscumque altitudinis, iurisdictionis, seu etiam potestatis ad talium præstationem posse vel debere compelli.

56 Et quia in regno Vngariæ, & alijs terris nostræ legationis ecclesiæ, & ecclesiasticæ persone a multis, & in multis, & varijs super prædictis & alijs similibus indebite & contra iustitiam aggrauantur in periculum animarum illorum, qui talia agunt, & ecclesiarum ac personarum ecclesiasticarum non modicum detrimentum, & derogationem ecclesiasticæ libertatis; nos autem animarum saluti, & ecclesiarum ac personarum ecclesiasticarum immunitati super hoc providere volentes, restrictius prohibemus, ne de cætero ecclesijs & ecclesiasticis personis talia imponantur, aut exigantur, seu extorqueantur ab eis, vel ipsæ ecclesiæ aut personæ super talibus præstationibus quomodolibet molestentur: quod si contra prohibitionem huiusmodi quisquā ab ecclesijs vel personis prædictis aliquod occasione prædicta extorquere præsumpserit vel auferre, seu super prædictis vel eorum aliquo ecclesias vel personas aggrauare prædictas, nisi infra triduum omnia restituerit, quæ ab huiusmodi personis occasione prædicta extorsit, ingressum ecclesiæ & perceptionem sacramentorum sibi nouerit

interdictos: quod interdictum, satisfactione præmissa, per diœcesano valeat reuocari.

57 Et quia inhonestum existit, quod canonici regulares vel monachi diuersis vestibus vestiantur, cum ex hoc proueniat inuidia, murmur, & scandalum inter ipsos, statuimus, quod omnes in eodem monasterio, vel regulari canonica, & sub eadem professione morantes, indifferenter vno & eodem vestiario induantur: prohibentes expresse, ne quis eorum vestes aliquas alicuius coloris, nisi tantummodo albi, vel nigri, seu grisei habere præsumat, in quibus brunetam nigram, garzatum, & alium, quemcumque pannum notabiliter delicatum interdiciamus vniuersis. Vestes non habeant breuitate vel longitudine deformatas. Qui vero in prædictis excesserint, per suos diœcesanos vel superiores alios castigentur, salua distinctione ac discretione diuersorum ordinum, seruata inter monachos, siue canonicos, & conuersos.

58 Quia, sicut audiuius, quidam monachi & canonici regulares sicut laici & clerici seculares consueuerunt incedere in animarum suarum periculum & scādalum plurimorum, præcipimus, vt canonici regulares sine superpelliceis vel tunicis lineis, seu cappis clausis; monachi vero sine cappis, aut cucullis, seu scapularibus extra domos suas de cætero non incedant, nec etiam intra domum. Si vero contra facere præsumpserint, administrationem habens eam ipso facto amittat; & monachus siue canonicus regularis per abbatem, priorem, vel præpositum puniatur, & si negligens fuerit, per episcopum suppleatur.

58 Statuimus, vt a die Quatuor coronatorum vsque ad diem natalis Domini a sanguine & carnibus omnes monachi, cuiuscumque ordinis (præterquam infirmi, debiles, & delicati, cum quibus abbates discretione præuia poterunt dispensare) abstineant, omnibus diebus, exceptis dominicis, ieiunantes. Poterit tamen abbas ex causa cum aliquibus, vt aliquando bis comedant, dispensare: nec comedant ter in die nisi pueri, infirmi, vel qui in refectorio leget: nec comedant extra domos suas in parochijs suis, nisi quando procuratio ab aliquibus debetur eisdem. A septuagesima vsque ad pascha, quantum ad esum carniū & esum sanguinis, idem præcipimus firmiter obseruari; canonicos autem regulares suam regulam regulariter præcipimus obseruare. Præcipimus etiam, quod nullus canonicus regularis diebus lunæ & mercurij carnes in refectorio comedat, nisi festum nouem fuerit lectionum. Silentium autem in claustris, refectorio, & dormitorio firmiter præcipimus obseruari horis debitis & statutis in loco, vbi ad minus tres monachi aut regulares canonici commorantur; ita scilicet, quod aliquis loqui non audeat, nisi voce adeo submissa, quod tertius ab ipso audire non possit.

59 Quoniam, sicut audiuius, quidam monachi & canonici regulares aliquorum monasteriorum consueuerunt extra septa sui monasterij, tam pateenter quam latenter, tam turpiter quam damnabiliter per terram sæpius euagari; statuimus, vt nullus, excepto capellano & illis, quibus ex necessitate administratio competit, septa monasterij sui exire audeat, nisi prius ab abbate vel priore, seu præposito; & si abbas, vel prior, seu præpositus præsentem non fuerint, ab eorum vicarijs vel alijs, potestatem habentibus, eis specialiter licentia sit concessa: quibus abbas, seu prior, vel præpositus, vel eorum vicarij sine causa necessaria vel rationabili exeundi licentiam non concedant. Nec etiam obtenta licentia sine socio quis pedes exire præsumat. Si vero abbates, priores, præpositi, vel alij regulares prælati, seu eorum

Vestium cultus in religiosi sodalitijs cōformis esse debet

Præscriptum ciborum modus.

Non exeundum extra septa monasterij inconsulto eo, qui præest.



vicarij in aliquo præmissorū negligentibus inuenti fuerint vel remissi, suspensionis vel maioris vindictæ sententia a diœcesanis suis se nouerint puniendos. Prohibemus ne monachi vel canonici regulares ecclesias ad firmam recipiant, vel conducant, aut sine licentia diœcesanorum episcoporum, vel aliorum ordinariorum parochialium ecclesiarum capellani existant: sed ad sua monasteria redeant, donec redierint non celebraturi.

60 Si quis religiosus inuentus fuerit cum canibus & auibus venatorijs, cuiuscumque occupanti conceduntur a nobis. Nullus regularis cuiuscumque ordinis continue deseruire audeat in parochialibus ecclesijs secularium ultra octo dies sine illius parochialis ecclesiæ ordinarij licentia speciali: qui vero tales scienter ultra octo dies loco capellanorum ad celebrandū vel ad ecclesiastica sacramenta ministrandū tenuerint vel sustinuerint, sint ipso facto ab ordinum executione suspensi: quæ suspensio per diœcesanos imposita eis sub huiusmodi excessu seu transgressione penitentia competenti, ac iniuncto sibi quod in talibus ulterius non excedant, valeat relaxari. Excommunicentur monitione præmissa omnes monachi & religiosi, qui relictis claustris suis absque prælatorum suorum licentia ad scholas ire, vel aliud quam grammaticam, theologiam, aut logicam in scholis audire præsumunt.

